

20. a

25.

P. 20. a	
Ed.	A
Revis.	3
Publ.	1803

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14

24 - 174



20. a

25.

Museum of Natural History	
Ex. ...	A
Spec. ...	43
Field ...	403

403

20a 8-5

24-144



Del Coll. della Com. & M. de Granada
GVILIELMI CAMDENI
authoris famulati.
~~19.27.32.~~ *P.d.*

BRITANNIA
SIVE

FLORENTISSIMORVM
Regnorum Angliæ, Scotiæ, Hiber-
niæ, & Insularum adjacentium ex
intima antiquitate descriptio.

opus cum expurgatione permissa.
IN EPITOMENI CONTRACTA
à Regnero Vitellio Zirizæo, & Tabulis
Chorographicis illustrata.



AMSTELREDAMI,
Ex Officina Guilielmi Iansonij,
M. DC. XVII.

1757
ORNATISSIMO VIRO
D. HADRIANO HOFFERO,
Reip. Zirizæanæ Senatori, amico
rum integerrimo, R. Vitellius
L. M. D. C. 2.

DIV factum est, Ornatissi-
me Vir, cum ejus quæ in-
ter parentes nostros, jam
coelo receptos, ad extre-
mos usque spiritus viguit,
inter nos, quasi hæreditario quodam jure
feliciter perennavit, ac porro, quod spe-
ro voveoque, quamdiu hic erimus, pe-
rennatura est, amicitia, tum & cultus,
quem jure tibi defero, pignus aliquod &
monumentum apud seram posteritatem
extare desideravi. Id autem cum, quæ
mea in litteris est tenuitas, à me non pos-
sem. nam quis ego, ut frivolis meis vel
brevem aliquam, & mecum interituram
famam, nedum æternitatem spondere
vel arrogare præsumam? cum, inquam à
me non possem: captavi subinde occasio-

nem, qua ab alio quopiam ~~illud~~
~~Scriptore~~ Scriptore lucem aliquam
mutuarer, quam deinde nomini tuo, mul-
tis mihi nominibus caro observandoque
affunderem. Ea verò cum hoc tempore
sane quàm commodissima sese videretur
offerre, & ~~Cl. Vi-~~
~~ri~~ Guilielmi Camdeni Britanniam, in Epi-
tomen à nobis contractam, tabulisque
chorographicis illustratam, hac manuarìa
forma vulgare pararet Guilielmus noster
Iansonius; feci, quod solent ij, quorum
rura cum aquis careant, quibus irrigentur,
à vicino aliquo, nonnunquam etiam satis
longinquo fonte eas petunt, & in agros
suos derivant, à Britannis, inquam, toto
penitus orbe, ut canit ille, divisis in Bel-
gicum nostrum solum deduxi rivis, &
Camdeni paginæ nomen tuum præscripsi,
retentis, quo ad fieri potuit, Auctoris ipsi-
us verbis, nec à methodo ejus aut institu-
to uspiam factò diverticulo. Ita quidem,
ut quæcunq; in ~~magni~~ operis sui Præfa-
tione, quam epistolæ huic subjecimus,
præstitisse se narrat ipse, ea nos, quantum
ferre

ferre potuit epitomes ratio, omissis tan-
tùm nonnullis merè historicis, & quæ ad
Geographiam, id est, singularum Regio-
num limites, terræ ipsius dotes, celebri-
oris notæ loca, familias item illustriores
cognoscendas propriè non pertinerent, in
enchiridion istud, prout conferenti perspi-
cium fiet, contraxerimus, nec quidquam
omnino notatu dignum silentia simus
prætervecti. Quam nostram operam
qualiscunq; demum ea sit, tu, amicorum
integerrime, eo, quo à nobis tibi offer-
tur, animo atque affectu haud gravatè su-
scipies, & Vitellium tuum, quod facis,
amare perges. ita te ac tuos supremum il-
lud Numen, cujus tutelæ salutem vestram
supplex commendo.

Amstelredami ipsis Idibus Martijs, an-
no Epoches Christianæ, Millesimo, sex-
centesimo, decimo septimo.

LECTORI.



*V*a in prima hujus Libri editione ante annos viginti præfatus eram, eadem & iisdem verbis, pauculis adjunctis, in hac postrema editione benevolo Lectori nunc denuo præfari hand quam dispudet. Eximius veteris Geographia restitutor Abrahamus Ortelius ante annum tricesimum mecum pluribus egit ut BRITANNIAM nostram, antiquam illam illustrarem: hoc est, ut Britannia suam antiquitatem, & sua antiquitati Britanniam restituerem, ut verustis novitatem, obscuris lucem, dubijs fidem adderem; & ut veritatem in rebus nostris, quam vel scriptorum securitas, vel vulgi credulitas proscrisperant, quoad fieri posset, post liminò revocarem. Opus sanè arduum, & plusquam difficile, in quo quanto perè sit sudandum ut nemo ferè sentit; sic nemo planè credit, nisi qui ipse aliquando periculum fecit. A proposito tamen, quantum rei difficultas me deterruit, tantum ad id ipsum aggrediendum charissima patrie gloria excitavit. Ita dum simul onus subire metui, & patrie gloria, quantum in me sit, deesse nolui, res diversissimas, timiditatem & audaciam, qua nunquam in eundem hominem cadere posse putavi, nescio quo pacto, in me conjuncta animadverti. Verum enim verò DEO auspice, comite INDVSTRIA rem aggressus omni animo, cogitatione, opera, & assidua meditatione in eandem successivis horis totus incubui. In Bri-

annia ETYMON & primos incolas timidè in-
 qui-
 sivi, nec in re dubia quicquam asseveranter affirmavi.
 Gentium enim origines vetustate nimia, velut qua ma-
 gno loci intervallo vix cernuntur, esse obscuras, imò
 incertas certò novi; perinde ac magnorum fluminum
 voti sunt decursus, nota diverticula, noti confluentes,
 nota ostia, fontes autem ipsi plerunque latent ignoti.
 Britannia divisiones antiquas pervestigavi, florentis-
 simorum Regnorum Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ Or-
 dines & Tribunalia compendioso memoravi. In singu-
 lis horum regionibus qui sunt limites, (non tamen ex-
 lictè ad decempedam) quæ terra dotes, quæ antiquioris
 memoriæ loca, qui Duces, qui Comites, qui Barones.
 & quæ familiae vetustiores & splendidiores (nec sane
 singulas, quis enim poterit?) paucis percensui. Quid
 præstiterim dicant qui rectè judicare nòrunt, nec illi
 quidem facile dijudicent. Tempus autem testis incor-
 ruptus edocebit, cum invidia quæ vivos sectatur, con-
 ticescet. Hoc tamen dicam, quæ ad latentem antiqui-
 tatis veritatem eruendam imprimis faciant, à me ne-
 tiquam fuisse neglecta; subsidio mihi antiquissima lin-
 guæ Britanniæ, & Anglo-Saxonice notitiam qualem-
 cunque comparavi; Angliam ferè omnem peragra-
 vi; versatissimum & peritissimum quemque in sua
 regione consului. Scriptores patrios, Græcos, Latinos
 qui vel semel Britanniæ meminerunt, studiosè evolvi.
 Publica regni Commentaria, sacra scrinia, & archi-
 va, Bibliothecas plures, urbium & Ecclesiarum Ta-
 bularia, monumenta, & veteres schedas excussi, ea-
 que

quæ quasi testimonia de cælo omni exceptione majorè
 advocavi, & certè ipsissimis quibus loquuntur verbis
 licet barbarie infuscatis, ut Veritati suus integer
 constet honos, in medium, cum res postulare videretur,
 produxi.

Ne tamen ego parùm prudens, & minùs modestus
 videar, qui ex infimo Antiquariorum subsellio, cum be-
 ne latere potuerim, in eruditissimi huius seculi thea-
 trum, inter varios ingeniorum, & judiciorum gustus
 scriptor prodierim. Sed ut quod res est, liberè ac inge-
 nuè dicam, patriæ charitas quæ omnes omnium chari-
 tates complectitur, Britannici nominis gloria, amico-
 rum consilium modestiam meam expugnarunt, & vel-
 lim nolim etiam adversus iudicium meum me hoc onus
 cui impar sum, subire impulerunt, & in publicum
 protruserunt. Iudicia enim, præiudicia, censuras, ob-
 treccationes, reprehensiones confertim quasi sub signis
 in prociectu undique me circumspicere prospicio. Alij
 sunt qui totum hoc rei antiquariæ studium ut curiosam
 in præteritum diligentiam omnino aspènantur, & re-
 jiciunt. Quorum auctoritatem ut non penitus totam
 contemno, ita sanè prudentiam non valde admiror.
 Nec mihi rationes desunt, quibus bonis & cordatis
 hominibus, qui patriam illustratam cupiunt, hoc in-
 stitutum facile probare, & in his studijs suavissimam
 animorum oblectationem, & libero homine non indi-
 gnam docere possim. Si qui verò sint, qui in urbe sua
 hospites, in patria sua peregrini, & cognitione semper
 pueri esse velint, sibi per me placeant, sibi dormiant,

non ego illis hac conscripsi, non illis vigilavi. Sunt alij qui mihi tenue dicendi filum, & horridulam, ac incomptam orationem obijciunt. Agnosco sanè, nec enim aurificis statèra (quod jubet Varro) verbum unumquodque appendi, nec orationes omnes undique flosculos carpere decrevi. At quid hac obijceni, cum ipse eloquentia parens Cicero hoc argumenti genus **ἈΝΘΡΩΓΡΑΦΕΪΣΘΑΙ** posse neget, & ut inquit Pctronius, Facundiæ minimè sit capax?

Complures etiam vel eo nomine forsitan insultabunt, quod conjecturas subinde antiquorum nominum origines venari, & indagare ausim. Qui, si conjecturas omnino pergent porrò excludere, vereor ne magna politoris literatura, atque adeò humane cognitionis pars pulsa tandem exulet. Mentis enim nostræ acies ita plerumque est hebes, ut multa in omnibus artibus conjecturis persequi & explicare cogamur. In re medicâ **ΣΗΜΕΙΑ**, **ΤΕΚΜΗΡΙΑ**, **ΕΙΚΟΤΑ**, quæ nihil ferè aliud sunt quam conjectura, locum obtinent. In Rhetorica, Jure civili, & alijs artibus conjectura suam sedem habent, eamque tueniunt. Cum autem conjectura rei latentis sint indicia, & (ut inquit Fabius) rationis ad veritatem directiones, inter antlias quibus **ΤΕΜΠΥΣ** **VERITATEM** in Democriti puteo demersam haurire, & subducere solet. ego semper numerandas existimavi. Quod si animum inducant aliquem conjecturis locum tribuere, ut mihi etiam veniam tribuant non dubito quin modestia & moderatio *nasa* in his tractandis facile impetraverit. Plato in Cratylo

Cratylo jubet ut nominum origines ad Barbaricas linguas, utique antiquiores revocemus: ego ad Britannicam sive Wallicam (ut jam vocant) linguam, quæ primævi & antiquissimi hujus regionis incolæ usi sunt, in Etymis, & conjecturis semper recurro. Jubet ille ut rei nomen, nomini res consonet: si dissonet, ego minime admitto. In rebus, inquit ille, est **ΦΩΝΗ** **ΣΧΗΜΑ** **ΧΡΩΜΑ**: si hac nomine non exprimentur cum contemptu ubique reijcio. Etymologias obscuriores, durisculas, agrè detortas, & quæ in varias partes duci possint, hisce nostris commentariolis intexere non sum dignatus. Denique in conjecturis adeò parcus, & providè cauius fui, ut (nisi me fallam) æquo Lectori si non **ΕΥΤΟΛΜΟΣ** certè **ΤΟΛΜΗΡΟΣ** videri non posuero. Licet verò semet atque iterum in hac suavi ingeniorum prolusione, unam & alteram conjecturam in una eademque re attulerim; **VNITATEM** tamen **VERITATI** consecratam esse interim non obliviscor.

Erunt fortasse qui fastidiosè & ambitiosè succensent quòd hanc vel illam familiam tacitus præterierim, cum instituti minime fuerit mei familias nisi illustriores meminisse, neque eas quidem omnes (volumina enim complerent) sed quæ mihi pro suscepti operis methodo se obtulerunt, & alius Deo favente de Nobilitate Britannica bene merendi dabitur locus. Verùm qui hoc nomine maxime succensent, ex eorum fortasse numero sunt quorum in patriam merita sunt minima, & nobilitas imperata.

Idem illi fortasse quod nonnullos superstitēs laudibus aspersi me reum postulabunt; at hoc breviter modicēque factum, idque ex veritatis fiducia, ex conficiente bene judicantium de virtute suffragio, & mente nullius adulationis conscia. Ex modicis tamen quas aspersi laudibus, ipsi laudati admoneantur, ut se ipsi non indignos praesent, ut partem gloriam tucantur, invidiasque adaugeant. Summ enim cuique decus quicquid scriptores charis illinunt, serā rependet posteritas; in quam ego intuent, & non in hoc praesens evum. Interim meminerim, Laudare bonos est posteris velut et specula lumen quod sequantur ostendere. Verum etenim illud est Symachi: Ornamentis bonorum incitatur imitatio, & virtus aemula alitur exemplo honoris alieni: Si quis unius & alterius mentioni & laudi me dicet locum quasisse, consistentem habet reum. Neque justus sine mendacio candor apud bonos crimini vertendus, & amicorum virtuti aliquid tribuendum. Quomocumque Virtus & Gloria semper aliquos insensos habet, & homines praesentia invidia, praeterita veneratione prosequantur: absit ne adeo iniqui simus rerum & hominum aestimatores ut nostra tempora sub laudatissimis Principibus, viris laude dignis effata esse censeamus. Sed qui bonorum laudibus invident, metuo ne illi ipsi male conscij etiam malorum vituperationes ob morum similitudinem sibi obiectari conquaerantur.

Non deerunt qui me hoc vel illud Opidulum aut Castrum omisisse subaccensent; quasi ego alia quam ce-
leberri-

leberriima, & ab antiquis memorata vel nominare instituerim; nec opera pretium quidem nominasse, cum nihil praeter nuda nomina memorio dignum occurrat. Hoc enim mihi inprimis propositum susceptumque fuit consilium, ut loca illa quorum Caesar, Tacitus, Ptolemaeus, Antoninus Aug. Provinciarum Notitia, alijsq; vetusti scriptores meminerunt, & TEMPVS caeca quadam caligine nominibus extinctis, mutatis, aut corruptis jam circumfudit, indagarem & e tenebris eruere. In his indagandis, ut minus comperta asseratione non affirmo, ita quae probabilia haudquaquam subitico. Quod vero singula non eruere, esse operoso, & impendioso labore investigaverim, non mihi sit fraudi; ut nec Metallico qui dum grandiores metalli venas invenerit, minutissimas & latentes fibras non vidit: vel ut illud e Columella usurpem. Sicut in magna sylva boni venatoris est feras quam plurimas indaganter capere, nec cuiquam culpae fuit non omnes cepisse; ita & mihi: Alioquin aliorum diligentia sunt relinquenda: Nec bene docet, inquit vir magnus; qui omnia docet, & nihil alijs inveniendum relinquit. Alia etas, alij homines alia in lucem indies proferent. Mihi satis superque incepisse, & in lucro ponam me alios in hanc arenam provocasse, sive denuo scribant, sive mea emendent.

Sunt ut audio qui Monasteria & eorum fundatores a me memorari indignantur; dolentem audio, sed cum bona illorum gratia dixerim: Idem indignentur, imo fortasse oblivisci velint, & majores nostros Christi-
anos

anos fuisse, & nos esse. Cum non alia Christiana eorum pietatis, & in Deum devotionis certiora & illustriora usquam extiterint monumenta; nec alia fuere plantaria, unde Christiana religio & bona litera apud nos propagata; utcunque seculo corrupto averruncanda filix in illis plus nimio succreverit.

At insimulabunt jam Mathematici, & in crimen vocabunt quasi in Geographicis Longitudinis, & Latitudinis dimensionibus toto cælo aberraverim. Audi quæso; Tabulas Astronomicas, novas, antiquas, manuscriptas, Oxonienses, Cantabrigenses, Regis Henrici Quinti diligenter contuli. In Latitudine a Ptolomeo plurimum discrepant, inter se fere conspirant: nec tamen terram e suo centro dimotam esse cum Stadio existimo. His igitur usus sum. In Longitudine autem nullus consensus, concentus nullus. Quid igitur facerem? cum recentiores perpendiculum in navigatoria pixide magnete illisum inter Afores insulas rectâ Polum Borealem respicere deprehenderim, inde Longitudinis principium tanquam à primo Meridiano cum illis duxi, quam nec ubique λεπτομερῶς permensus sum.

Obscuritatis, fabularum, aut vage narrationis culpam, non est, ut spero, cur deprecet. Ab obscuritate nullum est periculum, nisi illis, qui literas antiquas, & historias nostras primoribus labris non gustarunt. Fabulis ne tantillum quidem tribui, & ne digressionibus hinc inde vagaretur, titulum (quod monet Plinius) sapius legi, & idem idem me interrogavi quid scribere inceperim.

Sed

Sed ne nimis in proæmio excurret oratio: Ad hoc opus elimandum omne industrie mea curriculum hos aliquot annos pertinaci veritatis studio, & fide sincere antiquâ ad patriam illustrandam elaboratû est. Gentem nullam in calumniam rapui, nullius famam læsi, nullius in nomen læsi; nullius fidem imminui, ne Galfredi quidem Monumethensis, cujus historia (quam maximopere confirmare velim) inter eruditos habetur sane suspectior; nec aliquam scientia persuasionem mihi indui, nisi quod scire velim. Ne scire igitur, & in plurimis me errare posse libens lubensque fateor, nec erroribus indulgebo. Quis totam diem jaculans semper collineet? multa sunt in his studiis, ut inquit ille, cineri supposita doloso. Errata possint esse multa à memoria. Quis enim in memoria thesaurio omnia simul sic complectitur, ut pro arbitrato suo possit expromere? Errata possint esse plura ab imperitia: Quis enim tam peritus, ut cæco hoc Antiquitatis mari cum TEMPORE colluctatus scopulis non allidatur? Fieri etiam potest ut ex scriptorem autoritate & aliorum quos fide dignissimos existimavi, erraverim. Nec quidem, ut habet Plinius, alius pronior fidei lapsus quàm ubi rei falsæ gravis author extitit. Locorum peculiaria alij qui incolunt accuratius observent, si monuerint in quo erraverim, cum gratia corrigam; quod imprudens omiserim, adijciam; quod minus explicaverim, edoctus plenius edocebo; modo sine livore & contentionis studio quæ candidis & veritatis studiosis sunt indignissima, hoc fiat. Hac tamen inte-

rea

LECTORI.

vna à te, humanissime Lector, tua humanitas, mea in-
 dustria, patrie communis charitas, & Britannici no-
 minis dignitas mihi exorent, ut quid mei sit iudicij, si-
 ne aliorum præjudicio liberè proferam, ut eadem via
 qua alij in his studijs solent, insistam, & ut erratis, si
 ego agnoscam, tu ignoscas. Qua ut ab aqvis, & bonis
 magis speranda, quam petenda sentio: ita iniquos, &
 malos, qui omnes in convivijs rodunt, in circulis vel-
 licant, invident, calumniantur, obtreçant, nihil mo-
 ror. Obreccationem enim stultorum esse thesaurum,
 quem in linguis gerunt, e Comico didici, & Invidi-
 am (dicam Invidia adstante) non in alio, quàm de-
 generi, minuto, & jejuno animo domicilium sibi col-
 locare exploratè cognovi. Candida & proba ingenia
 ut invidiam facile contemnunt, ita ne norunt quidem
 invidere. Me autem & mea scripta omnia piorum &
 doctorum iudicio in singulis, ea qua par est reveren-
 tia, demississimè submitto & subijcio: quibus professi-
 one pietatis in patriam hic labor, si non appro-
 betur, certè, ut spero, excusetur.

Vale, fave, &
 finire.



GVILIELMI CAMDENI *Auth. Latine.*

~~BRITANNIA~~
BRITANNIA,

In epitomen contracta à

R. Vuellio Zirizæo.



RITANNIA, quæ & ALBION;
Græcis BRETANIA, BRETAN- *Britannia*
NIKH, ΠΡΕΤΑΝΙΧ, ALBI- *nomina,*
ON, ALOYION, Insula totius or-
bis longè celeberrima, interfu-
so Oceano ab Europæ continen- *Situ.*
te discreta, Germaniæ & Galliæ

figura triquetra objacet, tribus nimirum in di-
versa procurrentibus promontorijs: BELE-
RIO, quod Solem occidentem, CANTIO, quod
Orientem, TARVISIO, sive ORCADE, quod
Septentriones prospectat. Ab Occasu, quæ Hi-
bèrnia sita est, Vergivius Oceanus irrupit, à
Septentrione, vastissimo & apertissimo Hyper-
boreo mari pulfatur, ab ortu, quæ Germaniæ
protenditur, Germanico, à Meridie, quæ Galliæ
opponitur, Britannico urgetur. A circumvici-
nis illis regionibus commodo undiq; intervallo
disiuncta, patentibus gremijs universi orbis
cômercio opportuna, & tanquam ad juvenandos
mortales avidè in mare omni ex parte se projici-
ens. Inter Cantium enim, & Caletum Galliæ;
ita in altum se evehit, & adeo in arcum mare

A

agitur



agitur, ut perfossas ibi terras antea exclusa admisisse maria opinentur nonnulli opinionisq; suae assertores adferant Virgilium in illo versu,

Et penitus toto divisos orbe Britannos;

Quia, (inquit Servius) olim juncta erat continenti Britannia; & Claudianum, qui illum imitatus cecinit:

Nostro diducta Britannia mundo.

Forma.

Livius & Fabius Rusticus oblongæ scutulæ, sive bipenni hujus formam assimulaverunt, & ea certè facies est ad Austrum, unde in universam fama transgressa est, Sed ad Arcum enorme spatium projectatum extremo littore terrarum veluti in cuneum tenuatur. Tantam tamq; immensam circuitu crediderunt veteres, ut Cæsar, qui primus Romanorum aperuit, alium se orbem terrarum scripserit reperisse, tantæ magnitudinis arbitratus, ut non circumfusa Oceano, sed complexa Oceanum videretur. Nostra autem aras ex multis multorum itineribus certam quodammodo totius Insulæ jam tandem deprehendit dimensionem. A Tarvisio enim per Occasum ad Belerium plus minus DCCC. XII. mill. pass. numerantur; inde conversa in Austrum littoris fronte ad Cantium ccc. xx. mill. pass. Hinc secundum Germanicum mare per DCC. III. mill. pass. ad Tarvisium protenditur: ut hac ratione totius Insulæ ambitus M. DCCC. XXXVI. mill. colligat. Quæ mensura ut Plinij multò, sic etiam Cæsaris aliquantò minor. Qui coeli spatia terræ tractibus accuratius compararunt, Britanniam octavo Climati subjecerunt, Parallelis decimo octavo, & vicesimo sexto incluserunt. Diem maximum horarum æqui-

Ambitus.

Clima.

æquinoctialium XVIII. cum semisse putant. At Belerium in convexo terræ situ ab ultimo Occidente XVI. temporibus L. scrupulis: Cantium XXI. temporibus secundum longitudinem describunt. Latitudinem in Australi ora L. grad, X scrupulis: Tarvisium LIX. grad. XL. scrup. metiuntur: usque adeò ut hic situs Britanniam definiat cælo & solo juxta felicissimo & mitissimo. Et cœlum quidem ita mite & temperatum est, ut æstates minùs fervidæ sint, calores enim mitigat perennes auræ, quæ cum terræ nascèntia recreant, tum homini pecoriq; saluberrimè & jucundissimè adblandiuntur: & hiemes sint clementissimæ, frigoris etenim vim (ut taceam aërem clementissimum) frequentes & sedate pluvie sic dissolvunt, mareq; circumfusum ita moderato tepore terram fovet, ut multò remissius sit apud nos frigus, quàm in nonnullis Gallia & Italiae regionibus. Solùm verò (teste Cornelio Tacito) præter oleam vitemq; & cætera calidioribus terris oriri facta, patiens frugum, fœcundum, tardè mitescunt, citò proveniunt, eadem utriusq; rei causa, multus humor terrarum cœliq; ab omni deniq; frugum genere ita beatum, ut Cæteris sedem fuisse dixerit Orpheus: & Occidentalis Imperij quasi horreum, & cella penuaria fuerit, unde DCCC navibus, quæ lembis majores erant, magnum frumenti numerum in Germaniam, ad limitaneos exercitus alendos, quotannis exportaverint Romani. Opulenta hæc Britannia ubertas, & beata amœnitas, fidem fecit nonnullis, Fortunatas illas, sive Beatorem Insulas, apud nos fuisse. Cum enim,

Cœlum.

Solum.

Ubertas.

ut est apud Robertum Avesburiensem, Clemens VI. Pontifex Romanus Lodovicum de Hispania Fortunatarum Insularum Principem designasset, & in ejus subsidium delectus in Gallia & Italia haberet, persuasissimum nostris erat illum Britanniae Principem designatum fuisse, & in Britanniam, quasi unam de Fortunatis, omnem istum apparatus fieri: ipsiq; viri prudentissimi, nostri apud Pontificem Legati, ita hanc opinionem imbiberunt, ut statim se Roma subduxerint, & in Angliam, ut suos certiores facerent, advolarent. Nec aliud nunc judicavit, qui beatas Britanniae dotes penitus noverit. est enim naturae gaudens opus, quam quasi alterum orbem, extra orbem, ad delicias humani generis constituisse & tanquam formam quandam ad universum ornatum egregie depinxisse videatur. Ea varietate gemmae, & descriptione amoenae oculi quocunq; inciderint, resciantur. Vt incolas taceam, optima corporis habitudine, commodissimis moribus, mitissimis ingenijs, & maximis animis, quorum virtus rebus domi bellicque gestis est universo terrarum orbi testatissima.

Primi Incolae, & Nominis ratio.

Qui verò vetustissimi adeoque primæ Insulae hujus incolae fuerint, quæ item Britanniae nominis originatio, variae subinde enatae sunt opiniones: nec quicquam certi nos hac in re magis sperare possumus, quam reliquæ gentes, quæ perinde ac nos, quod ad originem spectat, in magnis tenebris, & incertis versantur. Primos etenim regionum incolas aliae curæ cogitationesq; anxerunt quam suas origines ad posteros transmittendi, quod nimirum eorum vita esset inculta,

horrida,

horrida, bellorum plena, & ideo sine litterarum praesidio. Præterea Druidae, qui prae terita tenuisse credebantur, Bardique rerum strenuè gestarum decantatores, non fas existimarent quicquam litteris librisque mandare. & si maxime quid mandassent, tanto tempore, tot tantisque rerum conversionibus & everisionibus procul dubio intercidisset. Subsequentibus saeculis apud plures nationes non defuerunt, qui hæc supplere gestierunt, & opiniones pro suo quisque captu de gentium originibus nominibusque parturierunt. quibus multi, neglecta veri inquisitione, statim conniverunt, plerique fingentis dulcedine deliniti, pronè crediderunt. Verum cæteris omissis, inter nos Galfredus quidam Arturius Monumethensis, regnante Henrico secundo, Historiam Britannicam, è lingua Britannica, ut ipse ait, edidit: in qua prodit, Brutum quendam origine Trojanum, filium Silvij, nepotem Ascarnij, pronepotem Aeneae illius Magni, qui matrem partu, patrem forte fortuna inter venandum interemit, patria profugum Græciam petijisse, ibi progeniem Heleni è servitute vindicasse, Pandrasum Regem debellasse, eius filiam duxisse, cum reliquijs Trojanorum se mari commisisse, Dianæ oraculo admonitum, ut hanc occiduam Insulam adiret; inde per Herculis columnas in Aquitaniam pervenisse, Golsarium Pictum Aquitaniae Regem collatis signis profligasse, urbem Turonum, Homero teste, constructa, & Gallia deprædata, in hanc Insulam à Gigantibus habitata transmississe, quibus, cum Gogmagog eorum vastissimo, devictis, à suo no-

Brutus.

mine Britanniae nomen indidisse, anno Mundi 2855. ante Christum natum 1108. Hæc ille. Alij rursus aliunde Britanniae nomen accerfunt.

Thomas Eliotta, vir singularis eruditionis, à Græco fonte Πρωταίεα scilicet repetit. Humfredus Lhuyddus ad Britannicam dictionem *Prid-cain*, id est *Forma candida*, confidentiùs refert. Pomponius Lætus Gallo-Britones ex Armoriga nomen dedisse prodit. Goropius Becanus Danos hic sedes quæfivisse & *Bridaniam*, id est, Liberam Daniam, denominasse contendit. Alij à Prutenia Germaniae regione: Bodinus à *Bretia* Hispanorum dictione, quæ terram significaret, nominatam arbitratur: Forcatulus à *Brithin*, quo, ut est apud Athenæum, pro potu usi sunt Græci. Alij à Brutijs Italiae, quos Βρετῆες dixerunt, deducunt.

Hæc sunt omnes (quod sciam) quæ de Britanniae nomine invaluere opiniones. Sed ut in hac re exterorum commenta non possumus non risu excipere, ita nostratum non omnes comprobant. Et facilius sanè est in his talibus falsâ arguere, quàm verum adstruere. Illa quidem de Bruto si vera, certa, & explorata forent, non esset cur quis ulterius studium & operam in Britannorum origine indaganda infunderet. Quod ad me, historiolum illam, ad quam (veritatem testor) suffulciendam omnes ingenij nervulos subinde intendi, convellere certè consilij non est mei. Sed rem integram ad Antiquitatis Senatum refero, & suum cuiq; liberum esto per me iudicium. Quando autem de nominis Britanniae notione et primis incolis non est una eademque

demque omnium sententia, & malè metuo, ut quisquam veritatem tot sæculorum anfractibus tam profundè demersam eruat: ignoscatur etiam mihi inter alios candida Lectoris humanitas, si ego modestè, sine cuiuspiam præiudicio, conjecturam etiam interponam meam, non altercandi animo (procul absit) sed veritatis indagandæ studio, quod me totum occupavit; eoq; perduxit, ut malim hac in re culpam (si qua sit) deprecari, quàm omnino culpa vacare.

Vt igitur paulò altiùs rem repetamus & Casarem cum Diodoro & alijs omittamus, qui Britannos *Ayrox Iovos* & Aborigines, id est, non aliunde advectos fuisse voluerunt, hominesq; blittarum & fungorum instar è terra in principio germinasse suspicari sunt, ex sacra Moïsi historia docemur, à diluvio tres Noë filios, *Sem*, *Cham*, & *Japhet*, numerosiore prole adavectos, ab Armenia montibus, ubi arca hæserat, in diversos terræ cardines secessisse, & per orbis vastitatem gentes propagasse. Ad nostram autem Insulam ex eorum posteris quosdam pervenisse, cum ipsa ratio, tum Theophili Antiocheni auctoritas comprobatur. Cùm (inquit ille) priscis temporibus pauci forent homines in Arabia & Chaldaea, post linguarum divisionem aucti & multiplicati paulatim sunt, hinc quidam abierunt versus Orientem, quidam concessere ad partes majoris continentis, alij porrò profecti sunt ad Septentrionem sedes quæsituri, nec priùs desierunt terram ubiq; occupare, quàm etiam ad Britannias in Arctoïis climatibus accesserint. Nec minùs disertè hoc docet ipse Moïses, cùm

scribit à Iapheti posteris Insulas gentium in regionibus suis divisas fuisse. Insule gentium Theologis vocantur quæ sunt remotissimæ, & Wolfgangus Musculus non infimi ordinis Theologus existimat gentes & familias, quæ à Iapheto proflexerunt, primùm occupasse Insulas Europæ, quales sunt (inquit ille) Anglia, Sicilia &c. Sicut igitur ejus filij, Magog Massagetæ, Javan Iones, Thubal Hispanos, Mesech Moschos procreavit: ita Gomeris, eorum natu maximus, Gomeris, qui postea Cimbri & Cimerij dicti, in his ultimis Europæ finibus & originem dedit, & nomen imposuit. Cimbrorum autem, sive Cimeriorum nomen hanc orbis partem quodammodo opplevit, nec solum in Germania, sed etiam in Gallia latissimè patuit. Qui nunc sunt Galli, ut habet Iosephus, & Zonaras, Gomari, Gomeræi & Gomeritæ à Gomerò vocabantur. Ab his porrò Galliæ Gomari, sive Gomeris, Britannos nostros originem deduxisse, & nomen in originis argumentum detulisse, semper existimavi, ipsumq; proprium & peculiare Britannorum nomen idem persuasit. Ipsi enim se Kumero, Cymro, & Kumeri, mulierem Britannicam Kumeræ, & linguam Kumeræg appellitant. Et unde quæso hæc nomina profluxisse existimemus, quàm à Gomerò illo, & Gomeris in proxima Gallia? quæ priscorum Gomerorum sedes. Cur ergo non fateamur Britannos, sive Cumeros nostros ipsissimos esse Gomeri posteros, & à Gomerò nominatos? Nomen enim optimè consonat, & in confesso est illos extremos Europe nes insedisse, Quod etiam ipsum Gomeri nomen;

Gomeri,
postea
Cimbri &
Cimerij.

Britanni à
Gallis.

men, non temere, sed divinitus datum, innuit. Gomer enim lingua sancta Finiès interpretatur.

Hæc mea est de Britannorum ortu opinio, si- *Authoris pro opinio- ne sua de Britannoriù origine argumenta.*
ve potius conjectura. Atq; hic ortus à Gomerò & à Gallia, quàm à Bruto & Troia, gravior, antiquior, & verior videtur. Imò ad veritatem propendere, nostrosq; Britannos veram esse Gallorum propaginem, è nomine, situ, religione, moribus, & lingua comprobare posse videor, quibus omnibus antiquissimi Galli, & Britanni quasi communione quadam conjuncti fuerunt. Ac de nomine quidem, cum superius dictum sit, hoc solummodo repetam, quod, ut prisci Galli Gomeræi, Gomeritæ, & còtractè Cimbri, sic etiam Britanni nostri Cumeri, & Kimbri dicuntur. Gallos autem Gumeros dictos fuisse Iosephus & Zonaras, ut dixi, comprobant. Cimbro etiam appellatos fuisse à Cicerone & Appiano colligi possit. Barbaros, quos Marius oppressit, Cicero planè Gallos vocat: C. Marius (inquit) influentes in Italiam Gallorum copias repressit. At Historici omnes Cimbro fuisse contestantur, loricaq; Belei Regis illorum ad Aquas Sextias, ubi Marius illos fudit, effossa hoc docuit, peregrinis enim litteris inscripta erat BELEOS CIMBROS. Qui Delphos item Græciæ duce Brenno diripuerunt, Gallos fuisse, una voce & mente scriptores consentiunt omnes: hos tamen Cimbro vocatos fuisse testatur in Illyricis Appianus, Celtae sive Galli (inquit) quos Cimbro vocant.

Cum igitur antiquissimo nomine hæc gentes *A situ,* convenerint, unde hoc nomen in hanc Insulam

enavigavit, nisi cum primis incolis è vicina Gallia exiguo divortio separata? Non enim simul & semel orbis cultus, sed regiones, quæ Armenia montibus propiores sunt, prius habitatas fuisse fatendum est; ut pote Asiam minorem & Græciam, prius quàm Italianam, Italianam quàm Galliam, & Galliam quàm Britanniam. Ratio etiam dicitur unam quamq; regionem primos Incolas potius è vicinis, quàm disjunctissimis locis accepisse. Quis non existimet Cyprum è proxima Asia, Cretam & Siciliam è vicina Græcia, & ne longius abeam, Zelandiam è proxima Germania primos incolas potius habuisse, quam à remotis Tartariae vel Mauritaniae tractibus? Iidem cur non existimemus, Britanniam nostram potius à vicinis Gallis, quàm à Trojanis, Italis, Albanis, & Brutiis tanto intervallo semotis, primò fuisse occupatam? Nec aliunde quàm è vicina Gallia Britannorum incunabula accersunt Scriptores. *Britanniae pars maritima* (inquit Cæsar) *ab eis incolitur qui belli inferendi causa ex Belgio Gallia transferunt, & bello illato ibi remanserunt.* Tacitus item, *In universum* (inquit) *estimanti Gallos primùm Britannia solum occupasse credibile est.*

A Religione.

Eadem etiam religio utriq; genti colebatur. *Apud Britannos* (inquit Tacitus) *Gallorum sacra deprehendas superstitionum persuasione.* Utràmq; portò gentem suos Druidas habuisse Cæsar & Tacitus auctores sunt locupletissimi. Quocunq; autem nomine hi suis Celtis & Britannis innotuerint, hoc Druidum nomen à Græco fonte scilicet ΔΡΥΣ, id est, robur, sive quercus, profuisse videtur, quia nempe viçò è robore nihil illis

Druides.

illis fuerit sacratius: utique qui roborum lucos incolerent, nec ulla sacra (teste Plinio) sine ea fronde conficerent. Cæterùm ab his Druidibus *Dry Saxo-* videatur, quod Saxones nostri, ut apud Alfrinibus *Ma-* cum legimus, Magum *Dry* sua lingua vocarint. *gum signi-* quodq; robur vel hodie Britanni appellant *sic.* Derw.

Bardos item inter suos religiosos habuerunt *Bardi.* Galli, qui fortia virorum illustrium facta versibus composita lyrae modulis cantarunt.

Eosdem verò eodem nomine etiamnum Britanni nostri habent, *Bard* enim indigetant, qui præterquam quod eo munere funguntur, etiam pertendendis Genealogijs operam imprimis studiosè navant. An Britanni, ut Galli, se à Dire patre prognatos crediderint, proditum non est: quod verò eam ob causam, spatia omnis temporis non numero dierum, sed noctium finierint Galli, ut noctem dies subsequatur: idem planè obsetarunt nostri Britanni. quod enim Latini septimanam, & duas septimanas dicunt; illi *Withnos*, id est, *octo noctes*, & *Pymibec-nos*, id est *quindecim noctes* appellant.

Reipublicæ formam etiam eandem utraque gens sibi descripsisse videtur. Non enim unius imperio regebantur, sed ut Gallia, sic quoque Britannia plures Reges habuit. Utq; Galli in rebus difficilioribus publicum gentis concilium egerunt, & unum Imperatorem designarunt: ita Britannos idem præstitisse ex his Cæsar's verbis elici possit, Summa imperij belliq; administrandi communi consilio permessa est Cassivellauno.

Nec dissimiles moribus & institutis hæ gentes fue-

A forma Reipub.

A moribus.

fuerunt. Nam ut taceam utramq; gentem bellicofissimam fuisse, cædis avidissimam ad conferenda prælia, deprecandaq; pericula, eadem audaciâ: Moribus (inquit Strabo) partim Gallis similes sunt Britanni; & statim subjungit, instar Gallorum quorundam, in bellis gerendis sunt ut plurimum immanes. Tacitusque cum eo, Britanni, qui à Romanis non devicti, manent quales Galli fuerunt. Et alio loco, Proximi Gallis, & similes sunt Britanni. Galli (inquit Strabo) ingenio docili, & ad doctrinam prompto fuere, nec minùs Britanni, quorum ingenia studijs Gallorum anteferebat apud Tacitum Agricola. Ex Gallorum nobilitate, quam infirmitatem honestiùs Cæsar vocat, credulitas tanta in eorum animos irrepfit, ut Gallica credulitas in proverbium cesserit. Necdum in ea Britanni nostri degenerarunt, qui vel Milesijs fabulis avidam aurem admovent, & ineptissimis vaticinijs superstitiosa vel spe, vel sollicitudine statim credunt. Gallos propinquis, quos violatos viderint, maximè indoluiffe legitur apud Strabonem. Eandem sympathiam nostris Britannis præ cæteris gentibus inesse, notius est quàm dici possit, & vulgò cantitatum. Galli, ut est apud Cæsarem, uti quisque genere copijsq; amplissimis, ita plurimos circum se Ambactos, id est servos & clientes habuerunt: hanc unam gratiam, potentiamq; noverunt. Nec aliam hodie nobiles nostri Britanni gratiam noverunt, à quibus, ut existimatur, Angli tanta affectantium famulorum agmina secum trahere didicerunt. Britannorum ædificia Gallicis fuisse consimilia,

& sylvis circumdata docet cum Cæsare Strabo. Gallos comas aluisse memorat idem Strabo, & Britannos promisso fuisse capillo testatur Cæsar. Apud plures extat auctores, Gallos vestimentis quibusdam usos fuisse, quæ Brachas patrio sermone dixerunt: hæc & nostris Britannis communia fuisse docet Martialis.

Quàm veteres Bracha Britonis pauperis.

Alia attexerem quibus hæc gentes inter se cõvenerunt, sed malè metuo, ne infirmius forsitan videatur quod hinc ducitur argumentum.

Nunc ad linguam ventum est, in qua maximum est hujus disputationis firmamentum, & certissimum originis gentium argumentum. Qui enim linguæ societate conjuncti sunt, originis etiam communionem fuisse conjunctos homo opinor nemo inficiabitur. Quod si omnes omnium Historiæ interciderent, & nemo litteris prodidisset nos Anglos è Germanis, genuinos Scotos ex Hibernis, Britones Armoricanos à nostris Britanis prognatos fuisse, ipsarum linguarum communitas hoc facile evinceret, imò facilius, quàm vel gravissimorum Historicorum auctoritas. Si igitur præscos Gallos, & nostros Britannos eadem usos fuisse lingua docuero, ejusdem etiam originis fuisse, ut fateamur, ipsa vis veritatis extorquebit. Nec moror quod ipsos Gallos lingua discretos scripserit Cæsar, cum dialecto tantum discrepasse doceat Strabo. Eadem (inquit) non usquequaq; linguâ omnes, sed paululum variatâ. Cæterum veterum Gallorum linguam eandem cum Britannica fuisse (nisi fortè dialecti varietate) docet ipse Cæsar, qui scri-

bit moris fuisse, ut Galli qui Druidum disciplinam diligentius cognoscere vellent, in Britanniam ad nostros Druidas proficiscerentur. Cum autem illi libris nullis uterentur, consentaneum est eos eodem, quo Galli, usos fuisse in docendo sermone. Quod C. Tacitus disertius affirmat, Britannorum, inquiens, & Gallorum sermo haud multum diversus. Huc accedit, quod cum locorum nomina antiqua apud utramque gentem eadem terminatione clauderentur, scilicet in *Duno, Briva, Rito, Duro, Mago* &c. has gentes minimè diversas fuisse colligi possit. Equidem vel hinc argumentum non leve arripi potest nos Anglos à Germanis ortos esse, quod recentiora opidorum nomina desinant in *Burrovv, Berrij, Ham, Sted, Ford, Thorp, & Wich*, quæ Germanorum terminationibus *Burg, Berg, Heim, Stadt, Furd, Dorp, Wijck*, pariter æqualiterq; respondent. Rursus ut nullus in hac re scrupulus relinquatur, cum constet recentè linguam Gallicam Latinæ & Germanicæ ita esse propagationem, ut in ea tamen plurima è veteri Gallica superfint: accepi ab illis qui utriusq; linguæ periti sunt, plurima ex illis Gallicis dictionibus, quæ nec ad Latinam nec Germanicam originem referri possint, & proinde ex antiquâ Gallica videantur, arctissimâ affinitate Britannica attingere. Exempli gratia: Galli hodie *Guerir*, Britanni *Guerif*, pro *sanare*: Galli *Guaine*, Britanni *Gvain*, pro *vagina*: Galli *Derechef*, Britanni *Derechesu*, pro *denu*: Galli *Camur*, Britanni *Cam*, pro *incurvo*: Galli *Bateau*, Britanni *Bad*, pro *cymba*: Galli *Gourmand*, pro *nimum edace*, Britanni *Gormod*, pro *nimis*,

nis, vel *supra modum*: Galli *Baston*, Britanni *Pastoun*, pro *baculo*: Galli *Accabler*, Britanni *Cablu*, pro *opprimere*: Galli *Havre*, Britanni *Aber*, pro *portu usurpant*. Sunt & id genus plurima alia, quæ lectori fortasse minùs sapiunt, licet ad hanc rem imprimis faciant.

Hinc concludi possit Gallos veteres & Britannos eadem usos fuisse lingua, & ex necessaria cõsecutione Britannorum originem ad Gallos referendam. Fatendum enim est Galliam, ut jam diximus, priùs habitatam, ut pote Armeniæ propiorem, utq; frugum feracem, sic teste Strabone, hominum feraciorem. Cumq; in Italiam, Hispaniam, Germaniam, Thraciam, & Asiam Galli colonias diffuderint, multò magis in Britanniam tam vicinam, nec minùs fœcundam, par est ut existimemus. Nec honori non summo Britannis esse possit, à præcis illis Gallis originem duxisse, qui bellica fortitudine imprimis excelluerunt, & quibuscum Romani non de gloria, sed de salute plurimos annos decertarunt. Nec silentio hic præmittendum, quod *Georgius Buc* non minus majoribus quàm bonis studijs clarus adolescens notat ex Mekerco *Walton* Gallum dici Germanis. Cumq; Germani Saxones huc venissent, & Britannos Gallicè loqui audirent eos *Wallos*, id est Gallos appellasse, Buchananus adjicit, *Walch* non simpliciter Germanis peregrinum, sed potiore intellectu Gallum significare, simulq; innuit, Gallos hodie regionem illam, quam nos *Wales*, Galles appellare, & veteres Scotos divisisse omnes Britannicas nationes in *Gaol* & *Galle*, id est, ut ipse inter-

interpretatur, in Gallæcos & Gallos. Sin autem Britanni nostri, velit nolit veritas, origine Trojani esse velint, me sanè repugnantem non habebunt, per Gallos tamen se commodissimè, ut mihi videtur, Trojanis imputabunt. Ajunt enim quidam, ut est apud Ammianum, paucos post excidium Troiæ fugitantes, Galliam tunc vacuam occupasse.

BRITANNIAE NOMEN.

At inquires, si Cumerò sit primævum incolarum nomen, unde Albion, unde Britannia? Audi quæso quod mihi persuasissimum, quia verissimum. Et res eadem varijs possunt circumstantijs considerari, varijsq; adeò nominibus designari, & si recentia & antiqua percurras singula, observabis singulas gentes, diversis ac ipsi usi sint nominibus, ab alijs denominari. Sic qui patria lingua Israëlita vocabatur, Græcis, *Hebræi* & *Judæi*, Aegyptijs verò *Huesi* nominabantur. sic Græci eos, *Syros*, qui se (ut auctor est Iosephus) *Aramaos* dixerunt; qui se *Chusios*, illi ab atro vultu *Aethiopes* vocarunt. qui sibi sua lingua *Celta*, Græcis *Galata* dicti, à lacteo candore, vel à comis promissis. Sic hodie, ne plura persequar, qui suo ipsorum idiomate *Muselmani*, *Magier*, *Czèchi*, *Besermanni* dicuntur, ab Europæis omnibus *Turca*, *Hungari*, *Bohæmi* & *Tartari* nuncupantur. Et nos ipsi Angli, qui nobis nostra lingua *Englishmen* vocamur, Britannis, Hibernis, & sylvestribus Scotis *Sasson*, id est *Saxonès*, appellamur. Eadem ratione judicandum est, majores nostros, qui se Cumerò dixerunt, alia de causa, vel à se, vel ab alijs *Britones* dictos fuisse, unde

Græci

Græci *BPETANIAN* constarunt, & quasi per manus Romanis tradiderunt. Hoc posito in Insula nostræ nomina nunc inquiramus.

De nomine Albion non multum laboro, quod huic Insulæ imposuerunt Græci ad differentiam, cum circumvicinæ Insulæ omnes Britannicæ & Britannicæ vocarentur. Vnde in Cæsarem Cæcilius, *Hunc Gallia timent, timent Britannia*. A Græcorum autem varietate, & desultoria illa in fingendis nominibus levitate, hoc nomen enatum videatur. Cum enim illi Italiani ab Hespero Atlantis filio Hesperiam, Galliam à Polyphemi filio Galatiam &c. fabulosè dixerint: non possum non credere, quin hanc Insulam ab Albione Neptuni filio Albionem etiam fabulosè denominarint. Nisi quis malit ab *Alphon* deducere, quod teste Festo Album Græcis sonat, unde & Alpes appellata. Albicantibus enim rupibus Britannia coronatur, unde in Antonini Pij & Severi nummis muliebri habitu rupibus insidens figuratur. Sed de Britannicæ nomine & originatione valde dubia pro hominum ingenijs fluctuat veritas. Quæ in re ut mihi meam interponere liceat sententiam, primùm hoc mihi pro concessio & probato cum bona Lectoris venia sumam, ipsos populos ante regiones & loca nominibus suis fuisse notos, & à populis regiones denominatas. Quis neget Iudæorum, Alamannorum, Gallorum, Saxonum, Anglorum, Scotorum &c. appellationes prius extitisse quàm Iudææ, Alamanniæ, Gallicæ, Saxonicæ, Anglicæ, Scoticæ &c. & hæc vocabula ex illis superioribus enata quis non videt? A Samnitibus,

B

Insulabri-

Insulæ, & Belgis, Livium & Cæsarem ipsas regiones *Sannitium*, *Insulæ*, & *Belgium* primum nominasse legimus. A Francis eorum sedes *Francia* primum dicta est: & à *Burgundis*, *Burgundiam* primum efformavit Sidonius Apollinaris. Eadem ratione necessariò credamus hanc nostram Insulam *Britanniam* ab incolis, vel vicinis Gallis denominatam esse, quos *Brit*, vel *Brith*, barbarè dictos fuisse persuadent nonnulla; In primis ille qui Sibyllæ nomine circumfertur verficulus.

*Brit, vel
Brith.*

ἐν βρῦπασσι καὶ ἐν γάλλοις πολυχρῦσσις.

Præterea Martialis, Iuvenalis, Aufonij; auctoritas. Procopius etiam, cui Insula hæc *Britia* appellatur; Inscriptiones item veteres ab ipsis Britannis posite, in quibus leguntur, *Brito*, *Britones*, *Britius*. Ipsi etiam Saxones, Britones, *Brith* sua lingua dixerunt, & Witichindus Saxo pro Britannis ubiq; *Brittas* concepit. Ut proculdubio *Brit* sit *Prototypon*, unde *Brito* deducitur, & unde lumen huic nomini Britannia exoriatur.

Quum verò gentes nomina ex eo invenerint, quo reliquis vel præstarent, vel à reliquis internoscerentur, sive pro primi conditoris dignitate, ut Iones à Iavan, Israëlites ab Israël; sive pro naturæ, morum, & studiorum ratione, ut Iberi, Hebraica origine, quod fossores, Germani, quod viri strenui censerentur, Franci quod liberi, Æthiopes quod atri essent: Cumq; nostrates, qui communi cum vicinis nomine Cimbræ & Cumeri dicerentur, nullam notam habuerint, qua internosci & secerni à finitimis melius poterant, quam ritu illo corpora sua pingendi:

Britan-

(Britannos enim se glasto depinxisse gravissimi quiq; auctores, Cæsar, Mela, Plinius, &c. doceant) quid si à depictis corporibus Britones dictos fuisse conjectârim? quicquid enim depictum & coloratum, *Brith* patria & antiqua lingua appellant. Nec est cur quis hanc duriusculam aut absurdam esse etymologiam existimet, cum quæ in etymis maximè requiruntur, & voces consonent, & nomen, tanquam rei imaginem ipsam exprimat. Nec alienum erit hic adnotare quod observavi in vetustissimorum Britannorum ferè omnium nominibus aliquam coloris significationem apparere, quæ ab hac pingendi ratione proculdubio sit enata. Certum etiam est, Britonem, *Brithon* Britannicè in Historijs dici. Aspirationis notam nihil moror, cum Britanni, quibus (ut inquit Chrysothomus) lingua erat sibila, aspirationibus gaudeant. Iam ut à *Brith* *Brito*, sic etiam *Britannia*, ut mihi videtur, promanavit. *Britannia*, inquit Isidorus, à vocabulo suæ gentis cognominata est. Cum enim Græci vetustissimi (hi namq; primi hujus Insulæ nomen sic conceperunt) disjunctissimas regiones, littora legendo adierint, & hanc gentem vel ab ipsis incolis, vel à Gallis, quibus una eademq; lingua, *Brith* & *Brithon* appellari accepissent, ipsi ad *BRITH*, *TANIA* addiderunt, quod, ut est in Glossarijs, regionem Græcè significat, unde *BRITANIA*, id est Britonum regio, conflareunt, pro qua *BPETANIA* perperam scripserunt, sed rectius Lucretius & Cæsar *Britannia*. Hanc rem ita se habere firmius credo, quod in spatiosissimo orbis terrarum

*Britones
undy sic
dicti.*

*Tania Gra
cis quid.*

B 2

theatro

theatro tria tantum, præter nostram Britanniam, majorum regionum nomina reperias, quæ in TANIÀ terminantur, & illæ quidem in Occidua hac orbis plaga, *Mauritania* videlicet, *Lusitania*, & *Aquitania*, quæ nomina Græcos fecisse, & Latinis tradidisse minimè dubito, utpote qui has terras primi perlustraverunt. A Mauris enim *Mauritaniam*, quasi Maurorum regionem fecerunt, quam indigenæ, teste Strabone, *Numidiam* vocarunt: à Luso Liberi filio *Lusitaniam*, quasi Lusi regionem; & *Aquitaniam* forsitan ab aquis, quasi ad aquas regionem, quo sensu, ut habet Plinius, prius *Armorica*, id est ad mare dicebatur. Nec novum est, vocabulum aliquod ex peregrino & Græco componi: componuntur (inquit Quintilianus) nomina aut ex nostro & peregrino, ut *Biclinium*, contra *Epitogium*, *Anticato*: aut ex duobus peregrinis, ut *Epirrhedium*. Et receptissima est hæc compositionis ratio in regionum nominibus. Nonne *Ireland* ex *Hibernica Erin*, & *Anglica Land*, nonne *Franc landt* è *Francica* & *Saxonica*; nonne *Poleland*, è *Polonica*, quæ planitiem illis denotat, & *Germanica*, nonne *Danmarch*, è *Danica* & *Germanica March*, quæ limitem significat, compositione coaluit? Non est itaque cur Græcam hanc adjectionem TANIÀ miremur, cum per omnia Europæ littora & Insulas usque ad hanc nostram Græcos fuisse accolos ex antiquissimis auctoribus doceat B. Hieronymus. Atque hac ratione, tam multa Græcorum vocabula in linguam Britannicam & Gallicam irrepsérunt, simul & Belgicam. Et si id Thomas Smythus

Mauritania.

Lusitania.
Aquitania

*Quest. in
Genes.*

Smythus Eques auratus, Elizabethæ Reginae à secretis, vir undiquaque doctissimus, inde evenisse credit, quod reliqua Europa bello exagitata, Græcorum plurimi huc tanquam in asylum confluerunt.

BRITANNORVM MORES.

De antiquis verò Britannorum moribus hæc paucula ipsis antiquorum verbis habeto.

Cæsar: Utuntur Britanni nummo æreo, aut † laminis ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo. Leporem, & gallinam, & anserem gustare fas non putant: hæc tamen alunt animi voluptatisque causa. Ex his omnibus longè sunt humanissimi qui Cantium incolunt, quæ regio est maritima omnis, neque multum à Gallica differunt consuetudine. Interioribus plerique frumenta non serunt, sed lacte & carne vivunt, pellibusque sunt vestiti: omnes verò se Britanni luteo inficiunt quod cæruleum efficit colorem, atque hoc horribiliore in pugna adpectu, capilloque sunt promisso, atque omni parte corporis rafa, præter caput & labrum superius. uxores habent deni duodenique inter se communes, & maximè fratres cum fratribus, & parentes cum liberis: Sed si qui sunt ex his nati, eorum habentur liberi, à quibus primum virgines quæque ductæ sunt. In præliis plerumque uti consueverunt *Effedarij*. Primo per omnes partes perequant, & tela conjiciunt, atque ipso terrore equorum & strepitu rotarum ordines plerumque perturbant, & cum se inter equitum turmas insinuavere, ex effedis defiliunt, & pedites præliantur.

† *Alij legunt annulis.*

Luteum.

Effedarij.

Strabo: Britanni Gallos proceritate superant, minusq; flavos habent crines: laxioribus autem sunt corporibus. Ingenio Gallorum partim similes sunt, partim simpliciores, & magis barbari, adeo ut quidam eorum ob imperitiam caesos nullos conficiant, cum tamen lacte abundant: alij hortos colendi, & aliarum partium agriculturæ ignari sunt. Urbium loco ipsis sunt nemora. Arboribus enim dejectis ubi amplum circulum sepserunt, ipsi casus ibidem sibi ponunt, & pecori stabula condunt, ad usum quidem non longi temporis,

*Britannorū
urbes.*

Victus.

Diodorus Siculus: Britanni moribus simplices integrique sunt, longè à nostrorum hominum astutia & versutia remoti, cibo simplici victuq; vitam degunt, atque à divitum delicijs alieno. Multitudinis hominum Insula plena est.

Pomponius Mela: Fert Britannia populos regesque populorum, sed sunt inculci omnes; atque ut longius à continentibus absint, ita aliarum opum ignari magis, tantum pecore ac finibus ditescunt, incertum ob decorem, an quid aliud, vitio corpora infecti,

C. Tacitus: Proximi Gallis, & similes sunt Britanni. Sermo haud multum diversus, in deposcendis periculis eadem audacia; & ubi advenire, in detrectandis eadem formido. plus tamè ferociae Britanni præ se ferunt, ut quos nondum longa pax emollierit. In peditu robur; quaedam nationes & curru præliantur: honestior auriga-clientes propugnant: olim Regibus parebant, nunc per principes factionibus & studijs trahuntur: nec aliud adversus validissimas gentes

pro

pro Romanis utilius, quam quod in commune non consulunt. Et alibi: Solitum Britannis fibris Deos consulere, foeminarum ductu bellare, neque sexum in imperijs discernunt.

Dio Nicæus ex Xiphilini epitome de Britannis in Septentrionali Insula parte: Agros nullos colunt: de præda & venatione, fructibusque arborum vivunt: nam pisces, quorum ibi est innumerabilis copia, non gustant. Degunt in tentorijs nudi & sine calceis: sed inprimis famem, frigusque ac labores omnes perferunt. nam meri in paludibus capite tenuis, per multos dies inedia sustinent: in sylvis autem, corticibus atque radicibus arborum aluntur. certum cibi genus parant ad omnia, quem si ceperint, quanta est unius fabæ magnitudo, minimè esurire aut sitire solent.

Herodianus: Vestis usum non cognoscunt, sed *Habitus.* ventrem atque cervicem ferro incingunt, ornamentum id esse existimantes. Quin ipsa notant corpora picturâ variâ, & omnifariam formis animalium, quocirca ne induuntur quidem, videlicet picturam corporis ne adoperiant.

Reliqua, quæ pauca sunt, hinc inde carpan *Magia.* & delibabo. *Plinius de Magia*: Britannia hodièq; eam attonitè celebrat tantis ceremonijs, ut de disse Persis videri possit. Idem; Lautiores epulas non novit Britannia quam Chenerotes ferro ansere minores.

Certis notis se inurere, quas Britonum stigmata vocat *Tertullianus*, docet *Solinus*. Regionem, inquit, partim tenent Barbari: quibus per artifices plagarum figuras jam inde à pueris variæ

riæ animalium effigies incorporantur, inscriptis
que visceribus, hominis incremento pigmenti
notæ crescunt,

Dea,

Dio. Andatem, id est victoriam, & Adraften
Deas colebant.

Naves.

Cæsar. Naves habebant quarum carinæ ac sta-
tumina ex levi fiebant materia: reliquum con-
textum corijs integebatur. *Solinus:* Quantocun-
que tempore cursus tenebat, navigantes esu ab-
stinebant. Potu ex hordeo utebantur, & nos
hodie utimur, ut habet *Dioscorides*, qui *Curmi*
pereram vocat pro Kwrw, sic enim Britannii
quod nobis *Ale* dicitur. Centenos & vicenos
vixisse annos, quod obrigefacta loca calorem
introrsus arceant, prodit *Plutarchus*.

Potus.

Lög.evitas.

Superstitio.

De prisca eorum religione verba non faciam,
quæ ne religio quidem, sed tristissimum super-
stitutionum chaos. Cùm enim Diabolus cumula-
ta caligine veram doctrinam demersisset, Bri-
tanniæ portenta erant, inquit *Gildas*, ipsa diabo-
lica, pænè numero Ægyptiaca vincencia.

Britannia

Græcis &

Romanis

serius co-

gnita.

Ut Romani, qui in eam potentiam emicue-
runt, nec *Herodoto*, nec Græcis antiquioribus
innotuerunt, Galli que & Iberi diu prisca Histo-
ricis planè fuerunt ignotissimi: sic Britannorum
nomen serius Græcis & Romanis auditum fuisse
semper existimavi. *Polybio* certè, qui mag-
ni *Scipionis* socius, magnam Europæ partem,
circa annum ante Christum natum 370 perlu-
stravit, hac Orbis terrarum plaga minimè in-
notuit. Quod, inquit ille, inter *Tanaim* atque
Narbonem ad Septentrionem vergit usque in
presentem diem ignoratur, somniantque siqui
de

de eo velloquuntur aliquid, vel scribunt. Quod
verò Britannia serius innotuerit, in causa vi-
deatur cùm disjunctior Insula situs, tum quod
veteres illi Britanni tunc barbari, ut reliquæ in
hoc tractu gentes, sibi que, viventes, non magna
commercia cum alijs gentibus habuerint. Et hac
quidem in re *Dio* juxta sentit. Latinorum au-
tem primus, quod sciam, Britannia meminit
Lucretius, quem *Cæsare* paulò antiquiorem fu-
isse in confesso est. Hinc itaque nostro Historico
futuro principia ducenda, & non alijs repeten-
da, si cum judicio perpenderet quod *Varro* ille
doctissimis olim tradidit. Tria nimirum esse
temporum discrimina, primum ab hominum
principio ad Cataclysmum, quod propter igno-
rantiam vocatur *ADELON*: secundum à Di-
ludio ad Olympiadem primam, annum scilicet
mundi 3189. quod quia multa in eo fabulosa
referuntur, *MYTHIKON* nominatur: tertium
à prima Olympiade ad nos, quod dicitur *HIS-
TORICON*, quia res in eo gestæ veris Histo-
rijs continentur. Hinc ne malè ponam initia, &
sic cætera sequerentur, quia & locus exigere vi-
detur, & sequenti narrationi lux maxima inde
oriatur, liceat mihi Romanorum in Britannia
Historiam non è fabellis, quas vani esset scribere,
& imperiti credere, sed ex incorruptis pri-
sca antiquitatis monumentis, summatim & car-
ptim perstringere.

Tria discrimina tem-
porum.

ROMANI IN BRITANNIA.

C. Julius Cæsar, Gallias jam victorijs emen-
sus, Oceanum respexit, annoque ante Christum
natum

Julij Cæ-
saris in Bri-

tanniam
ingressus,

Lib. 4. cir-
ca sū,

natum quinquagesimo quarto in Britanniam proficisci contendit: Vel, ut Suetonius scribit, Margaritarum Britannicarum spe illectus, vel potius gloriæ cupiditate flagrans, quod facillimè credamus, cum rejecerit Legatos Britannorum, qui cognito ejus consilio, eum adierunt, obfideque dare, & populi Romani imperio obtemperare promiserunt. Et eo quidem ingressu, quem fuscè prosequitur ipse, acerba pugna, ut inquit Eutropius, fatigatus, & adversa tempestate correptus, nihil serè præstitit. Anno autem insequente comparata majori classe, & auctis copijs redijt, & Cassivellauno seu Cassivellino nostro multis detrimentis fracto, partem aliquam Insulæ in deditionem accepit; obfides imperavit; quid in annos singulos Romanis penderetur, constituit; reversusque ad mare, exercitum in Gallias reportavit. Veruntamen aliorum iudicio, Britannos tantum prospera pugna terruit ille, grauiissimisque scriptor Tacitus scribit illum Britanniam tantum ostendisse, non tradidisse Romanis. Tantum abest ut verum sit quod Vellejus Paterculus scripsit, *Bis penetrata Britannia à Cæsare.* Annos enim plures ab hoc Cæsaris ingressu, hæc Insula suis Regibus concessa, & suis legibus est usa.

Dio.

Res Britan-
nicæ sub
Augusto.

Augustus consultò Britanniam neglexisse videtur, fortasse quia tutissimum videbatur imperium Romanum intra terminos à natura datos coerceri, Oceanum scilicet, Istrum & Euphratem: vel, ut Straboni placet, spreuit, cum videre neque metum ullum à Britannis esse, neque multum utilitatis, nec parum incommodi videretur

deretur ab alijs Insulam circumjacentibus oblatum iri. Certè post Iulium, & versa in ipsam rempubl. Romanorum arma, longa erat Britannia oblivio, etiam in pace. Tandem tamen ab urbe profectus est Augustus, ut in Britanniam bellum transferret: verum postquam in Galliam venit, Britanni ad eum pacem petitam miserunt, & Reguli quidam Britannici legationibus & officijs amicitiam ejus consecuti, donaria in Capitolio dedicarunt.

Tiberius Augusti consilio acquievisse videtur, *Sub Tiberio.* librum enim protulit ipsius Augusti manu per scriptum, in quo opes publicæ continebantur, additumque consilium coercendi intra terminos Imperij. Quod ipsi præcipuè (ut habet Tacitus) adeò placuit, ut nihil in Britannia tentaverit, nec aliquid præsidij habuerit.

Agitasse Caium Cæsarem de hac Insula intranda satis constat. *Sub Caligula.* Ut enim Britanniam & Germaniam, quibus imminebat, alicujus immensi operis famâ territaret, Bajarum medium intervallum, & Puteolanas moles trium millium & sexcentorum passuum ponte conjunxit. Nihil autem amplius præstitit, quam Adminio Cinobellini Britannorum Regis filio, qui pulsus à patre, cum exigua manu transfugerat, in deditionem recepto, quasi universa tradita Insula, magnificas Romam literas misit.

Iam inde interior Britannia, magis civilibus *Sub Claudio, & in-* bellis & partium studijs, quam Romanorum *vidio, & in-* ribus attrita, post varias clades ultrò citroque *de porrò* illatas, in Romanorum potestatem paulatim *usq; ad Do-* concessit. Dum enim singuli pugnabant, uni- *mittanum.* versi sunt victi, sic in mutuam perniciem ruen-
tes

tes, ut non nisi oppressi senserint omnibus perire, quod singuli amiserunt. Eousque etiam plures falsos fieri subegit ambitio, ut nonnulli transfugerint, Romanorum fidem secuti, & omnibus modis Romanis securibus patriam subijcere machinati. Inter hos præcipuus Bericus, qui auctor fuit Claudio, ut Britanniam nulli post I. Cæsarem tentatam, & tunc tumultuantem ob non redditos transfugas aggredere-tur. Quem Suetonius sine ullo prælio aut sanguine partem Insulæ in deditionem accepisse tradit.

Tantum verrò erat vel tantillâ Britanniaë partem debellasse, ut hinc Claudio annuos ludos, arcus triumphales & in Vrbe & Gesoriaci Galliæ, splendidissimùmq; triumphum decreverit Senatus, ad cujus spectaculum etiã Provinciarum Præsidibus, & quibusdam exulibus in Urbem commeare permissum. Interim belli reliquias tam secundis prælijs persecutus est A. Plautius Prætor, ut illi ovationem decreverit Claudius, ingressosq; urbem obviam progressus, & in Capitolium eunti, & inde rursus revertenti latus texerit. Monstratus etiam jam satis Vespasianus, qui in partem hujus Britannici belli à Claudio assumptus, tricies cum hoste conflixit, duas validissimas gentes, supraque viginti opida, & Insulam Vectem in deditionem redegit. Titus etiam hic Tribunus sub patre meruit, summâ industriæ & fortitudinis (patrem enim obsessum fortiter liberavit) nec minore modestiæ famâ. Cætera quæ in Britannia deinceps acciderunt, usq; ad suprema Domitiani tempora, suis verbis

verbis qui optimè poterit enarrabit Tacitus, quem tu Lector, & tanti est, adi, præsertim libr. 12. & 14 Annal. Item de vitâ Iulij Agricolaë. Qui illustris vir, & Taciti generi sui scriptis æternitati insertus, successorem habuit in Provincia, ut alijs placet, Cn. Trebellium, ut mihi videtur, Sallustium Lucullum.

Ita imperante Domitiano, ulteriori illa parte, ut aspera & infrugifera Barbaris relicta, hæc in Provincia formâ ceterior planè & plenè in provinciam fuit redacta: & Britannis jugum impositum primùm redacta. præsidio militum, inde tributo & vectigali: nec legibus suis patrijs uti permissi sunt, sed Magistratus à Pop. Romano cum imperio & securibus missi, qui jus dicerent. Nec hoc satis, discordias inter eos alebant, & quosdam indulgentiis fovebant, ut ipsos suæ servitutis instrumenta haberent.

Hoc Romanorum jugum quamvis grave, tamen salutare fuit. Salutare enim Iesu Christi jugum Britannis unâ affulsit, & clarissimi illius Imperij lux barbariem à Britannorum, perinde ac reliquorum quos devicerat, animis fugavit. Siquidem Romani traductis huc Colonijs, & convocatis in-civilis vitæ societatem indigenis, Britanniam ita legibus temperarunt, & moribus excoluerunt, ut victu, cultuque cæteris Provincijs non concederet: ita ædificijs & magnificis operibus instruxerunt, ut eorum reliquiæ & rudera maximam jam intuentibus admirationem commoveant, & vulgus nostrum opera Romanorum, Gigantum fuisse dicat, quos sua lingua in Septentrionali plaga Eatons, pro Heathens

thens, quasi *Ethnicos* (ni fallor) vocitat.

Britannia
status à
Nerva usq;
ad Commo-
dum.

Sub Nerva Britannia mentionem intermiserunt Scriptores. Sub Trajano defecisse videantur Britanni, & subactos fuisse ex Spartiano constat. Imperante autem Hadriano, Britanni, sub Romana ditione teneri non poterant, nisi ipse Adrianus adisset, qui anno Christi 124. virtute exercitus hostes fudisse videtur. Hic per Insulam multa correxit, murumque per Lxxx. mill. pass. primus inter Barbaros Romanosque duxit. Sub Antonino Pio hoc bellum denuo exarsit, quod per Lollium Urbicum Legatum Barbaris submotis, alioque mucro cepititio ducto ita restinxit, ut *Britannicus* diceretur. Britanni autem bellum ex bello ferentes, res sub Antonino Philosopho movere coeperunt, ad quas componendas missus est Calphurnius Agricola, & felici exitu confecisse videtur. Commodus imperante omnia bellorum seditionumque per Britanniam plenissima erant, barbari enim Britanni murum transgressi multa vastarunt, Romanum ducem & milites obruncarunt, ad quos reprimendos missus est Vlpianus Marcellus, qui eorum audaciam adeo feliciter contudit, ut ejus virtutem jam invidia laceraret, & revocaretur. Quo facto, & laxata militari disciplina, Commodi imperium Britannici exercitus recularunt. Quas tamen seditiones Helvius Pertinax compescuit: & pacatam jam Britanniam accepit à Commodus Clodius Albinus, cui successor mox datus est Iunius Severus.

Britanni
ad Christi

Hoc tempore, densa superstitionum caligine discussa, divinus Christianae lucis fulgor huic Insule

fulae Lucij Regis operá illuxit. Qui Christiano-
conversi.
rum integritatem & sanctitatem admiratus, petijt ab Eleuthero Papa per Eduanum & Meduanum Britannos, ut ipse & subditi Christiana religione imbuerentur. Statimque ille huc misit viros Sanctos Fugatiuum & Donatianum, cum litteris quae adhuc extant fide quam plurimis minimè suspecta, datis L. Aurelio Commodus II. et Vesprenio Coss. qui Regem & alios Christianis mysterijs instituerunt. Qui haec de Lucio rege in questionem vocant, quasi nullus tunc temporis Rex in Britannia, in memoriam revocent velim, Romanos in Provinciis Reges ut servitutis instrumenta veteri instituto habuisse, Britannos tunc temporis recusasse parere Commodus, ipsaque Insulae partes ultra murum liberè tenuisse, ibidem Reges suos habuisse, & ante paucos annos Antoninum Pium confecto bello regna Regibus, Provincias Comitibus suis regendas permisisse. Ut nihil prohibeat, quin Lucius hac in parte, quae Romana arma nunquam pertigerant, Rex fuisse potuerit. Sed ante haec tempora Britanniam in ipso primo Ecclesiae diluculo Christianam religionem imbibisse, ex antiquae fidei auctoribus Ecclesiastici nostri Scriptores, qui ad hanc rem & tempus & diligentiam adhibuerunt, docere satagunt.

Commodo interfecto, Pertinax in imperium
Britannia
assumitur: & hoc post diem 82. sublato, Didius
status sub
Iulianus (qui mox itidem occisus) Romae, L. Septimus
Severo
Pescennius Niger in Syria, Clodius Albinus in
Britannia, & Septimius Severus in Pannonia
impe-

imperium simul semelque arripiunt. Severus, qui Italiae proximus, Romam primus advolat, & Imperator salutatus, statim ne post tergum hostem relinqueret, Albinum, Caesarem subdole creat, pecuniaque ejus imagine percussa, statuis erectis, Consularique honore collato, hominem providè demulcet. mox consortis impatiens, percussores in eum submisit, verum cum insidiae non procederent, hostem publice declarat, & quanta poterat celeritate contra eum contendit. Summum hincorbis terrarum fastigium Severus solus consecutus, ad Britanniam obtinendam Virium Lupum Propratorem misit. Cumque ille repentinos hostium insultus post plurimas illatas calamitates reprimere minime potuisset, necessario ipsum Severum accersit. Qui arrepta gratanter occasione, Britanniam, licet Sexagenario major & podagricus, cum filijs Bassiano & Geta, & legionibus cogitat. Vbi levioribus aliquot velitationibus victor, barbaros tandem ad foedus faciendum ea conditione adegit, ut non parva regionis parte cederent. quodque maximum ejus imperij decus est, tuto per transversam Insulam ducto utrimque ad Oceanum communiuit. Novas rames postea res Britanni violato foedere moliri coeperunt. quos cum utcumque per suas compe-scuisset, non tam corporis morbo, quam animi moerore ex perditis Bassiani filij moribus, Eboraci expiravit in haec verba; *Turbatam Remp. ubique accepi, pacatam etiam Britannis relinquo.*

Sub Caracalla.

Severi filius Bassianus, qui & Antoninus Caracalla, belli reliquias per Duces aliquantisper in

in Britannia est persecutus, sed statim pacem fecit, agris castellisque hosti cessit. *Britannici* tamen, imò *Britannici Maximi* nomen sibi ambitiosius arrogavit, fraterque ejus Geta *Britannici* etiam titulo usus est.

Iam inde res Britannicas longo silentio praetervechi sunt Scriptores. tantum ex antiquo *Saxo* constat Nonium Philippum sub Gordiano *Juniore* hic fuisse Propratorem.

Gallieno in omnem luxum diffluente, omnibus ferè membris truncata jacuit res Romana. *Sub xxx. Tyrannis.* Triginta enim Tyranni imperium sibi diversis in locis arripuerunt, è quibus Lollianus, Victorinus, Posthumus, Tetrici, Mariusque in hac Insula rerum (ut opinor) potiti sunt. eorum enim nummi quotidie hic magna copia eruuntur.

Sub Aureliano, Bonosus ille bibacissimus, origine Britannus, imperium cum Proculo invasit, *Sub Aureliano.* omnesque Britannias, Hispaniam, & Braccatam Galliam sibi vindicavit, sed longo gravique certamine à Probo superatus laqueo vitam finivit, jocusque extitit, Amphoram, non hominem pendere.

Probum novae in Britannia turbe exciperunt. *Sub Probo* quare Burgundos Vandalosque quos in potestatem redegerat huc misit, & sedes concessit, quotiesque deinde seditionem aliquis moliretur, utiles Romanis fuerunt.

Carus Augustus deinde Carino filio hanc regionem cum Gallijs, Hispanijs, & Illyrico de- *Sub Caro.* crevit.

Sub Dioclesiano & Maximiano Carausius è *Sub Dioclesiano,* Menapia civitate, genere infimus, consilio & manu

Maximiano-

manu promptus, Britanniam assumptis Imperatoris insignibus occupavit, classē quæ Gallias tuebatur, abduxit, naves plurimas in Romanum modum ædificavit, Legionem Romanam sibi adjunxit, Britannia & Batavia redditus intervertit, & omnia circumquaque littora infesta habuit. Ad hunc debellandum cum numeroſo exercitu movit Maximianus, sed classiariorum inopia, & Oceani Britannici inclementia deteritus substitit, paceque simulata cum Carausio inita, ipsi Insulae imperium remisit, quam & integra auctoritate et summa pace administravit. Cum Dioclesianus & Maximianus, Constantium Chlorum & Maximianum Galerium Cæsares sibi adscivissent, Constantius conscripto exercitu omniam opinione citius advolat: Dumque ad Britanniam recuperandam, classē hic & alibi apparat, Bataviam à Francis occupatam omni hoste purgavit. Interea verò Carausium familiaris ejus Allectus dolo interemit, & purpuram ipse induit. Quo audito, Constantius armatis diversis classibus Allectum ita incertum consilijque inopem reddidit, ut tunc demum senserit, quod non munitus esset Oceano, sed inclusus. Quare ut vela Constantij imminencia conspexit, à littore quod tenebat abcessit, adeoque trepidus & in modum amentis properavit ad mortem, ut nec aciem explicarit, nec turmas quas trahebat instruxerit, ceciditque tumultuaria pugna, vix unius indicio repertus inter cadavera, nam purpuram, ne agnosceretur, abjecerat. Hac victoria, postquam Provincia septem plus minus annos sub Carausio, & tres sub

Carausius Imp.

Allectus Imper.

sub Allecto occupata fuisset, recuperata est.

Cum Dioclesianus & Maximianus se Imperio abdicarent, Constantium illum Chlorum, Augustum designarunt. Hic cum sub Aureliano in Britannia stipendia faceret, Helenam Coeli vel Coelij Britannici Reguli filiam in uxorem duxit, ex qua Constantinum illum Maximum in Britannia genuit. A Maximiano tamen illam repudiare coactus est, ut Theodoram ejus filiam acciperet. Hæc illa Helena est, quæ ob Christi crucem inventam tantopere ab Ecclesiasticis Scriptoribus celebratur. Nec minori sanè laude maritus ejus Constantius ob pietatem & moderationem effertur, qui ut Aulicorum suorum in Deum fidem experiretur, optionem illis dedit liberam, vel ut Dijs sacrificantes apud se manerent, vel recusantes abirent: verum qui abire potius, quam fidem in Deum deserere maluerunt, apud se retinuit, abjectis alijs, quos sibi futuros infidos putavit, quod fidem in verum Deum abjecerant. Obijt hic optimus Imperator Eboraci, filio Constantino Imperatore successore & Cæsare designato.

Constantius Chlorus Imp.

Helena Constantini Magni Imper. mater.

Paucis ante Constantij mortem diebus, Constantinus ejus filius per dispositos equos Roma Eboracum advolavit, ibique patris spiritum excepit. Iam oriens Cæsar belli reliquias quod Pater in Caledonios aliosque Pictos susceperat primum persecutus, Britannos illos remotiores, & Insularum quæ illic sunt incolas, alios vi & armis subegit, alios in societatem stipendijs oblati pellexit, nonnullos ex hostibus amicos, ex veteribus inimicis familiares reddidit. In

hoc tanto Imperatore, qui alioqui plurimis laudibus felicissimus, desideratur ejus prudentia, quod barbaris viam in Britanniam, Germaniam & Galliam aperuit. cum enim ad Persarum ope- pes frangendas, novam urbem Constantinopolim condidisset, legiones quæ limites tuebantur, partim in Orientem transtulit, partim in urbes remotiores à limitibus abduxit, adeo ut statim post ejus obitum barbari in Provincias irruerint. Atque hoc nomine pessimè apud Zo- zimum audit, ut Imperij florentissimi maximus & primus subversor.

Politia Ro-
mana in
Britannia
sub posteri-
orib. Imp.
Cum verò Constantinus formulam Romani Imperij immutavit, non alienum erit hic summatim adnotare, quomodo sub eo, & succeden- tibus annis Britannia fuerit administrata. Qua- tuor constituit Præfectos prætorio, scilicet Ori- entis, Illyrici, Italiae, & Galliarum, & duos mi- litum Magistris, alterum peditum, alterum equitum, quos *Præsentales* dixerunt. Quo ad ci- vilem administrationem, præfuit Britannia Præfectus prætorio Galliarum, & sub eo Vicar- ius Britanniae, qui ejus vices agebat, *Speclabilis* titulo honoratus. Cui parebant pro numero Provinciarum duo Consulares, & tres Præfides, qui causas civiles & criminales audiebant. Quoad rem militarem, imperavit Magister pe- ditum Occidentis, sub cujus dispositione erant Comes Britanniarum, Comes littoris Saxonici per Britanniam, Dux Britanniarum: singuli *Spe-*

Vicarius
Britanniae.
Comes Bri-
tanniarum.
clabiles. Comes Britanniarum interioribus Insu- lae partibus præfuisse videtur, & secum habuit septem Numeros peditum, & novem vexilla- tiones

tiones Equitum. Comes littoris Saxonici, qui *Comes lit-*
littora contra Saxones tuebatur, habuit septem *toris Saxo-*
Numeros peditum, duas vexillationes equitum, *nici.*
Legionem secundam, & cohortem unam. Dux *Dux Bri-*
Britanniarum, qui limites contra Barbaros tue- *tanniarum.*
batur, imperavit xxxviii præfidijs, in quibus *Comes sa-*
stationes egerunt 14000 Pedites, & 900 Equites. *crarum lar-*
Ita ut eo saculo, si Pancirollus rectè rationes *gitionum.*
subduxerit, aluerit Britannia 19200 Pedites, & *Comes re-*
1700. Equites plus minùs ordinarios. Præter *rum priva-*
hæc Comes sacrarum largitionum, qui dono- *tarum.*
rum & liberalitatis Imperatoris curam gere- *Procurator*
bat, habuit sub se in Britannia *Rationalem summa-*
rum Britanniae, *Præpositum thesaurorum Augustensium*
in Britannia, & *Procuratorem Gynegij* in Britannia, *Comes re-*
in quo Principis militumque vestes texebantur. *rum priva-*

Constantino defuncto obtrigit Britannia filio ejus Constantino, qui cum dominandi libidine percitus in aliena irrueret, à fratre Constante *Constans*
est interfectus. Qua victoria ille tumidior *Imper.*
Britanniam & reliquas provincias occupavit, & huc accessit cum fratre Constantio. Sed juve- nis hic Princeps, à Magnentio Comite Iovio- rum & Herculiorum in vico Helena circum- ventus & obruncatus, vaticinio adimpleto in aviae gremio fato complexit, à cujus nomine vicus ille nomen sumserat. Hic Magnentius pa- *Magnenti-*
tre Britanno in Gallia natus, occiso jam Con- *us Imp.*
stante

stante, imperatorium habitum induit, Britanniamque in suas partes pellexit, atque per triennium acrioribus praelijs à Constantio exagitatibus sibi manus intulit. Hoc tempore præfuit Castrénsi per Britanniam Gratianus cognomine Funarius, qui pater Valentiniani Augusti. Magnentio sublato Britannia se Constantio submit, & protenus huc missus est Paulus Notarius ortus in Hispania, de quo vide, si placet, Ammianum Marcellinum lib. 14. Sub hoc Constantio, qui Arianis impensè favebat, eorum hæresis in Britanniam proserpsit.

Julian, Imp. Constantio postea defuncto, Iulianus ille Apostata, qui Augusti nomen contra Constantium assumerat, Alipium qui Britanniam pro Præfecto curaverat, ad Hierosolymas instaurandas misit. Sub Valentiniano Augusto, bellum per universum orbem canentibus buccinis, Picti, Saxones, Scoti, & Attacotti Britannos ærumnis vexavere continuis. quâ de re vide Ammianum Marcellinum lib. 27. & 28.

Gratianus Imp. Gratianus deinde imperium suscepit, qui etiam Theodosiû, Theodosij filium, Augustum declaravit. quod ita agrè tulit Maximus ejus amulus ex Hispania oriundus, & Constantini Maximi stirpe prognatus, qui Britannico exercitui jam præterat, ut purpuram sibi arripuerit, vir strenuus, probus, atque Augusto dignus, nisi contra fidem per tyrannidem emerisisset. Tyrannidi autem defensionem religionis Catholicæ prætendit, ac Priscillianum & quosdam ex ejus sectatoribus, hæreticæ pravitatis Synodo Burdegalensi convictos, & ad ipsum provocan-

tes capitis damnavit. licet Martinus Episcopus Turonensis submissimè oraret, ut infelicitium sanguine abstineret. ~~_____~~

Theodosio successit in Occidentali Imperio filius Honorius decennis, cui tutor datus Flavius Stilicho, vir diu illustrissimus, qui providè sanè per aliquot annos rebus Imperij prospexit, Britanniamque contra Pictos, Scotos, & Saxones communiavit.

Regem Romana in occasum divergente, & barbaris gentibus undique Provincias in continente dilacerantibus, Britannici exercitus, existimantes strenuo aliquo Imperatore opus esse ad barbaros repellendos, se ad Imperatores eligendos converterunt. Primum Marco, & eo deinde necato, Gratiano, atque hoc rursus neglecto, Constantino cuidam ex infima militia, auspiciati nominis omine, rerum summam tradiderunt. Hic post res feliciter gestas, litteris ad Honorium datis culpam deprecatus, quod sibi purpuram vi à militibus injici passus fuisset, ab eo Imperatoriam vestem dono accepit. Sed tandem post quartum imperij annum, deposita purpura & fortunæ suæ mole, Ecclesiam ingressus Presbyteri suscepit ordinem, statimque in Italiam ductus, capite plectitur unâ cum Iuliano filio, & Sebastiano fratre. Ex eo tempore Britannia ad Honorium reversa, & recreata parumpet prudentia & fortitudine Victorini qui Provinciam tunc rexit, & Pictorum Scotorumque excursus repressit. Paulò tamen post, Victorino cum exercitu revocato, auxilium ab

Honorius Imp.
F. Stilicho.

Marcus, Gratianus, & Constantinus Imp.

Victorinus Rector Britannie.

Honorio efflagitarunt Britanniae civitates, quas ille, nullo auxilio submisso, ut sibi caverent & ceteris, nonnoit. Britanni acceptis litteris exerati, arma nonnoerunt, sed suas tuerentur, verum cum barbaris undique super infusis pares non essent, obnixè ab Honorio petunt, & impetrant, ut Legio in subsidium mittatur, quæ huc prosecta magnam hostium multitudinem prostravit, ceteros è provinciae finibus depulit, murumque cespitium inter Fretum Edenburgense, & Cluidam ducendum curavit. Sed revocata ad Galliam rutandam legione, illi reversi terminos facile rumpunt, & immani crudelitate omnia undique ferunt, rapiunt, lacerant. Iterum mittuntur queruli Legati scissis vestibus, operisque sablone capitibus (notate morem) opem à Romanis petitari, quibus jussu Valentiniiani III. militares destinantur manus sub Gallione Ravennate, quæ fortissimè barbaros profigarunt, & afflictam perditamque provinciam quodammodo erexerunt.

Confecta jam erat in Britannia Romanorum Imperij periodus, quadragesimus, septuagesimus sextus nimirum à Casaris ingressu annus, cum Valentiniiano III. imperante, Romani transvectis à Gallione illo ad Galliam defendendam copijs, & defossis thesauris, Britanniam sua juventute crebris delectibus exhaustam, omni que presidio nudatam Pictorum & Scottorum immanitati reliquerunt. Vnde Prosper Aquitanus verè scripsit, *Hac tempestate praevalitudine Romanorum, vires funditus attenuatae Britannia.*

Roman
Britanniam
deserunt.

tannia. Nam præter eos quos Maximus ille, & ultimus Constantinus abduxerunt, constat quod hi subscripti militabant Romanis dispersi per provincias, quæ continuò ex Britannia suppleti.

Ala Britannica milliaria.

Ala IIII. Britonum in Ægypto,

Cohors prima Ælia Britonum,

Cohors III. Britonum,

Cohors VII. Britonum.

Cohors XXVI. Britonum in Armenia.

Britannici sub Magistro peditum.

Invicti Juniores Britannici, & Excalcatores Juniores Britannici, inter auxilia Palatina.

Britones cum Magistro Equitum Galliarum.

Invicti Juniores Britones intra Hispanias.

Britones seniores in Illyrico.

Hæc dum ego commentor de Romanorum in Britannia imperio, & subinde mecum reputo, quot tanto tempore Romanorum coloniarum huc deductæ, quot milites hæc Romæ in presidij continuò transmissi, quot ad res suas, vel Imperij agendas huc submissi, qui cum Britannis connubijs juncti hic & sedes fixerunt, & solem susceperunt: sæpenumero animum subij, quod Britanni per hos Romanos, qui à Trojanis proculdubio prognati, se in stirpem Trojanam veriùs inserant, quàm vel Arverni, vel Mamertini, Hedui, & ceteri, qui fabulosa origine se Trojanis imputavere. Communis illa mater enim, ut inquit ille, ROMA, cives vocavit.

Quos domuit, nexuque pio longinqua revinxit.

Et par est credamus Britannos & Romanos tot sæculis in unam gentem quasi læta inſitione coaluiſſe.

BRITANNIÆ EXCIDIVM.

Cùm jam derelicta eſſet à Romanis præſidijs Britannia, confuſiſſima erant omnia, & calamitatibus miſerrima, hinc barbaris incurſantibus, illinc civibus tumultuantibus, dum quiſque Imperij ſummam ſibi arripit,

BRITANNI ARMORICI.

Qua ſineſtiſſima tempeſtate nonnulli miſerarum reliquiarum Britannorum, ut habet Gildas, in montibus deprehenſi acervatim jugulabantur, alij fame conſecti accidentes manus hoſtibus dabant in ævum ſervituti, ſi tamen non continuo trucidarentur, quod altiffimæ gratiæ ſtabat loco: alij tranſmarinas petebant regiones, cum ululatu magno, ceu celeuſmatis vice, hoc modo ſub velorum ſinibus cantantes, Dediſti nos tanquam oves eſcarum, & in gentibus diſperſiſti nos: alij montanis collibus, minacibus præruptis, vallatis & denſiſſimis ſaltibus, marinique rupibus vitam ſuſpecta ſemper mente credentes, in patria licet trepidi perſtabant.

Ex his qui tranſmarinas petierunt regiones, illi proculdubio fuere, qui ſaluti ſuæ conſulentes magno numero in Armoricam Galliam ſe contulerunt, & ab Armoricanis gratanter admiſſi fuerunt. Quod præter linguæ communiatem, quæ eadem ſerè com noſtris Britannis, ſive Wallis, comprobatur (ut alios taceam, qui in hoc conſen-

ſentiunt) auctor proximus ab illo ævo, & in ipſa Armorica oriundus, qui ſcripſit vitam S. Wingualoſi Confeſſoris. Britannorum ſoboles, in quibus ſtatibus aditam devecta eſt citra mare Britannicum terram, tempore quo gens barbara dudum aſpera in armis, moribus indiſcreta Saxonum maternum poſſedit ceſpitem. Tunc ſe chara ſoboles in iſtum conſuſit ſinum. Produndunt quidem noſtri multò ante Britannos noſtros in hac ora conſediſſe. quorum auctoritati refragari minime poſſum: at Britannorum tamen nomen in hoc tractu apud ejus avi Scriptores non occurrit, antequam Saxones in noſtram Britanniam advenerint.

Ante Britannorum noſtrorum adventum, hæc regio primùm Armorica dicta erat, id eſt, *Ad mare ſita*. Deinde eodem ſenſu Britannicè *Llydaw* id eſt littoralis, Latine *Letavia* apud noſtros mediæ ætatis Scriptores. unde Letos fuiſſe ſuſpico, quos in Gallia nominat Zoſimus, cum innuit Magentium Tyrannum apud Letos natum in Gallia, patre Britanno. Hi Armorici, cum Conſtantine ille nominis favore electus rerum potiretur, & Barbari Gallias undiq; perſultarent, ejectis Romanorum præſidijs, Rempub: inter ſe conſtituerunt, ſed Valentinianus Junior in ordinem eos redegit. Prima mentio Britannorum in Armorica, quod ſcio, fuit anno ſalutis 461. circa annum triceſimum ab Anglo-Saxonibus in Britanniam noſtram evocatis. Nono autem poſt anno, hi novi Galliam incolæ obſtaculo fuerunt quo minus Gothi Galliam totam occuparent. Britanni hi genus erat hominum

Britannorum nonnulli in Gallia Armorica ſubſiſtunt.

minum argutum, armatum, tumultuosum, virtute, numero, & contubernio contumax, ut Sidonius Apollinaris de illis conqueritur. Inde Armoricis paulatim devictis Britannorum nomen his novis sedibus ita invaluit, ut universi incolæ in Britannorum nomen paulatim coalescerent, & hic tractus *Britannia Armorica*, & *Francis Britannia cismarina* diceretur. Arma enim in hospites qui eos admiserant converterunt, ut constat cum aliis, tum ex his Regalis Episcopi Venetensis verbis de se & suis: *Nos in captivitate Britannorum positi, gravi jugo subditi sumus.* Temporibus autem subsequenibus seque suaque animosè primò sub Regulis, postea sub Comitibus & Ducibus contra Francos propugnârunt.

BRITANNI WALLENSIS, ET CORNWALLENSIS,

Reliqui Britannorum, qui patriam in patria miserrimi quæsierunt, tantis conflictati sunt calamitatibus, quantas pro rerum atrocitate nemo satis explicare queat: non solum à Saxonibus, Pictis, & Scotis bello tetro longè lateque disperso exagitati, sed impotenti nefariorum tyrannorum dominatu ubique oppressi.

Quare in occiduos Insulæ tractus, naturæ munimentis, montibus nempe & æstuarijs obseptos, scilicet in Walliam, quam nunc dicimus, & Cornwalliam se subdixerunt. Hujus incolas Saxo *Britveales*, illius *Cornveales*, ut Gallos *Galloweales* nuncupavit. Quod enim exterum & peregrinum, *Walsh* illis dicitur. Vnde etiam *Walshones*

lones in Belgica, & *Vallachi* ad Danubium nomina traxerunt. Hi, *Britowalli* videlicet, bellicosissima gens multis sæculis libertatem sub suis regibus tutati sunt, licetque fossa admirandi operis ab Anglo-Saxonibus fuerint disclusi, eorum tamen urbes ferro flammaque subinde vastarunt, itidemque ab illis gravissima quæque per tulerunt. Tandem Eduardo primo regnante, ut ipse de se scribit, *Divina providentia terram Wallie cum incolis suis prius nobis jure feudali subjectam, in proprietatis nostræ dominium totaliter & cum integritate convertit, & coronæ regie, tanquam partem corporis ejusdem annexit & univit.* Subsequenti tamen ætate nullo modo induci potuerunt, ut servitutis jugum subirent, nec ulla ratione res componi, & funestissimum inter gentes odium restingui potuit, donec Henricus VII ab illis oriundus salutarem manum jacentibus Britannis porrexerit, & Henricus VIII eos in parem juris libertatisque conditionem, atque nos ipsi Angli sumus, acceperit. Illi verò, nimirum *Cornwalli*, licet vires omnes ad patriæ salutem tuendam animosè contulerint, citò tamen in Saxorum potestatem concesserunt, quia nempe nec numero valuerunt, nec regio fatis à naturâ munita eos tutari poterat.

P I C T I.

Ad alios Britannicæ incolas nunc accedamus, & primùm ad Pictos, quibus, primas in antiquitate post Britannos detulerunt Historici. *Pictorum* Hos Hector Boëtius ab Agathyrsis, Pomponius origo. Lætus, Aventinus, & alij à Germanis, nonnulli à Picto-

à Pictonibus Galliae, Beda à Scythis deducit. Ego in tanta varietate quid sequar non video, ut tamen quod res sit dicam, & sententiam meam proferam, nisi hac in re Venerabilis Bedæ auctoritas omnibus conjecturis preponderaret, Pictos non aliunde adfectos, sed ipsissimos fuisse Britannos, veram priscorum Britannorum sobolem existimarem. Illos nimirum Britannos dico, qui antè Romanorum adventum Borealem Insulæ partem infederunt, quique ad hos, servitutis jugum repellentes (ut est natio servitutis impatientissima) postea confluerunt. Quemadmodum enim incurstante Saxone, Britanni qui sua libertate se abdicare nollent, in occiduas Insulæ regiones, montibus asperas, Walliam & Cornwalliam se subdixerunt; sic proculdubio, Romano ardente bello, Britanni ne servitutem, omnium malorum extremum subirent, in has Boreales partes, quæ coeli inclementia rigent, confragosis locis horrent, & Oceani alluvionibus paludibusque stagnant, se receperunt. Vbi non tam suis telis, quam suo cœlo & sidere armati, cum indigenis quos ibi offenderunt, in numerosam gentem succreverunt. Nonnullos tamen è Scandia, quæ olim, ut universa septentrionalis plaga, Scythia dicta, per Insulas continua serie coherentes, ad Britannos illos Septentrionales accessisse, facile adducar ut credam. Ne quis verò probabili mendacio me fidem accommodare opinetur; quod Picti ipsi Britanni fuerint, videor probare posse ex Pictorum moribus, nomine, & sermone, quibus optimè cum Britannis covenisse videbimus.

Vt

Mores.

Vt verò inter alia omittam, quod nec Picti, ut prodit Beda, nec Britanni, ut scribit Tacitus, sexum in imperijs discreverint, aut foeminas à scepro excluserint; ritus ille pingendi, & coloribus se obliendi utriq; genti communis erat. De Britannis jam antea docuimus, de Pictis pro nobis docet Claudianus, qui canit:

Nec falso nomine Pictos

Edomuit. Et alibi, ferro que notatas

Perlegit exanimis. Picto moriente figuræ.

Nec minùs disertè Isidorus: *Non abest genti Pictorum nomen à corpore, quod minutis opifex acus punctus, expressos nativi gramini succos includit, ut has ad sui specimen cicatrices ferat pictis artubus maculosæ nobilitas.*

Nec alio nomine quàm Britanni antiquis Scriptoribus vocantur illi, qui tam diu tantis incursum ex sylva Caledonia & ultima illa Septentrionali ora Romanos exercuerunt. Tacitas sanè, qui bella foerici sui Agricolaë in hac extremâ Britanniae parte plenè describit, incolas non alio nomine quàm Britannos, & è Caledonia Britannos appellat, cum tamè Pictos novos advenas x. antè annis huc advenisse Scriptoris recentiores nostri prodiderint. quod notes velim, quandoquidem Tacitus illo ævo hos planè ignoraverit. Certè si Romani, quibus omne ignotum pro magnifico fuit, diversam aliquam à Britannis gentem, & priùs ignotam debellassent, sive ille Picti, sive Scoti dicti fuissent, *Pictici* vel *Scotici* titulos in nummis & inscriptionibus proculdubio præ se tulissent. Caledones item, qui sine controversia erant Britanni, eandem cum Pictis fuisse gentem quodammodo innuit

Panc-

Panegyricus, cum scribit, Caledonum aliorum-
que *Pictorum sylvas* &c. quasi etiam Caledones
non alij, quam Picti fuissent. Caterum ut hi
longo jam tempore, non alio quam Britanno-
rum nomine innotuerunt, idque à depictis cor-
poribus: sic postea circa tempora Maximiani &
Dioclesiani (nec antea Pictorum nomen apud
Scriptores occurrit) cum Britannia tamdiu Pro-
vincia fuisset, ut incolæ provincialem, Latinam
imbibissent, *Picti*, ut videtur, dici cœperunt, ad
distinctionem eorum qui socij Romanorum
erant, Britannique dicebantur. & unde *Picti* di-
cerentur? nisi quod se depingerent. Certè si na-
ves ob vela Veneto colore infecta *Pictas* voca-
runt Britanni, ut quidem scribit Vegetius, quid
impedit, quo minùs populùm varijs coloribus
depictum, & inprimis Veneto (is enim glastu-
nus est è glasto) *Pictos* appellaverint? Huc etiam
facit quod Picti Boreales in vetustis Anglorum
annalibus *Brittas Peobtas*, quasi Britanni Picti, no-
minantur.

Lingua.

Ex lingua quo minùs pluribus argumentemur
in causa est, quod Pictica linguæ vix verbulum
ex Auctoribus colligi possit: eadem tamen cum
Britannica fuisse videtur. Toto siquidem illo
Insulæ tractu, quem Picti diutissimè tenuerunt
(erat ea pars Scotiæ Orientalis) plurimorum
locorum nomina originem Britannicam sapi-
unt, ut *Aberden*, *Aberlothnet*, *Aberdore*, *Abercuth*,
id est *Ostium Deni*, *Lothnetti*, *Dori*, *Neithi*; ab *Aber*,
quod Britannis fluminis Ostium denotat. Ipsa
etiam primaria Pictorum sedes non aliam
quam Britannicam originationem agnoscit,
Edin-

Edenburgum dico, quam *Castrum Alatum* vocat
Ptol. *Aden* enim ala Britannicè dicitur.

Nec est cur quis miretur, quod Picti gentili-
bus suis Britannis tantas clades intulerint, cum
videamus hodie in Hibernia illos qui Angli-
co parent imperio nullos adeò infestos hos-
tes habere, quam gentiles suos sylvestres Hi-
bernicos.

Pictos hos in *Deucaledonios* & *Vecturiones* dividit *Deucale-*
Ammianus. Priores illos, quamquam sic di-
ctos, quasi nigros Caledonios opinatus fue-
rim, *Dee* enim nigrum Britannis significat, à si-
tu tamen nomen traxisse conjectare licet. Et-
enim *Debeu Caledonij*, Caledonios dextrorsum
habitantes denotat. Ut Picti alij qui sinistror-
sum tenuerunt, Vecturiones dicti fuerant, de-
flexo fortasse à *Chwitich* vocabulo, quod fini-
stram Britannis significat.

Cum inclinato Imperio, Romani parùm pro-
vidè è Barbaris cohortes conscriberet, quidam ex
his Pictis ab Honorio in militiam Romanam al-
lecti, & Honoriaci dicti sunt. Qui sub Constanti-
no tyranno illo ob spem nominis electo, Piræ-
nei claustris patefactis, barbaros in Hispaniam
immiserunt. Cum mitescere tandem cœpissent, *Picti quan-*
Aufrales ad Christum conversi fuere circa an-
do ad Chri-
num salutis 430. Septentrionales anno 565. *De-*
stium con-
mum verò à Scotis ex Hibernia influentibus ita
fuerunt obriti, ut circa annum salutis 740. præ-
lio funestissimo debellati, aut penitus fuerint
extincti, aut paulatim in eorum nomen & na-
tionem concesserint.

Proximum à Pictis locum inter Britannia gentes *Scoti* suo jure sibi vendicant. sed pramonendus est lector, quæ hic dicam, singula ad veteres, veros, & genuinos *Scotos* referenda esse. quorû soboles sunt illi Hibernicè loquentes, qui longè lateque occidentem Regni *Scotiæ* partem, insulasque adjacentes incolunt, & *Highland-men* vulgò vocantur. Reliqui enim moribus cultiores; qui Orientalem ejus partem insident, nihil minus sunt quàm *Scoti*, sed ex eadem qua nos Angli Germanica origine. Quod ipsi non possunt non confiteri, & nos non agnoscere, cum à Superioribus illis *Sassones* perinde ac nos appellentur, & eadem qua nos lingua, certissimo ejusdem originis argumento, scilicet Anglo-faxonica, dialecto tantùm variata utantur.

Scotorum origo, & etymon, Origo & **ΕΤΥΜΟΝ** gentis *Scotiæ* ita caligine circumfusa latent, ut ipse perspicacissimus Buchananus, vel parum viderit, vel sibi viderit: omnium enim expectationem hac in re sefellit. Quare cum suos habeat *Scotia* alumnos, qui originem ex intima antiquitate depromere possint; intendam ego tantùm digitum ad fontes, unde fortassè veritatem hauriant, proponamque nonnulla, quæ illos diligentius perpendere velim, nam ego in hac re Scepticus. Et primùm de origine, postea de loco unde in Hiberniam transmigrarint. Constat enim illos ex Hibernia Insula à Britannis antiquitus culta, in Britanniam transmisisse, & cum primùm Scriptoribus hoc nomine innotuerint, in Hibernia sedes habuisse,

Gaoithel. Cum ergo qui veri & genuini sunt *Scoti*, hoc
 Sco-

Scotorum nomen non agnoscant, sed aliàs se *Gaoithel, Gacl, & Albin* indigent, cumque populi plurimi (ut & supra docuimus) alijs ac ipsi utuntur, à vicinis insigniantur nominibus, quibus gentium origines sæpè subindicantur: ut *Hiberni*, qui sibi *Erinach*, Britannis nostris *Gwidhill* dicuntur; velim ut *Scoti* primùm perpendant, num sic dicti fuerint à vicinis quasi *Scythæ*. Quemadmodum enim Germani Inferiores *Scythas & Scotos* uno nomine *Scutten* appellant; sic *Britannos* nostros utrosque *Y-scot* dixisse à Britannis scriptoribus observatum est. *Ninnius* etiam *Britannos* Hiberniæ incolas expressè *Scythas* vocat, fretumque per quod ex Hibernia in Britanniam trajecerunt, *Vallem Scythicam* *Gildas* nominat. *Alfredus* etiam Rex, qui ante 700. annos *Orosij* Historiam in Anglicam linguam transtulit, *Scotos* per *Scyttan* convertit, nostris; qui proximè *Scotiam* habitant, non *Scotos*, sed *Scythes & Scetts* appellitant. Vti enim iidem dicuntur, *Getae, Getici, Gothi, Gothici*, sic ab eadem origine appellantur *Scytha, Scythici, Scoti, Scotici*. Vtrum verò hoc nomen à vicinis huic genti fuerit inditum ob mores *Scythicos*, vel quod è *Scythia* devenerint, alij cogitent. *Britannos* sanè primavos Hiberniæ incolas, quæ vera *Scotorum* patria, cum *Scythis* feritate & *Diodorus Siculus* & *Strabo* nominatim comparant. Quod verò è *Scythia* devenerint, produnt ipsi *Hibernicorum* historici. *Ninnius* item planè scripsit: *In quarta mundi etate Scythæ Hiberniam obtinuerunt.*

At *Scotis* suis honor constare non possit, nisi *Vnde Scoti* ex *Hispania* in *Hiberniam* deducantur, hoc enim ti in *Hiber-*

Vallis Scythica.

Diodo. li. 6
Strab. lib. 4

niam vene- & ipsi, & eorum Historici vehementer contendunt, & jure sanè. Opera itaque luditur si Scythæ in Hispania nō inveniuntur. Scythas autem in Hispania fuisse (ut taceam Scythicum in Cantabris promontorium, Hiberniæ proximum) Silius Italicus ex Hispania oriundus apertissimè docet: *Concanos enim Cantabriæ gentem è Massagetis, id est Scythis procreatos, hoc versu ostendit:*

*Et qui Massagetem monstrans feritate parentem,
Cornipedis fusa satiatis Concan vena.*

Si quis roget, quinam illi Scythæ fuerint, qui in Hispaniam devenerint, planè nescio, nisi Germanos existimes. quos jam olim in Hispaniam penetravisse, præter Plinium, Seneca natione Hispanus docebit. *Pyrenæus, inquit, Germanorum transitus non inhibuit.* Germanos autem Scythas dictos fuisse, non solum ex Ephoro & Strabone colligitur, qui gentes ad Arctum omnes Scythas vocarunt, sed etiam ex Plinio. *Scytharum, inquit, nomen usquequaque transit in Sarmatas atque Germanos.* A Scythica verò origine genus ducere probro neutiquam esse potest, cum Scythæ ut vetustissimi, ita plurimarum gentium victores, ipsi perpetuò invicti, & ab alieno imperio intacti.

Si non ab his exorti sint Scoti, velim secum perpendant, num è Barbaris illis fuerint, quos ex Gallacia Hispaniæ Constantinum Maximum expulisse Regis Alphonfi Chronica produnt. Ex illa enim parte in Hiberniam se demigrasse volunt, Barbaros autem illos, non dubito, quin juxta mecum sentient Germanos fuisse. Quandoquid-

doquidem enim Franci, & ulteriores Germani, Hispanorum etiam oras armis infestas per hæc nostra maria habuerint: quis credat illos Hiberniam uberrimam Insulam, & ad Hispaniam iustandam opportunam exucco Cantabriæ solo posthabuisse?

Sin ex cultu argumenta depromi possint, Gothorum, idem hodie sylvestribus Scotis cultus & vestitus, qui olim Gothi, ex Sidonio deprehenditur, qui dum Gothum describit, planè Scotum idem sylvestrem depingit. *Flammei sunt (inquit) croco, pedes perone stitso valos ad usque vincuntur. Genia, crura, suræque sunt sine tegmine. vestis alta, stricta, vesicolor, vix appropinquans poplitibus exercitis. manice sola brachiorum principia velantes. Viridantia saga limbis marginata puniceis. penduli ex humero balthei. Aurim legula crimium supersajcentium flagellis operiuntur. Lanceis etiam uncatis, securibusque missilibus utuntur.* Si hic non sit ipsissimus Hiberno-Scotorum cultus, ipsorum judicium esto. Nec fraudi Scotico nomini esse potest se Gothorum prolem agnoscere, cum potentissimi Hispaniarum Reges hinc stemma ducere gloriantur, & apud Italos nobilissimi quique à Gothiis vel genus ducant, vel ementiantur. Ipseque Imperator Carolus V. è Scandia & Gothorum stirpe totius Europæ nobilitatem exortam fuisse, serio dicitare consueverit.

De tempore quo Scotorum nomen primum Scotorum innouit, nonnulla est quaestio. Verum enim verò nomē quantum ego observarim, Aureliano imperando primum te, prima gentis Scotiæ apud Auctores occurrit mentio. Porphyrius enim, qui tunc contra

Quando in Britannia primam ad venerint. Christianos scripsit, uti nos docet B. Hieronymus, eorum meminit. Sed tempus illud ex Girlando habe. Nello Magno, inquit, Hibernie monarchiam obtinente, sex filij Muredi regis Ultonia boreales Britannia partes occuparunt. Unde ab his gens propagata, & specificato vocabulo Scotia vocata, usque in hodiernum angulum illum inhabitat. Hoc vero accidisse eo tempore, quo Romana res aperte nutaret, hinc colligitur. Imperante apud Hibernos Lagerio Nelli illius filio, in Hiberniam venit Patricius Apostolus Hibernicorum, cum annus à Christo nato 430 plus minus ageretur. Vt circa Honorij Augusti tempora hoc incidisse videatur. Tunc enim, cum antea per incerta vagantes diu Britanniam & condicta limitibus loca divexassent, sedes in Britannia posuisse videntur, Ipsi vero tunc se ex Hibernia rediisse volunt, quò antè à Romanis & Britannis profligati se subduxerant, & illud Gildæ de hoc tempore intelligunt, *Revertuntur grassatores Hiberni domum, post non longum tempus reversuri.*

Cur autem Scoti qui in Hibernia agitant, regionem illam quam insident *Alban & Albin*, & ipsi Hibernici *Allabanij* nuncupent, haud illiberalis erat disquisitione, an hoc *Allabanij* aliquod antiqui nominis Albionis in se vestigium habeat, an ab albedine proflexerit, quam *Ban* illi vocant, ut sit quasi *Ellan ban*, id est Insula alba Scotis, vel ex Hibernia devenerit, quæ *Banno* suis Poëtis appellatur. ut *Allabanij* sit vel altera Hibernia, vel secunda Hibernia; Hiberniam enim *Scotiam majorem*, & Scotorum in Britannia regnum *Scotiam minorem* appellarunt Historici.

Cete-

Cæterum cum Scoti ad Pictos in Britanniam accessissent, quamvis Britannos continenter lacesserent, non tamen res Scotica statim adolevit, sed in eo quo appulerunt angulo, diu egerunt, donec uno eodemque tempore Pictos ferè ad internecionem delevisent, & Northumbriæ regnum intestinis malis Danorumque incurfionibus corruisset. tunc enim omnis Septentrionalis Britannia plaga in Scotorum nomen concessit, unacum citeriori illa regione citra Cluidam, & *Edenburg frith.*

Vna cum Scotis *Attaçottos* bellicosam hominum nationem Britanniam exagitasse, auctor est A. Marcellinus, quos è Scotica etiam gente fuisse conjeçtat H. Lhuydus, quam verè nescio. *Lib. 2. contra Iovian.* B. Hieronymus gentem Britannicam fuisse aperte docet. Hi, ut ex Notitiarum libro constat, sub Romanis in ipso Imperij occasu stipendia fecerunt. commemorantur enim inter Auxilia Palatina intra Galliam *Atteçotti juniores Gallicani*, & *Atteçotti Honoriani seniores*, & intra Italiam *Atteçotti Honoriani juniores.*

ANGLO-SAXONES.

Cum jam Romanum Imperium sub Valentiano Iuniore plus quam divergeret, & Britannia Pictorum Scotorumque impetus diutius sustinere non posset, Vortigernus, cui rerum summam Britanni detulerant. ut imperium firmaret, & rem proclinatam adjuvaret, Saxones è Germania in subsidium evocavit. Hi statim Hengisto & Horfa ducibus, *caulis* suis (sic pandos

Saxones in Britannia evocati.

D 4

Myopa-

Myoparones vocarunt) Britanniam appellant, uno & altero prælio prospero eventu contra Pictos & Scotos defuncti, magnam sibi gloriam addunt; majores è Germaniâ copias, acquiescentibus in eorum virtute Britannis, evocant, qui pro limitibus excubarent, & maritimo prælio hostes affligerent. Demùm verò, cùm Britannia agris, cultus, & copias adamare cœpissent, incolarum imbecillitate freti, stipendia non numerata & comæatum non subministratum caussati, icto cum Pictis fœdere, in hospites Britannos bellum longè funestissimum movent, consernatos ubiq; obrunt, agris depopulantur, urbes excindunt, & post accipites bellorum eventus, Britannos uberiori Insulæ parte, avitisque sedibus exuunt. Auxiliares enim copiae indies è Germania confluerunt, qui in defessos Britannos bellum redintegrarent; *Saxones* nimirum, *Iutæ*, & *Angli*, qui proprijs his nominibus discreti erant, quamvis in commune Angli, & Saxones vocarentur. Sed de his seorsim & summatim agamus, ut si fieri possit, gentis nostræ incunabula videamus.

Saxonum, ut aliarum gentium, originem & etymon multi etiam limatuli judicij homines commentitijis fabellis involverunt. Alij è Saxone Negrone filio, alij à saxea natura, alij à Macedonici exercitus reliquijs, alij à cultellis, Crantzius autem à Catts Germaniæ, & eruditus ille Capnio à Phrygibus deducit. Ex his quisque quod placeat, sequatur. Amplectenda tamen ut potior videatur illa Germanorum eruditissimorum conjectura, qui Saxones à Sa-

Exuunt eos
avitis sedi-
bus.

Saxones à
Saxis Asia.

cis præstantissimo Asiæ populo ortos, & sic dictos quasi *Sacosones*, id est *Sacorum filios*, & è Scythia, sive Sarmatia Asiatica, cùm Getis, Suevis, Dacis & alijs paulatim se in Europam infudisse opinantur. Nec ratione caret hæc eorum opinio. Nam præterquam quod Strabo scripsit, *Sacas* illos longinquas invasiones fecisse, & Armeniæ partem de suo nomine *Sacoenam* dixisse: etiam Saffones, Suevos, Massagetas, Dahos in illa Scythiæ parte collocat Ptolemæus. Nec minus probabile est Saxones nostros ab his vel Saxis, vel Saffonibus Asiæ venisse, quàm Germanos à Germanis Persiæ, quod ipsi tamen ex linguæ affinitate quodammodo asseverant. Nam *Fader*, *Muder*, *Brader*, *Tuchter*, *Band*, & similia in Persica lingua hodie reperiri, pro patre, matre, fratre, filia, vinculo, docet I. Scaliger. Cæterùm cùm Saxones primùm orbi innotuerunt, in Cimbrica Chersonesso, quæ nunc *Denmarke*, agitarunt. Postea Albim fluvium transvecti, partim in Suevorum sedes paulatim concesserunt, ubi nunc Saxonie Ducatus, partim in Frisiam & Bataviam jam à Francis derelictam se receperunt. Iam inde omnes accolæ oræ illius maritimæ in Germania, qui piraticam exercuerunt, in Saxonum nomen coaluerunt. illi scilicet populi, qui Iutiam, Sleswicum, Holsatiam, Ditmarsiam, Episcopatum Bremensem, Comitatum Oldenburgensem, Frisiam utramque & Hollandiam inhabitantur.

Ex hac ora Saxones crebris Romanorum funibus passi, sæpenuerò in Romanorum provincias irruerunt, & hanc Insulam diu infesta-

runt, donec ipse Hengistus adveniret, quem ex Hollandia in Britanniam solviffe restantur Bata-
vorum annales.

Iuta.

Iutas, quos à Gutis, Getis, sive Gothis dictos multi arbitrantur, superiorem Cimbricæ Chersonesi partem incoluisse certum est, quæ etiamnum Danis *Iuitland* dicitur, à Guttis, quos in Scandia collocat Ptolemæus, fortè prognatos, quorum sedes hodie Gothlandia dicta. Quam tamen cave putes cum Iornande fuisse patriam Gothorum qui Europam victorijs suis permensit, illos enim ultra Istrum ad Pontum Euxinum incoluisse, Geratque prius dictos fuisse verustissimi & fide dignissimi quique Scriptores prodiderunt.

Angli.

Lib. I. c. 15

Quasnam sedes Angli habuerint, controversum est. Eas autem ut inter Saxones & Iutas quererem iussit Beda: Angli, inquit, de illa patria que *Angulus* dicitur, & inter provincias *Futarum* & *Saxonum* perhibetur. Cum ergo inter Iuitlandiam & Holfatiam, antiquam Saxonum regionem, Provinciola sit in Danicæ regno, quæ *Angel* hodie dicitur, sub *Flemsburg* civitate, quam in epistolis *Lindebergius Parvam Angliam* vocat, me tandem avitam nostram sedem invenisse, & inde Anglos in hanc Insulam demigrasse affirmare ausim. utque asseverantiùs affirmem, iussit vetusti Scriptoris *Ethelwerdi* auctoritas, cujus hæc sunt verba: *Anglia vetus sita est inter Saxones & Giotos, habens oppidum capitale, quod sermone Saxonico Sleswic, secundum verò Danos, Haithby.* Quo in loco Saxones statuere Ptolemæus videtur, ut non falso cecinerit ille medij temporis Poëta:

Saxo.

Saxonia protulit Anglos,

Hoc pater in lingua, niveoque colore.

Quæ autem nominis sit ratio, pronuntiare non ausim. sed qui Engelberti, Engelhardi, & ejusmodi Germanicorum nominum etymologiam videt, fortasse etiam Anglorum notationem viderit. Frisones etiam in Britanniam unâ pervenisse ex Procopio videri possint.

De bello
Gothico
lib. 4.

Hi sunt Germaniæ populi qui Britanniam occuparunt, quos unam gentem fuisse, communique nomine nunc Saxones, nunc Anglos, & Anglo-Saxones ad differentiam eorum in Germania vocatos, ex Gilda, Beda, & alijs verissime colligitur: sed frequentissime Gens Anglorum Latine, & sua ipsorum lingua, quod idem valet, *Engla-theod* dicta.

De tempore quo in Britanniam intronissi fuerint à Vortigerno, variant Scriptores. Sed omnes hac in re scrupulos tollat hæc una supputationis notula, quæ mihi instar omnium. *Anglo-Saxones quando in Britanniam venerint.*

A duobus Geminis Fusio & Rubellio usque ad Stiliconem Consulem 373. anni.

A Stilicone ad Valentinianum, & regnum Vortigerni 28 anni.

A Regno Vortigerni usque ad discordiam Guitolini & Ambrosij anni sunt 12.

Vortigernus autem tenuit imperium in Britannia Theodosio & Valentiniano Cæs. & in quarto anno regni ejus Saxones in Britanniam venerunt, & à Vortigerno suscepti sunt, Felice & Tauro Cæs.

Ab anno quo Saxones à Vortigerno suscepti sunt usque ad Decium Valerianum anni sunt 69.

Ratione igitur ita subducta adventus Anglo-Saxo-

faxonum in Britanniam fuit anno Theodofij Iunioris 21. salutis noſtræ 428. tunc enim Felix & Taurus conſulatum geſſerunt, & omnia perſonis & temporibus undiq̃ue coherant. Brevi autem tempore Saxonum res civibus, moribus, agris ita adolevit, ut proſperrima atque pollentiſſima fuerit, eorūq̃ue victoria quodammodo plena & abſoluta. Victi etenim omnes in gentem, leges, nomen, linguamq̃; vincentiam, præter pauculos quos locorum alperitas in occiduo tractu tutata eſt, conceſſerunt. Nam præter Angliam pars longè maxima Scotiæ ab Anglo-ſaxonibus occupata, eadem qua nos lingua, dialecto parum variata, utitur. Quam nos cum illis annos jam 1150 quodammodo ilibatam, ſimulq̃ue regionis poſſeſſionem conſervavimus.

Saxonum mores.

Iſidorus li. 9. cap. 2. originum.

Paulus Diaconus de Longobardis.

Natio hæc omnis Saxonica erat bellicoſiſſima, animi magnitudine, corporis viribus, laborum tolerantia Germanorum fortiſſimi habiti, ut inquit Zoſimus. *Saxonum gens virtute atque agilitate habilis. Vnde & appellata, quod fit durum & validiſſimum genus hominum.* Homines ſtatura pro-cera, membrorum compoſitione, & lineamentorum conformatione conſpicui. Capillos ad cutem tondere niſi circa verticem, & lamina caput incingere ſolebant. *Veſtimenta erant laxa, & maximè lineæ, qualia Anglo-ſaxones habere ſolebant, ornata inſtitis latioribus vario colore contextis.* Rei maritimæ peritiſſimi erant, qui diu ita piraticam fecerunt, ut aſſueti ſælo, ſolum timerent: & ita maritima Britanniæ & Galliæ uſque ad Hiſpaniam aſſixerunt, ut diſpoſiti fuerint per utriuſque regio-

regionis littora duces & milites, ad eorum depredationes coërcendas. Ea verò animi firmitate erant, ut ſibi mortem potius inferre, quàm ludibrio eſſe maluerint. Vnde cum Symmachus horum numerum in ſpectacula publica paraviſſet; eo die, quo in theatrum educi debuerant, faucibus fractis ſpem exhibendarum voluptatum præripuerunt. Superſtitionibus etiam admodum dedita fuit hæc Saxonum natio, atque præter aruſpicinam, equorum hinnitus tanquam præſagia inprimis obſervabant. unde fortæſſe fit, quod equum olim in inſignibus geſſerint Saxoniæ Duces: quodq̃ue Hengiftus & Horſa noſtri ab equo nomen duxerint, quaſi in bellicæ virtutis omen, juxta illud Maronis:

Bello armantur equi, bellum hæc armenta minantur.

Sortibus etiam ducendis multi erant, Vt bellorum eventum explorarent, gentis, cui bellum indicerent, captivum cum electo popularium ſuorum, patrijs quemq̃ue armis, committere ſolebant, & ex victore, quæ gens victoriam reportaret, conjectare. Deum Mercurium maximè coluerunt, quem *Wooden* vocarunt, cui humanis hoſtijs litarunt, & quartam hebdomadæ feriam conſecrarunt, vnde *Wednesday* nobis hodie appellatur.

Poſtquam hi jam in Britanniæ poſſeſſione pedem firmaveſſent, in ſeptem regna diſtribuerunt, Heptarchiamq̃ue conſtituerunt, in qua tamen qui plurimum poterat, Rex gentis Anglorum, ut eſt apud Bedam, dicebatur, ut Monarchiam in ipſa Heptarchia ſemper fuiſſe videatur. Deinde

Symmachus lib. 2. Epist. 46.

Anglo-ſaxonu Heptarchia.

Augusti. inde Augustinus, quem vulgò Anglorum Ap-
nnus, An- stolum dicunt, huc missus à Gregorio Magno,
glorum A. sublati Ethnicæ impietatis portentis; felicissi-
postolus, eos mo successu Christum in ipsorum animis inse-
ad fidem rendo ad Christianam fidem convertit.
conuertit.

Statim ac Christi nomé annuntiatum est, ad-
 eò flagranti studio se Christo consecrarunt An-
 gli, ut incredibilem diligentiam adhibuerint
 Christianæ pietatis munij obeundis, ædibus sac-
 ris extruendis, iisdemque locupletandis: adeò
 ut nec alia Christiani orbis regio plura nume-
 rarit opulentè ditata monasteria. Totque san-
 ctos viros protulit, ut non alteri inter Christia-
 nos provinciæ hac in parte cederet. Ad me-
 liores etiam artes instaurandas animum ad-
 junxerunt, & Divini verbi, nec non litterarum
 femina per Germaniam, opera Winifridi, Wil-
 lebrodi, & aliorum profeminarunt. Nec minùs
 arma, quàm litteras & religionem in Germa-
 niam intulerunt; & quod mireris, Saxonibus il-
 lis qui Ducatum Saxonie incolunt, originem
 dederunt, si Eginhardo habenda fides.

Diu florentissima res erat Saxonie sub illa
 Heptarchia, donec regna illa intestinis bellis
 collisa in Occiduorum Saxonù potestatem tan-
 dem concesserint. Egbertus enim occiduorum
 Saxonum rex quatuor ex his regna victoria
 complexus, cum reliqua etiam duo spe devo-
 rasset, ut quæ in unius imperium devenissent, in
 unum item nomen coirent, & suæ gentis me-
 moriam conservaret, Heptarchiam, quam oc-
 cuparunt Saxones, promulgato edicto *Engle-*
lond vocari iussit, id est *Anglorum terram.* Unde

Latine

Latine *Anglia* dicta, ab Anglis facta appellatio-
 ne, qui ex tribus his populis & numerosissimi
 erant, & fortissimi. A quibus longo jam antea
 tempore in universum Angli, & sua lingua *En-*
gla-theod *Angleyne*, *Engleyne*, & *Englisnon* dicti
 fuerunt, licet quodlibet regnum suo seorsim
 gaudebat nomine. Tunc temporis Britannie
 nomen obliteratum inter hujus Insule incolas
 jacuit, & tantum in libris superfuit. Unde hæc
 nostra patria à Bonifacio Episcopo Moguntinen-
 si, qui hinc oriundus, *Transmarina Saxonia* appel-
 latur. Eadredus tamen Rex circa annum 948.
Magna Britannie Regis, & Eadgarus circa annum
 970, *Totius Albionis Monarchæ* nomine & titulo
 in quibusdam diplomatibus sunt usi. Et dum
 hæc recognoscimus, Rex Iacobus totius Insule
 Monarchiam propitio Numinis favore, & hæ-
 reditario jure, bonis omnibus applaudentibus,
 adeptus, ut hæc Insula, quæ una existit, in una
 ejus persona sub uno diademate, una lingua, re-
 ligionis, legum, & juris formularum communi-
 tate, ad perennis felicitatis incrementum, &
 pristina inimicitia oblivionem, uno etiam esse
 nomine: nomen, titulum, & stylum Regis Ma-
 gnæ Britannie sibi in omnibus, præterquam in
 juris formulis, edicto per Regno publicato, as-
 sumsit.

Iam cum Anglia diceretur hoc regnum, ad
 summum res Anglorum pervenerat, & ideò, ut
 circulus est mortalium, ad exitum properabat.
 Dani etenim complures annos littora nostra
 continuò infestantes, tandem miserrimè hanc
 regionem dilaniare cœperunt.

Que

Doctrina
Anglorum

Circa an-
num 800.

*Danorum
origo.*

QUÆ Danorum fuerit origo, ne Danis quidem ipsis satis constat. A Dancionibus, quos in Scandia statuit Ptolemæus, ortos fuisse, & inde indefertas Anglorum sedes, in Cimbricam scilicet Cherfoneffum se exonerasse, ego semper existimavi, donec Ionas Iacobus Venufinus nominis Danorum vestigia expressa in sinu *Codano*, & *Codanonia*, solerti indagine deprehendisset. Quæ nomina à Septentrionalibus crassius elata *Cdan*, & *Cdanonum*, Mela in *Codanum* & *Codanoniæ* Latina incude efformavit, ut posteritas ex *Gdanum*, *Dansk*, ex *Kyuto* *Canutum* mollius procederetur. Nec tamè ante Iustiniani Imperatorum tempora, circa annum salutis nostræ 570. eorum nomen orbi innotuit, Tunc enim Galliam vastare cœperant, & rerum Anglicarum Latinis Scriptoribus *Wicingi* dicti sunt, quod piraticam exercuerint: *Wicinga* enim Saxonica lingua, teste Alfrido, piratam denotat.

*Danica va
statio.*

Circa Egberti tempora, anno Christi 800 nostra littora primùm infestantur. Postea mare cœlo miscentes, multos annos per Angliam grassati, urbibus excisis, templis succensis, & agris vastatis, omnia barbara immanitate egerunt, rapuerunt, verterunt. Merciorum, & Orientalium Anglorum regibus peremptis, eorum regna cum magna Northumbriæ parte occuparunt. Tributumque *Dangeld* dictum miscello populo ad horum latrocinia reprimenda impositum, quod ut cuiusmodi fuerit intelligas, hæc paucula legas velim, ex legibus nostris antiquis descripta. *Danigeldi* redditio propter piratas primitus instituta est. Ad quorum quidem insolentiam

*Dangeld
tributum.*

solentiam reprimendam statutum est *Danigeldum* annuatim reddi, scilicet 12 denarios ex unaquaque *hida* totius patriæ. De hoc *Danigeldo* libera & quæta erat omnis ecclesia, quia magis in ecclesiæ confidebant orationibus, quàm in armorum defensionibus:

Verùm cum Alfredum Occidentalium Saxonum regem jam aggredierentur, ille victricibus armis non solum à suis repulit, sed etiam Danico Merciorum regulo interfecto, è Mercia ferè tota expulit: filiusque ejus Edwardus Senior Orientalem Angliam, prosligatis Danis, sibi subjecit: uti & Adelstanus ejus filius nothus pleno ad victorias gradu multa Danorùm cæde Northumbriam debellavit, Danisque tanto terrore in fluit, ut vel è regno excesserint, vel se dediderint. Cùm autem Ethelredus, vir languido animo, regnaret, Dani ejus ignavia freti classicum denuò cecinerunt, regionemque populati, adè insolenter se gesserunt, ut Angli conjuratione inita, una nocte Danos omnes per Angliam ad unum occiderint, rati hac sanguinis effusione se Danicum incendium restincturos. Verùm Sueno Danorum Rex hac suorum cæde irritatus, numeroso exercitu Angliam invasit, Ethelredum fugavit, totumque regnum sibi subjecit, filioque Canuto reliquit, qui varia fortuna cum Ethelredo reduce, & filio ejus Edmondo conflictatus, duos filios successores habuit, Haraldum scilicet nothum, & Canutum Audacem, quibus mortuis, Danorum jugo excusso, ad Anglos denuò recidit imperium: Edwardus enim Ethelredi ex secunda uxore filius

*Anno
1012.*

regiam recuperavit dignitatem. Iam Anglia respirare cœperat, sed protinùs, ut inquit ille, *mares rebus cessere secundis*. Sacerdotes erant inertes, somni pleni, & imperiti, populus luxu solutior torpescibat, disciplina intermorta jacebat, innumeris vitijs Resp. quasi agra intabescibat, superbia autem, cujus pedissequa exitium, maximè invalescebat. Et ut de illo tempore loquitur Gervasius Dorobernensis: *Sic ad mala perpetranda festinabatur, ut nescire crimina, crimen esse videretur. Quæ omnia planissimè excidium præcinerunt.*

NORMANNI.

Normanno HI à Septentrionali plaga, unde devenerunt, *origo*, sic dicti; nam *Nord-manni* nihil aliud significat & *nomen*. quàm *Viri septentrionales*. quo etiam sensu *Nord-leudi*, id est *Populus septentrionalis*, appellantur. Caroli Magni temporibus per Frisiam, Belgicam, Angliam, Hiberniam, & Galliam piraticam tanta atrocitate exercuerunt, ut cum Carolus ille Magnus vidisset prædatorias eorum naves in Mari Mediterraneo, effusus lachrimis ingemuerit, & dixerit, *Contristor quod me vivente ausi sunt hoc littus attingere. Prævideo quanta mala meis posteris sint facturi*: & etiam in publicis Ecclesiarum supplicationibus, sive Litanij, fuerit postea adjectum, *A furore Normannorum libera nos Domine*. Eoque Francos adegerunt, ut Carolus Calvus Haltingo Normanno archipirata Carnutum Comitatum, ad hominem deleniendum, dederit: Carolus Crassus Godfredo Normanno partem Neustriæ cum filia in matrimonium concesserit.

serit. Deinde verò vi & armis juxta Sequanæ ostium sibi sedes posuerunt in regione qua priùs *Neustria* corruptè dicta erat, quod pars fuerat Westsaxiæ, comprehenditque quicquid inter Ligerim & Sequanam ad Oceanum interjacet. Quod postea ab illis *Normannia*, quasi Septentrionalium virorum regio appellatum est, cum Carolus Simplex Rolloni eorum Principi è sacro baptismatis fonte suscepto confirmasset clientelari jure tenendum, filiamque in uxorem dedisset. Hic Rollo, ut legitur in veteri manuscripto Monasterij Andegavensis, cum comites illum admonerent, ut pedem Regis acceptatione tanti beneficij oscularetur, lingua Anglica respondit: *Ne se by God*. quod interpretantur, *Non per Deum*. Vnde Normanni adhuc vocantur *Bigodi*. Et hinc fortasse est quod hypocritas & superstitiosos Galli etiamnum *Bigots* appellant.

Ex hoc Rollone natus est Guilielmus cognomento *Longa spata*, à longo quem gestavit ense: *Conquæ* Guilielmo Richardus ejus nominis primus, cui *stor, Dux* filius, & ex filio nepos eodem nomine successere. sed Richardo III. sine sobole defuncto *Norman-* bertus frater susceptus, qui ex amafia *Guiliel-* mum illum progenuit, quem *Conquæstorem*, & *Bas-* *stardum* vulgò vocamus. Is cum jam ætate maturus Normanniæ præfesset, Edwardus Sanctus *Edwardus* cognomento *Confessor* Rex Angliæ, è Saxonica *Confessor,* stirpe ultimus, in coelestem patriam cum summo *Rex An-* suorum desiderio emigravit. qui ex Guilielmi *gnia.* cognata Emma, filia Richardi eius nominis primi Ducis Normanniæ natus, in Normannia exul,

exul, eum successorem sibi fore promiserat. Verum Haroldus Godwini filius, domus Regiæ Major, regnum occupavit, quem ut exturbaret hinc Tosto frater, illinc Normanni, omnem moverunt lapidem. Verum cum ille Tostonem fratrem, & Haroldum Norwegiæ regem, quem in belli societatem Tosto sibi adiunxerat, iusto prælio non incruenta victoria prope *Stamfordbrig* in Eboracensi agro peremisset: ecco vix novem interjectis diebus, *GUILIELMVS* ille cognomento *Bastardus*, Normanniæ Dux, Edwardi modò defuncti promissis, adoptione, & affinitate fretus; magno conscripto exercitu, in Angliam inter Australes Saxones appulit. In quem signa statim convertit Haraldus, lassato licet milite, rebusque superiori bello omninò accisis. Haud procul ab *Hastings* concurritur, ubi Haroldus in medium prælium se inferens, acriter dimicans cecidit, magno Anglorum numero interfecto. Guilielmus victor protinus infesto agmine per *Wallingfordiam* Londinum petit, admissusque Rex inauguratur, utpote cui, ut ipse ait, *Regnum Dei providentia destinatum, & beneficio concessionis Domini, & cognati gloriosi regis Edwardi concessum.* Quanquam si historiæ S. Stephani Cadomensis credere libet, extremum spiritum in hæc verba emisit: *Neminem Anglici regni constituo heredem, sed æterno Conditori, cujus sum, & in cujus manu sunt omnia, illud commendo. Non enim tantum decus hereditario jure possedi, sed divo insuctu, & multo effusione sanguinis humani per juro regi Haraldò abjuli, & interfectis vel fugatis fautoribus ejus, dominatui meo subegi.*

Victor

Victor Guilielmus, in victoria quasi trophæum, antiquatis maximam partem Anglorum legibus, Normanniæ consuetudines induxit, causasque Gallicè disceptari jussit: exclusis hæreditate avita Anglis, agros & prædia militibus suis assignavit, ita tamen ut dominium directum sibi reservaret, obsequiumque clientelari jure sibi & successoribus devinciret, id est, ut omnes in *Feudo*, sive fide teneret, & nulli præter Regem essent veri domini, sed potiùs fiduciarij Domini & possessores. Sigillum etiam sibi aptavit, in cujus altera parte inscribitur, *Hoc Normannorum Guilielmum nosse patronum*, in altera verò, *Conquæsitur.* *Hoc Anglis signo Regem fatearis eundem.* Quinetiam (ut habet Guilielmus Malmesburiensis) Laicorum potentia subruta, stabili firmavit edicto, ut nullum Anglicæ gentis Monachum vel clericum ad aliquam dignitatem conari pateretur, à Cnutonis Regis quondam facilitate abhorrens, qui victis honores integros exhibuit. unde factum ut eo defuncto, indigenæ advenas leviter expellerent, sibi que antiquum jus vindicarent.

Hæc ubi fecisset, nihil prius habuit, quam Danici belli tempestatem, quæ impendebat, avertere, & sibi quietem vel pecunia redimere. Quæ etiam firmata videatur. Iam inde enim Angliâ nihil sibi à Danis meruit. Atque ille ad imperium tuendum, & Remp. optimis legibus temperandam se totum contulit. Nam ut auctor est, qui eo tempore floruit, Ingulphus: *Hominim sibi sacere, & fidelitatem jurare omnem Angliæ incolam imperavit, totam terram descripsit, nec erat Fida in tota Angliâ, quin valorem ejus, & possessorem scrivit,*

*Domesday nec lacus, nec locus aliquis, quin in Regis rotulo extitit de-
booke, liber scriptus. Iste rotulus vocatus est Rotulus Wintonie, & ab
judiciarius Anglis pro sua generalitate, quod omnia tenementa to-
Gervasio tius terræ integrè continuat, DOMESDAY cognomi-
Tilburiesi. natur.*

Quod verò Polydorus Virgilius scribit Guiliel-
mum illum Victorem duodecim-virorum judi-
cium primum induxisse, nihil à vero alienius:
multis enim ante annis in usû fuisse certissimum
*XII. viro- am, Anglis est ex legibus Ethelredi Nec erat sanè cur terri-
rum judici- jurei de 12* bile judicium vocaret: E populo enim XII. viri
liberi & legales è vicinia ritè evocantur, hi jure-
jurando obligantur verè de facto sententiam
dicere. Advocatos coram tribunali utrimque
differentes, & testes audiunt; inde acceptis
utriusque partis instrumentis concluduntur, &
sine cibo, potu, & igne detinentur (nisi fortè
periculum sit ne ex illis quispiam moriatur) do-
nec de facto inter se convenerint, quod ubi
coram judice pronuntiaverint, ille de jure sen-
tentiam profert. Hanc enim rationem pruden-
tissimi majores nostri optimam esse ad veri-
tatem eliciendam, tum ad corruptelas evitan-
das, & affectus intercludendos existimarunt.

Normanno- rum bellica virtus. Quantum verò virtute bellica præstiterint
Normanni, alij dixerint, satis mihi sit dixisse,
quod inter bellicosissimas gentes positi, non ob-
sequijs, sed armis semper tuti fuerint, & nobi-
lissima regna in Anglia & Sicilia constitue-
rint. Tancredus enim Richardi Ducis Norman-
niæ ejus nominis secundi nepos, ejusque poste-
riores res præclaras in Italia gesserunt, & profliga-
tis è Sicilia Saracenis regnum constituerunt.
Vnde

Vnde Siculus Historicus ingenuè agnoscit Si-
culos Normannis acceptum referre quod in so-
lo patrio permanent, quod liberè vivunt, &
quod sunt Christiani. In terra etiam Sancta bel-
lica eorum virtus singulari cum laude inclaruit.

Atque hi sunt qui Britanniam infederunt po-
puli; è quibus super sunt Britanni, Saxones sive
Angli, Normanni que permisti, & ad Septentri-
ones Scoti.

BRITANNIÆ DIVISIO.

Vetustissima Britannia divisio illa pluribus
eruditus videtur, quæ est apud Ptolemæum, in Magna &
Britanniam MAGNAM, & PARVAM. Verum
pace tantorum virorum, illo loco hanc nostram
Insulam, Britanniam MAGNAM, & Hiberni-
am PARVAM vocare videtur. Recentiores tam-
en Meridiem Magnam vocarunt, & ulteriorem illam
ad Septentriones Parvam. Cum autem ulteri-
orem illam plagam neglexerint Romani, quia
illis utilis esse non poterat, nec ferax: termino
non procul ab Edenburgo posito, citeriorem
partem duplicem fecerunt, & Angliæ partem
citeriorem cum Wallia, SUPERIOREM; multi-
tioriem & Septentrionalem, INFERIOREM
dixerunt: ut ex Dione colligitur. Hanc divisio-
nem à Severo Imp. factam fuisse existimo,
quem Herodianus prodit, Britannia rebus ordi-
natis, totius Provincia administrationem in-
ter duos Præfectos divisisse.

Postea in tres partes Britannia provinciam
descripserunt Romani, videlicet in MAXIMAM

CÆSARIENSEM, BRITANNIAM PRIMAM, & BRITANNIAM SECUNDAM: quas ex Episcopis, & Dioecesibus antiquis forsitan deprehendi. Lucius enim Pontifex apud Gratianum inuit, illis in urbibus Archiepiscopos confedisse, quibus olim Præsides Romani. Cum autem tres Archiepiscopos olim habuerit Britannia; Provinciam quam nunc vocant *Cantuariensem* (eò enim Londinensis sedes translata) Britanniam *Primam* constituisse: *Walliam*, quæ Episcopo Urbis Legionum paruit, Britanniam fuisse *Secundam*: Provinciam verò *Eboracensem*, quæ tum ad limitem pertinuit, fuisse *Maximam Cæsariensem*, existimo.

Quinque-partita.

Subsequente ætate, Britanniam quinque-partitam fecerunt; & *Britannia Prima* dicta fuit omnis regio Australis, quæ hinc Mare Britannicum, illinc Tamisim & Sabrinianum fretum interjacet. *Britannia secunda*, quæ nunc *Wallia*, *Flavia Cæsariensis*, quæ à Tamisi ad Humbrum porrecta fuit. *Maxima Cæsariensis*, quæ ab Humbro ad Tinam fl. sive Vallum Severi. *Valentia* quæ ad Vallum juxta Edenburgum, quam Scoti *Gramesdike* vocant, ubi Romani Imperij limes ultimus. *Maxima Cæsariensis*, & *Valentia* à Consulibus, reliquæ tres à Præsidibus administrabantur.

Romanorū Pentarchia in Heptarchiā Saxonum.
Demum vero, barbaris undiq; insultantibus, ea pars quæ ad Arctos vergit, in duo regna Scotorum scilicet & Pictorum concessit, et Pentarchia Romanorum in hac citiori parte facta fuit Heptarchia Saxonum. Provinciam enim Romanorum univrsam, præter Walliam, quam Britanno-

tannorum reliquæ occuparunt, in septem regna descripserunt, *Cantium* scilicet, *Southsexiam*, *East-Angliam*, *Westsexiam*, *Northumbriam*, *Eastsexiam*, & *Merciam*.

CANTII regnum continebat Comitatum *Cantij*,

VSSBXIAE, sive Australium Saxonum regnum, Comitatus *Suthsexia* & *Suthreia*,

EASTANGLIAE, sive Orientalium Anglorum regnum, Comitatus *Northfolcia*, *Suthfolciae*, *Cantabrigiae*, cum Insula *Ely*.

WESTSEXTAE, sive Occiduorum Saxonum regnum, Comitatus *Cornwallia*, *Devonia*, *Dorsetiae*, *Somersetiae*, *Wilsoniae*, *Southantoniae*, *Berchetiae*.

NORTHUMBRIAE regnum, Comitatus *Lancastriae*, *Eboraci*, *Dunelmiae*, *Cumbria*, *Westmorlandia*, *Northumbria*, & regiones *Scotiae* usque ad *Edenburgi* fretum.

EASTSEXTAE, sive Orientalium Saxonum regnum, Comitatus *Essexia*, *Middlesexia*, *Hertfordiae* que partem.

MERCIAE denique regnum continebat Comitatus *Glocestriae*, *Herefordiae*, *Wigorniae*, *Warwici*, *Leicestriae*, *Rotelandiae*, *Northantoniae*, *Lincolniae*, *Huntingdoniae*, *Bedfordiae*, *Buchinghamiae*, *Oxinsfordiae*, *Staffordiae*, *Derbiae*, *Salopiae*, *Nottinghamiae*, *Cestriae*, *Hertfordiae* que partem alteram.

Necdum tamen, florente Heptarchia, Anglia ita in Comitatus divisa, sed in quosdam regiunculas cum suis *Hidis*. *Hida* autem, ut nonnullis placet, est tantum terræ, quantum aratrum uno an no colere potest: ut alijs, quatuor virgata terra.

terræ. Postea cum solus Alfredus rerum potiretur, ut Germani majores nostri, teste Tacito, jura per pagos vicisque reddebant, & centeni ex plebe Comites ad rem administrandam adjugebantur: sic ille primus Angliam in Comitatus divisit: Comitatus porro in Centurias, id est *Hundreds*, & Decimas, id est *Tithings*, distribui fecit, præcepitque ut omnis indigena in aliqua esset Centuria, & Decima. Præfectos etiam provinciarum in duo officia divisit, Iudices, nunc Iustitarios, & Vicecomites, qui adhuc idem nomen retinent. Horum cura & industria tanta pax brevi per totam Provinciam effloruit, ut si viator quantamcunque summam pecuniæ in campis, vel publicis compitis vesperi demisset, manè, vel post mensem rediens, integram & intactam videret.

Hos Comitatus (quos vel *Conventus*, vel *Pagos* propriè & Latine voces) nos peculiari vocabulo *Shyres* appellamus, à *Scyre* Saxonica dictione, quæ partire, & dividere significat: primaque divisione tantum XXXII. numerabantur. Anno enim à Christo nato 1016. Ethelredo regnante, non plures fuisse Malmesburiensis refert, eaque tempestate pro legum varietate hi Comitatus divisi erant. Leges enim Angliæ in triplici erant differentia, Occiduorum scilicet Saxonum, quam *Westsaxenlage*, Danorum, quam *Denelage*, & Merciorum, quam *Merchenlage* dixerunt. Ad occiduorum Saxonum legem spectantur novem Comitatus. Ad Danorum quindecim. reliqui octo Merciorum legem sequebantur. Cum autem hujus regni censum ageret

ageret Guilielmus Primus, XXXIX. Comitatus, ut habet *Polychronicon*, numerabantur. Acta tamen publica duntaxat XXXIII. percensent, quod *Northumbria*, *Westmorlandia*, & *Cumbria* tunc temporis paruerint Scotis, ut quidam volunt, *Dunelmia* verò & *Lancastria* vel pensionationibus fuerint immunes, vel sub Eboracensi agro comprehensa. Verùm postea in numerum addita, XXXIX Comitatum numerum compleverunt: quem hodie habemus, & paulò superiùs recensuimus. Quibus accedunt XIII plures in *Wallia*, quorum sex fuerant tempore Edwardi Primi, reliquos Parliamentaria auctoritate instituit Henricus Octavus.

In his Comitatus, difficilioribus temporibus, Præfectus regis, quem *Lieutenant* vocant, ne quid detrimenti Resp. capiat, constituitur. Hujus prima institutio ab Alfredo Rege repetenda videatur, qui custodes regni singulis Comitatus constituit. Quos postea Henricus III. restituit, *Capitaneosque* dixit.

Singulis verò annis, ex minoribus nobilibus incolis aliquis præficitur his Comitatus, quem Vicecomitem, quasi Vicarium Comitatus, & nostro lingua *Shiriffe*, id est Comitatus præpositum vocamus, qui etiam Comitatus vel Provinciarum Quæstor rectè dici potest. Ejus enim est publicas pecunias Provinciæ suæ conquirere, multas irrogatas, vel pignoribus ablatis, colligere, & arario inferre: Iudicibus præsto adesse, & eorum mandata exequi. Duodecim viros cogere, qui in causis de facto cognoscunt, & ad Iudices referunt (Iudices enim apud nos ju-

Ingulphus.

Shyres.

Angliæ
divisio pro
ratione legum.Angliæ
Comitatus
XXXIX
Wallia
Comitatus
XIII.Angliæ
politia.
Præfectus
seu Vicarius
Regius.Angliæ
Vicecomites, vulgò
Shiriffes, et
eorum officium.

XII Viri.

ris

Iustitiarij
Pacis.Iustitiarij
ad Assisus.

ris solum, non facti sunt iudices) condemnatos ad supplicium ducere, & in minoribus litibus cognoscere. Constituuntur etiam in singulis Comitatibus quidam Pacis Iustitiarij, qui de *murdris, felonis, transgressionibus*, ut vocant, & multis alijs delictis cognoscunt. Ad hæc Rex quotannis duos ex Iustitiarijs Angliæ in quemlibet Comitatum emittit, ut de incarceratis sententiam ferant, & *Gaolam*, ut juridico verbo utar, deliberent.

Quod ad Ecclesiasticam jurisdictionem attinet, duas nunc habet Anglia Provincias, Archiepiscopos item duos, Cantuariensem nimirum, totius Angliæ Primatem, & Eboracensem. Quibus subsunt XXV. Episcopi: Cantuariensi XII. Eboracensi tres reliqui. Inter hos primum locum habet Cantuariensis, secundum Eboracensis, tertium Episcopus Londinensis, quartum Dunelmensis, quintum Wintoniensis, reliqui ut consecratione priores, ita loco potiores. Siquis autem ex alijs Episcopis fuerit Regi Secretarius, locum quintum suo jure sibi vendicat. Sunt præterea in Anglia Decanatus XXVI. & quibus XII in majoribus Ecclesijs, monachis exturbatis, ab Henrico Octavo fuerunt instituti. Archidiaconatus LX. Dignitates & Præbendæ D XLIII. Numerantur porro Parochiales Ecclesie sub Episcopis 9284. & quibus 3845. sunt Appropriatæ, ut habetur in Catalogo Regi Jacobo nuper exhibitò, quem subjugam. Ecclesia verò Appropriatæ dicuntur, quæ Papali intercedente auctoritate, cum Regis, & Episcopi Diocesios: consensu, Monaste-

rij.

rijs, Episcopatibus, Collegijs, & Hospitalibus exiliter dotatis, certis conditionibus colligatæ, vel ut Formularij loquuntur, unitæ, annexæ, & in perpetuum incorporatæ sunt: quæ postea, subversis Monasterijs, magno Ecclesie damno; Fenda facta fuerunt *Laticalla*.

DIOCESES.

DIOCESES.	ECCLESIAE Parochiales.	Appro- priatæ.
CANTVARIENSIS	257	140
Londinensis	623	189
Wintoniensis	362	131
Coventræsis, & Lichfeld	557	250
Sarisburiensis, —	248	109
Bathoniæsis & Wellensis	388	160
Lincolniensis, —	1255	577
Petrobürgensis, —	293	91
Exoniensis —	604	239
Glocestrensis, —	267	125
Herefordensis, —	313	166
Norwicensis, —	1121	385
Elyensis, —	141	75
Roffensis, —	98	36
Cicestrensis, —	250	112
Oxonienfis —	195	88
Wigornienfis —	241	76
Bristoliensis —	236	64
Menevensis —	308	120
Bangorensis —	107	36
Lhandassienfis —	177	98
Asaphensis —	121	19

Angliæ
Dioceses.In Provin-
cia Cantu-
ariensi:Parochia-
rum in
Angliæ
numerus.
Ecclesia
Appro-
priatæ

Pecu-



Pèculiaries in Provincia Cantuariensis	57	14
Summa Provinciae Cantuariensis	8219	3303.
EBORACENSIS.	581	336
Dunelmensis	135	87
Cestrensis	256	101
Carleolensis	93	18
Summa Provinciae Eboracensis	1065	592
Summa totalis in utraque Provincia.	9284	3845.

Monasteria.

Fuerunt etiam regnante Henrico Octavo Domus religiosae, scilicet Monasteria, sive Abbatiae, & Prioratus numero 645. è quibus cum Papae Clementis VII. permisso 40. fuissent suppressae in gratiam Cardinalis Wolfæi, è cuius libro anno 1520 descripto, (licet à Catalogo præcedente aliquatenus discrepet, et 9407 Parochiales Ecclesias numeret) ego numerum Ecclesiarum singulis Comitatus subiunxi, statim circa annum 36 Henrici Octavi, in Remp. Angliæ Ecclesiasticam quasi torrens rupto aggere irruit, qui gentis Ecclesiasticæ partem maximam, cum pulcherrimis ædificijs funditus prostravit. Nam quod Papa Cardinali, Rex sibi cum Parlamenti assensu permittit. Vnde anno 1536. singulae religiosae Aedes cum facultatibus omnibus,

bus, quæ in redivibus annuis 200. libras, vel minus habuerunt, numeroque erant 376. Regi fuerunt concessæ. Et anno insequenti, specioso eructa superstitionis obtentu, reliquæ cum Collegijs, Cantarijs, & Hospitalibus, Regis arbitrio fuerunt permittæ. Quo tempore censitæ fuerunt religiosae Aedes superstites 605. Collegia, præter ea in Academijs 96. Hospitalia 110. Cantariæ & liberae Capellæ 2374.

ORDINES ANGLIÆ.

Quod ad Reipublicæ nostræ divisionem attinet, constat ex Rege, sive Monarcha, Nobilibus, Civibus, Ingenuis, quos *Yeomen* vocamus, & Opificibus.

Rex, quem majores nostri *Coning*, & *Cyning* Rex. (in quo nomine & potentia & scientia inest significatio) nos contractius *King* appellamus, supremam potestatem & merum imperium apud nos habet, nec in Imperij clientela est, nec investituram ab alio accipit, nec præter Deum superiorem agnoscit, Majestatisque jura sua habet longè plurima, Sacra Sacrorum, & Individua Iurisprudenter eruditi, Prærogativas Regias vulgus appellat. Horum alijs lege scripta, alijs consuetudinis jure, quod tacita omnium voluntate sine lege vetustas comprobavit, Rex gaudet meritissimè, cum omnium domos illius vigilia, omnium otia illius labor, omnium delicias illius indultia, omnium vacationem illius occupatio tueatur.

Seneca.

Secundus à Rege est filius ejus primogenitus, *Princeps*. qui apud majores nostros Anglo-Saxones sua lingua

lingua *Ætheling* id est *Nobilis*, & Latine *Clyto*, à Græco *Κλυτος* id est *inclutus*, erat appellatus. Post Normannicam victoriam, non alius, quod sciam, illi assignatus erat titulus honorarius, quam singulariter *Filius Regis*, & *Primogenitus Regis Angliæ*, donec Edwardus Primus filium Edwardum nomine *Principis Walliæ* & *Comitis Cæstriæ* ad Comitata Parlamentaria evocavit. Verum Edwardus III. Edwardum filium Cornubiæ Ducem creavit, pauloq; post eundem Principis Walliæ titulo solemniter investitura adornavit. Ex quo tempore Regis filius primogenitus Cornubiæ Dux natus censetur. Utque destinati Romani Imperij successores *Principes Inventatis*, *Cæsares*, *Nobiles Cæsares*, & *Cæsares Nobilissimi*; Græci *Despotæ*; Gallici Regni *Delphini*; Hispani *Infantes* dicti: ita Anglici *Principes Walliæ* jam inde nuncupati fuerunt; permansitque hic titulus usque ad Henrici Octavi tempore, cum Wallia Regno Angliæ plenè fuit adunata. Iam verò cum divisâ olim Britanniae regna in unum auspicijs Jacobi Regis potentissimi coalescant, ejus filius primogenitus *Princeps Britanniae Magnæ* appellatur.

Nobiles verò nostri dividuntur in Majores & Minores. Nobiles majores vocamus Duces, Marchiones, Comites, & Barones, qui vel hereditario jure his titulis gaudent, vel iisdem virtutis ergò à Rege exornantur.

Dux.

Dux primus est post Principem dignitatis titulus. Hoc primum nomen erat officij, non honoris. Honorarius titulus esse cœpit sub Othone Magno circa annum 970. Ille enim ut sibi

arctius

arctius viros bellicosos & prudentes astringeret, *Regalibus*, quæ dixit, insignivit. Hæreditarius titulus serius esse cœpit in Gallia. In Anglia verò, Normannico tempore, cum ipsi Normannici Reges Normanniæ Duces essent, longo tempore neminem eo honore ornarunt, donec Edwardus III. Edwardum filium Cornwalliæ Ducem creavit *per sertum in capite, anulum in digito, & virgam argenteam*. Idem Rex in Parlamento filios suos Leonellum Ducem Clarentiæ, & Ioannem Ducem Lancastriæ *per cincturam gladij, andi ritus. imposto captibus pellito pileo, cum circulo ex auro & margaritis, & Charta tradita creavit*. Iam inde plures hæreditarij apud nos Duces subinde creati sunt, cum ejusmodi verbis in Charta. *Nomen, titulum, statum, stilum, locum, sedem, præminentiam, honorem, auctoritatem, dignitatem, Ducis N. damus & concedimus, atque per gladij cincturam, cappæ & circuli aurei impositionem in capite, & traditionem virgæ aureæ realiter investimus.*

Marchio, id est si verbum spectes, *Præfectus ti. Marchio. mitaneus*, secundum à Duce honoris locum habet. Hic titulus serius ad nos pervenit, nec ante Richardi II. tempora cuiquam delatus est. Ille enim Robertum Vere Oxoniæ Comitum, delicias suas, Marchionem Dubliniæ designavit, merumque erat honoris nomen. Nam qui antea limitibus præfuerant, *Lord Marchers* vulgò vocabantur, & non *Marquesses*, ut nunc vocamus. A Rege verò creantur *per cincturam gladij, ac cappæ honoris & dignitatis impositionem, Chartamq; traditam.*

Comites, qui tertium locum tenent, à majoribus nostris Germanis habuisse videamur. Illis

F

enim

enim olim, ut auctor est Tacitus, *Comites erant qui Principibus consilium, & auctoritas semper adessent.* A Romanis tamen ad nos devenisse existimant alij, Imperatores enim adulto jam Imperio domesticum quendam Senatuum circa se habere incœperunt, qui Cæsaris Comitatus appellatus, & ipsi, quorum consilio utebantur, Comites dicti. Constat sanè ante Constantinum Magnum Comitatus nomen, ut dignitatem denotaret, in usu non fuisse. Hic autem, cum Imperij Romani formam novis distinctionibus mutaret, Comitatus titulum honorarium sine administratione primùm instituit: eratque Comitatus facultas quædam & privilegium, Principem in Palatio quoque & locis secretioribus comitandi. Tandem hoc beneficio ornatis alias dignitates cum functione concessit, & vicissim, qui in magistratu essent, illo honore affecit. Hinc Comitatus nomen dignitatem ab eo tempore significavit, initio temporariam, postea vitæ æqualem. Deinceps verò cum res Romana in plura regna distribueretur, hic etiam titulus relictus, & Saxones nostri, quos sua lingua *Ealderman*, eos Latinè Comites & Consules dixerunt: eosdemque *Eorlas*, id est *honoratos*, sua lingua *Dani* vocarunt, quo nomine emollito *Earles* hodie nobis appellantur. Diuque sanè & simpliciter hoc nomine nuncupati sunt; tandem loci etiam adjectione, cui cum auctoritate præerant. Verùm cum Guilielmus Normannus jam victor summam rerum in hoc regno administraret, Comites cœperunt esse feudales, hereditarij, & patrimoniales. Creabantur olim nul-

Comitiva
quid.

la

la adhibita ceremonia. Ioannes autem Rex, *Comitum quantum ego observavi, gladij cincturam primo adhibuit.* Seculo subsequenti accessit *impositio pilei, cum circulo aureo, qui nunc in coronam radiatam mutatur, & trabea honoraria.* Quæ tria, videlicet gladius cum cingulo, pileus cum corona, & trabea honoraria hodie præferuntur à singulis Comitibus illi qui Comes creandus, & inter duos Comites trabeis etiam honorarijs indutos ad Regem in folio sedentem introducitur in supertunica, ubi in genua nixus, dum Codicilli creationis leguntur, ad hæc verba: *Ipsum N. in Comitum N. eriginus, creamus, insignimus &c.* trabea à Principe superinducitur, gladius ad collum appenditur, pileum cum corona capiti imponitur, & creationis Codicilli, cum prælecti sunt, in manum traduntur. Quod autem inolevit, ut qui Comes sit creandus, si Baro antea non fuerit, in Baronem prius erigatur, novum & nuperum est, & ab Henrico VIII temporibus usurpatum. Inter Comites *Palatinus* longè honoratissimi erant illi qui Comites *Palatini* sunt dicti, Ut enim *Palatinus* commune erat *Comes Palatinus* nomen omnibus qui officijs in Regis palatio fungebantur: ita *Comes Palatinus* titulus erat dignitatis delatus ei qui fuerat antè *Palatinus*, cum regali quadam auctoritate iudicandi in suo territorio.

Post Comites Vicecomites ordine sequuntur, *Vicounts* nos vocamus. Hæc vetus officij, sed nova dignitatis appellatio, & Henrici VI tempore apud nos primùm audita.

Inter Nobiles Majores proximum locum obtinent *Bayones*.

tinent *Barones*. Ifidorus, & Vetus Grammaticus, quorum opinionem libens amplectar, *Barones* mercenarios milites esse volunt. Nominis etymologia, quas nonnulli procuderunt, mihi parum arrident: sed illa è Germanica lingua potior, quo *Bar* liberum & sui juris significat. Quo tempore hæc appellatio in hanc Insulam devenerit non mihi compertum. Britanni pro sua non agnoscunt. In Anglo-Saxonice legibus nusquam comparet. Danis verò liberi Domini, cuiusmodi hodie *Barones* hi sunt, *Thani* dicebantur, & hodieque dicuntur. In fragmento legum Canuti Regis Anglorum & Danorū prima apud nos est Baronis mentio, quantum ego observavi, nam utcumque hic variant exemplaria, tamen *Barones* innuisse certum est legibus Guilielmi Conquæstoris, quarum hæc sunt verba: *Exercitalia ita sint moderata, ut tolerabilia sint. Vironis sive Baronis Regis, qui est proximus ei, quatuor equi, duo cum sellis, & duo sine sellis, duo gladij, quatuor lanceæ, & totidem scuta, galea una, & lorica una.*

† *Mancusa necnon & L. manca † auri.* Necdum tamen magni fortè, id est honoris erant, illis enim temporibus Comites 30 denarij. nonnulli suos sub se *Barones* habuerunt, meminique me legere decem fuisse *Barones* sub Comite, & totidem Capitaneos sub *Barone*. Etiam melioris notæ cives *Barones* vocabantur, cives enim Warwicensēs, item Londinenses, & quinq; Portuum incolæ eo nomine gaudebant. Deinceps ut Romæ olim Senatores è censu eligebantur, sic *Barones* apud nos habiti fuerunt qui per integram Baroniam terras suas tenebant. Ipsaque Baronum multitudo persuadet tales

tales fuisse *Dominos* qui in sua ditione jus dicere possent, cuiusmodi apud Germanos *Freyherrn* dicuntur. Plenaque honoris illa appellatio sanè tunc erat. Sed ad summum honorem pervenit ex quo Rex Henricus III. ex tanta multitudine optimos quosque rescripto ad Comitiam Parliamentaria evocavit. Inde illi soli regni *Barones* censentur, quos summationum, ut vocant, rescriptis Reges ad Comitiam evocant: donec Richardus II Ioannem de Beauchamp de Holt, Baronem de Kiderminster diplomate suo creavit. Exinde siquidem Reges diplomatibus, vel potius honorarijs literis, & tra-bea honoraria imposta hunc honorem sæpe detulerunt. Hodieque hæc per diplomata *Baronis* creandi ratio, & illa per rescripta *summonitionis* sunt in usu: & qui sic creati, vocantur *Barones Parlamenti, Barones Regni, & Barones honorarij*, ad differentiam eorum qui adhuc ex veteri illa Baronum formula vulgò *Barones* vocantur. Hi Parliamentarij *Barones*, omnes sunt Regni Angliæ Pares, Proceres, Magnates, & Consiliarij nati, suasque habent immunitates & privilegia, scilicet ut non nisi Parium iudicio in criminalibus stantur, ut ad ius-jurandum non adigantur, sed sufficiat ut pro honore protestentur, & alia plurima.

Præter hos duo Archiepiscopi, & omnes Angliæ Episcopi *Barones* etiam sunt Regni, sive Parliamentarij, ut avorum memoria quidam eriam è Cœnobiarhis. Rex enim Guilielmus primus, Episcopatus & Abbatias, quæ Baronias tenebant in pura & perpetua eleemosyna, &

Barones Regni.

Episcopi Barones.

catentis ab omni servitute sæculari libertatem habuerant, sub servitute statuit militari, irrotulans singulos Episcopatus & Abbatias pro voluntate sua, quot milites sibi & successoribus hostilitatis tempore à singulis voluit exhiberi. Iam inde Ecclesiastici illi omnibus quibus ceteri Regni Barones gavisi sunt immunitatibus, nisi quod a Paribus non iudicentur, sed in causis sanguinis Duodecim viris juratis quo ad factum judicandi relinquuntur.

Valvasores *Valvasores*, sive *Valvasores*, proximum post Barones locum olim tenuerunt, quos à *Valvis* Iuridici deducunt. Franci, cum in Italia rerum potirentur, *Valvasores* illos dixerunt, qui à Duce, Marchione, Comite, aut Capitaneo plebem, plebisve partem acceperant. Rara hæc fuit apud nos dignitas, & si qua fuit, jam olim paulatim desijt.

Nobiles minores. *Equites*, sive *Milites*. Nobiles minores sunt Equites aurati, Armigeri, & qui vulgò *Generosi*, & *Gentlemen* dicuntur.

Equites, qui & Milites Latine Anglis Iuriconsultis, apud omnes ferè gentes ab equis nomen invenerunt, *Cavaleri* enim Italis, *Cavalleros* Hispanis, *Reiter* & *Ridders* Germanis, *Chevaliers*, Gallis, *Margogh* Cambro-britan. is ab equitando dicuntur, Anglis solummodò *Knights* vocantur, vocabulo quod antiqua Anglorum, uti & Germanorum lingua, ministrum, sive servientem & juvenem promiscuè significat. Vnde autem *Milites* Latine apud nos dicti fuerint, vix video. sed si quid hac in re video, illi sic primò appellati fuerunt, qui prædia beneficiaria, sive feuda tenuerunt, ut militarent. *Feuda* enim illa

milita-

militaria dicta fuerunt, & qui alibi *Feudatarij*, hic *Milites* dicebantur, ut Milites Regis, Archiepiscopi Cantuariensis &c. quod ea lege prædia ab illis accepissent, ut illis militarent, fidemque & hominum præstarent; cum alij qui pro solidis militarent, *Solidarij* & *Servientes* appellarentur. *Solidarij*, Ceterum hi, sive Milites, sive Equites appellare libet, quadruplici sunt apud nos discrimine, honoratissimi autem habentur illi ordinis *Georgiani*, *Georgiani* plex apud *ni*, *Garterij*, sive *Perisclidus*, secundi *Baneretti*, tertij *Balnei*, & quarti, qui simpliciter nostra lingua *Knights*, Latine *Equites aurati*, sive *Milites sine ad-* *Anglos Equitum genus.* ditione dicuntur. De Georgianis suo loco ad Windeforam, De reliquis nunc pauca.

Baneretti nomen habent a vexillo. concessum *Baneretti*. enim illis erat militaris virtutis ergò quadrato vexillo, perinde ac Barones, uti, unde & *Equites Vexillarij* verè à nonnullis vocantur, & Germanis *Baner-herrn*. Horum antiquitatem ultra Edwardi tertij tempora, cum Angli bellicis laudibus abundarent, repetere non possum, ut tunc primùm excogitatum hunc titulum honorarium in bellicæ virtutis præmiùm credam. Posterioribus verò temporibus qui ad hunc honorem evehendus, vel ante prælium, vel post, gestans signum oblongum, in quo ejus depinguntur insignia, inter duos seniores Equites, præcuntibus Tubicinibus & Heraldis, coram Rege adducitur, qui bene ominatus jubet insigni extremitatem abscondi, ut ex oblongo, vexillum fiat quadratum.

De Equitibus *Balnei* nihil antiquis mihi le- *Equites Balnei.* genti hactenus occurrit, quàm Henricum *Quar-* *tum*

tum Angliæ Regem ea die qua inauguratus in arce Londinensi, quadraginta sex Armigeros, qui præcedente nocte vigilassent, & balneo usi essent, Equites creasse, singulis tunicas virides ad talos demissas cum manicis strictis, & *Mineveria* pellitas donasse, eosque gestasse ad humerum sinistrum duplicem funiculum ex albo serico cum torulis dependentibus. Nostris autem

Et eos creandi ratio.

temporibus qui ad hunc ordinem suscipiendum a Rege evocantur, pridie quam creantur, heremiticam vestem cinericiam cum cucullo, pileo lineo & ocreis induti sacra devoti accedunt, ut militiam suam, quasi Deo inprimis militaturi, auspiciuntur: unâ cœnant, singulisque ministrant duo Armigeri & puer affecla, à cœna in cubiculum se recipiunt, ubi paratur singulis lectulus cum velarijs rubris, Armisque suis gentilitijs affixis, & juxta vas balneatorium linteis opertum, in quo cum se Deo commendaverint, se abluunt, ut deinceps corpore animoque mundo esse admoneantur. Postridie bene manè instrumentorum Musicorum sono excitantur, easdemque vestes induunt. Tunc Angliæ Constabularius, Marecallus & alij eos accedunt, nominatim suo ordine evocant, & iurjurandum propouit, scilicet ut Deum ante omnia colant, Ecclesiam defendant, Regem honorent, ejus jura propugnent, viduas, virgines, orphanos tueantur, & injuriam quantum poterunt, propulsent. Hæc cum juraverint, ad sacra matutina Regijs Musicis & Heraldis præeuntibus deducuntur, atque ab ipsidem in cubicula deducuntur, ubi heremiticas vestes exuti, chlamydem

dem holosericam rutilo Martis fulgore relictentem, & galerum candidum candidis plumis super pileum lineum induunt, chirothecas candidas funiculo chlamydis colligant. Equos sella & ephippijs scorteis nigris albo interstinctis, & cruce fronti præfixa instructos conscendunt. Ante singulos sinus affecla eques gestat gladium capulo inaurato, ad quem dependent aurea calcaria, utrimque Armigeri obequant. Hac pompa tubis antè clangentibus ad Aulam Regiam itur, ubi cum ad Regis præsentiam à duobus senioribus Militibus deducuntur, Regis Camerario affecla baltheum cum gladio dependenti tradit, ille summa cum reverentia Regi, qui Militem transversim eo cingit, iubetque duos seniores Equites calcaria imponere. Inde omnes unâ prandent, ad idem mensæ latus assidentes sub suo cujusque clypeo gentilitio affixo. Ad preces vespertinas sacellum adeunt, gladios ad altare offerunt, datoque pretio redimunt. redeuntes verò primarius coquus offenso cultro, ut se probos & fideles præstet Milites, admonet, alioquin se calcaria ignominiosè abscissurum.

Nunc de Militibus illis qui simpliciter *Knights* *Knights, et eos creandi ratio.* appellantur, & licet ordine postremi, institutione tamen sunt primi & antiquissimi. Ut enim Romani virilem ætatem ingredientibus virilem togam donaverunt: ita majores nostri Germani suis Iuvenibus, quos armis tractandis idoneos judicarunt, arma donaverunt. Cum autem hoc genus Iuvenes sua lingua, ut nos nostra *Knights* vocarint, hinc & nominis & institutionis originem repetendam censeo. Hæc prima

Tacitus lib. de moribus German.

& simplicissima creandi Militis ratio. Atque ita, teste Malmesburienſi, Alſredus noſter Athelſtanum nepotem, magnæ ſpei puerum, Militem fecit, donatum chlamydè coccinea, gemmato baltheo, enſe Saxonico cum vagina aurea. Poſtea cùm religio ita animos hominum occupaffet; ut nihil bene & auſpicatè factum, quod à viris religioſis non profectum, cenſerent, ab illis gladium majores noſtri paulo antè Normannorum adventum acceperunt. Atque hoc quod gladio cingi voluerunt, deductum proculdubio à militari Romanorum diſciplina videatur, quia ut illi, priuſquàm ſacramento militari gladio ſtricto obligati fuerant, pugnare cum hoſte nefas exiſtimarunt: ita noſtri non ſibi legitimè militare licere opinati ſunt, priuſquam hac ceremonia legitimæ militiæ conſecrarentur, qua Guilielmum Ruſum Angliæ Regem à Lanfranco Archiepiſcopo Militem factum legimus. Poſtea ad Principes vicinos Reges filios mittere ſolebāt ut equeſtrè ab illis dignitatem acciperent. ſic Henricus noſter II miſſus ad Davidem Regem Scotorum, & Malcolmus Rex Scotorum ad Henricum noſtrum II: ut acciperent ab ijs *Arma militaria*, ſive *virilia*, hiſ enim loquendi formulis eo ſæculo uſi ſunt. Tunc ad ornamentum calcaria aurata etiam acceſſerunt, unde *Milites* & *Equites aurati* hodie vocantur. Ius etiam ſigilli additum, antequam enim baltheo militari cincti erant, ſigillo uti non licuit. Subſequenti ætate ex cenſu (ut colligitur) facti fuerunt Milites. qui enim feudum magnum militare, id eſt 680. vel ut alijs placet, 800 acras terræ habebant, ordi-

*Equites au-
rati, unde
ſic dicti.*

ordinis militaris ornamenta ſuo quaſi jure poſtularunt. Imò ſub Henrico III. quodammodo coacti fuerunt Milites fieri quotquot libras quindecim ex annuis terrarum redditibus collegerunt, ut jam titulus potiùs oneris, quàm honoris videretur. Nec ſolùm Rex, verùm etiam Comites eo ſæculo crearunt Milites. Verùm jam inde nemo creatus fuit apud nos Miles niſi vel ab ipſo Rege, vel Regis primogenito, accepta priùs à patre auctoritate, vel à Regis Locum-tenente ſive Praefecto in exercitu, idque vel ob res fortiter geſtas vel gerendas, aut togatam prudentiam. Noſtris temporibus qui Militarem dignitatem ſuſcipit, flexis genibus, educto gladio leviter in humero à Principe percuto, qui hiſ verbis Gallicè affatur, *Sois Chevalier au nom de Dieu*, id eſt, *Sis Eques in nomine Domini*, & poſtea addit, *Avancez Chevalier*, id eſt, *Surge Eques*. Cætera quæ ad hunc ordinem ſpectant, ſcribant alij, mihi ſatis ſit digitum illis ad fontes intendiſſe.

Hiſ militibus proximi fuere *Armigeri*, qui & *Armigeri*. *Scutiſeri*, *Homineſque ad Arma*, Gothiſ *Schilpor* à ſcutto ſerèdo, ut olim *Scutorij* Romanis dicti, qui vel à clypeis gentilitijs, quæ in Nobilitatis inſignia geſtant, vel quia Principibus & majoribus illis Nobilibus ab armis erant, nomen traxerunt. Olim enim ex hiſ duo. unicuique Militi inſerviebant (unde Belgis fortasſe *Schild-knapen* dicti) galeam clypeumque geſtant, & individui Comites adhærebant, eo quod à Milite Domino ſuo terras aliquas in *ſcutagio* tenebant, ut ipſe Miles à Rege in *Feudo militari*. Quintuplex nunc eſt

est horum discrimen, nam quos dixi, jam non sunt amplius in usu. Armigeri primarij hodie censentur qui sunt pro Principis corpore selecti. Secundò Equitum Auratorum filij natu maximi, & eorum itidem filij maximi successivè. Tertio loco habentur filij natu maximi minorum filiorum Baronum, & aliorum superioris ordinis, quando autem primogeniti masculi deficiunt, deficit unà cum illis titulus. Quarto ordine sunt quibus Rex ipse cum titulo insignia donat, aut Armigeros creat, collum torque S. S. vel sigmatico argenteo, & candidis & argentatis calcaribus exornans. unde hodie in occidentalibus Regni partibus vocantur *Whitespurses*, ad discrimen Equitum Auratorum, qui auratis calcaribus uti soleat, horumque primogenitis titulus solummodò competit. Quinto loco Armigeri habentur quicumque aliquo superiori publico in Rep. munere funguntur, vel Principi honestiori conditione famulantur. Sed hoc *Armigeri* nomen, quod olim officij tantùm fuit, inter dignitatis titulos regnante Richardo secundo primùm irrepfit.

Generosi.

Generosi vel promiscuè nobiles sunt, qui natalibus clari, aut quos virtus aut fortuna è face hominum extulit.

Cives.

Cives, sive *Burghesses*, qui in sua quilibet urbe publicis funguntur muneribus, & in Parlamentarijs nostris Comitij locum electione habent.

Flebei.

Gemen Saxonicè, id est *plebs*.

Plebei, sive *Yeemen*, quos alij *Ingenuos*, lex nostra homines legales dicit, & ex agris, quos optimo jure tenent, quadraginta ad minimum solidos quotannis colligunt.

Opifices

Opifices autem sunt, qui mercede operam locant, sedentarij, mechanici, fabri &c. qui *Capite censi*, & *Proletarij* Romanis dicebantur.

TRIBUNALIA ANGLIÆ.

Quod ad Angliæ tribunalia, Curias, sive Iuris fora attinet, in triplici sunt apud nos differentia. alia enim sunt Ecclesiastica, ; alia Temporalia, & unum mixtum, quod maximum & longè amplissimum, vocabulo non ita vetusto è Gallia mutuato *Parlamentum* dicitur. Majores *Parlamentum* nostri Anglo-Saxones *Wittena-ge-mott*, id est *Prudentium Conventum*, & *Ge-raednis*, id est *Concilium*, & *Micil Synod*, id est *Magnum Conventum*: Latini ejus & subsequents ævi Scriptores, *Commune Concilium*, *Curiam altissimam*, *Generale placitum*, *Curiam magnam*, *Magnatum conventum*, *Præsentiam Regis*, *Prælatorum*, *Procerumque collectorum*, *Commune totius regni concilium* &c. vocarunt. Utque universum *Ætoliæ* concilium *Panætolium* Livio nominatur, ita *Pananglium* rectè dici possit. Ex Rege enim, Clero, Nobilibus majoribus, Equitibus, & Burgensibus electis; sive ut significantius dicam stilo forensi ex Rege, *Dominis spiritualibus*, & *Temporalibus*, atque ex *Communitate* constat, qui universæ Angliæ corpus repræsentant. Statis autem temporibus non habetur, sed à Rege pro arbitrio indicitur, quoties de rebus arduis & urgentibus, ne quid detrimenti resp. capiat, consultandum, ejusdemque solius arbitrio dissolvitur. Summam autem & sacrosanctam auctoritatem habet in legibus ferendis, confirmandis, antiquandis, interpretandis, proscriptis in integrum restituen-

restituendis, litibus inter privatos difficillioribus decidendis, & ut semel dicam, in omnibus quæ ad Reip. salutem, vel etiam privatum quemcunq̃ spectare possint.

Curia Regis.

Proximum ab hoc forum primis post Normannorum adventum temporibus, & aliquandiu antea, fuit Curia ipsius Regis, quæ in Aula Regia tenebatur, & Regem, quocunq̃ se reciperet, comitabatur. In Aula enim Regia locus erat Cancellario & Scribis, qui circa rescripta & Sigillum versabantur. Iudicibus etiam, qui tam lites ad coronam Regis spectantes, quàm subditorum inter se invicem tractabant. Ibi etiam Scaccarium erat: ubi Thesaurarius & Rationales sedebant, qui fiscum Regis curabant. Hi singuli pars Regiæ familiæ habitû, victumq̃ & vestitum à Rege acceperunt. unde & Curiales Ioanni Sarisburiensi vocantur. Sed super hos, juri administrando unus præficiebatur, qui Iustitia Angliæ, Prima Iustitia, Iustitiarius Angliæ, & Iustitiarius Angliæ Capitalis nominatus, & codicillis Regijs cum annua mille Marcarum pensione constitutus erat.

Hæc præfatus, paucula de his, & alijs, quæ ex his exortu sunt Tribunalibus, ut nunc se habent, subtexam.

Bancus Regis.

Bancus Regis sic dictus, quod in eo Reges ipsi præsidere soliti, Coronæ placita, aliæque multa quæ ad Regem, & bonum publicum spectant, tractat, erroresq̃ Banci Communis excutit. Iudices sunt, præter Regem ipsum cum interesse voluerit, Capitalis Angliæ Iustitiarius, & alij quatuor, aut plures, prout Regi visum fuerit.

Bancus

Bancus communis, quia Communia placita inter subditos ex jure nostro, quod Commune vocant, in hoc disceptantur, nomen habet. In hoc judicant Capitalis Banci Communis Iustitiarius, & Assessores quatuor, vel plures. Officiarij sunt, Custos Brevium, Protonotarij tres, ministriq̃ inferiores quam plures.

Bancus Communis.

Scaccarium, à tabula ad quam assidebant, nomen traxit. In hac omnes causæ audiuntur, quæ ad Fiscum pertinent. Iudices sunt Dominus Thesaurarius Angliæ, Cancellarius Scaccarij, Capitalis Baro, Barones alij tres, vel quatuor. Ministri sunt, Memoria Regis Minister, Memoria Thesaurarij Minister, Clericus Pipe, & alij plures. In altera Scaccarij parte, quæ Recepta dicitur, Officiarij sunt, Camerarij duo, Vice-theaurarius, Clericus, Talliarum &c. Officiarij item Decimarum & Primitiarum huc spectant. Cum enim Papæ auctoritas profligata esset, lege cautum est, ut Ecclesiasticorum beneficiorum decimæ & primitiæ Regi perolverentur; & tunc hi instituti,

Scaccarium
Fiscus Regis.

Præterea, ex his Iudicibus & alijs Rex Henricus II. aliquos in singulos Regni Comitatus quotannis misit, qui Iustitiarij itinerantes, & vulgò Iustices in Eyre vocati. Hi tam de Placitis Coronæ, quàm de Communibus Placitis inter Comitatus illos quibus assignabantur, dijudicabant. Hoc institutum etsi sub Rege Edwardo III evanuit, auctoritate tamen Parlamentorum paullo post quodammodo revixit. Comitatus enim in quosdam quos Circuitus vocamus divisit, bini Iustitiarij Regis bis quolibet anno Circuitus suos obeunt, ad sententiam de incarceratis ibidem.

Iustitiarij itinerantes.

dem ferendam; & *Gaolas*, ut dicimus, five *Prisonas liberandas*, five evacuandas, (unde *Iustitiarij Gaole deliberandæ* nuncupantur) nec non ad *Recognitiones Assisarum*, & quorundam aliorum in eisdem capiendas (unde *Iustitiarij Assisarum*) & ad lites cõtestatas in prædictis tribus Regis Curijs præcipuis inter litigantes per *Pares* suos (uti mos est) expediendas: unde *Iustitiarij de Nisi prius* (quod à *Brevibus*, quæ hæc duo vocabula continent, Vicecomiti missis, nomen cepit) vulgò appellantur.

Camera
Stellata.
vulgò Star-
re chamber

Camera *Stellata*, five potius *Curia Consilij Regij*, in qua tractantur criminalia, perjuriam, imposturæ, dolus malus &c. Hæc si vetustatem spectemus, est antiquissima, si dignitatem, honoratissima. Camera verò *Stellata* nomen accepit, ex quo in Camera stellis ornata Westmonasterij hoc Concilium fuit constitutum. Cujus auctoritatem prudentissimus Princeps Henricus VII. ita Parlamentaria auctoritate adauxit, & confirmavit, ut nonnulli primùm instituisse falso opinentur. Iudices hic sunt, Dominus Cancellarius Angliæ, D. *Thesaurarius Angliæ*, *Præses Consilij Regij*, D. *Custos privati Sigilli*, & omnes *Consilij Status*, tam Ecclesiastici quàm laici, & ex Parlamento Baronibus illi quos Princeps advocabit; duo *Capitales Bancorum Iustitiarij*, vel ipsis absentibus, alij duo *Iustitiarij*. *Officiarij* autem sunt *Clericus Consilij*, *Clericus Brevium* &c, causæque hic non per *Pares* secundum legem nostram communem, sed ad formulam juris civilis ventitantur.

Curia

Curiam Wardorum & Liberationum, quæ à pupillis quorum

quorum causas tractat, nomen habet, Henricus VIII primus instituit; cum superioribus temporibus eorum causæ in *Cancellaria* & *Scaccario* audirentur. Veteri enim instituto, cum quis defunctus est, qui possessiones à Rege in *Capite per servitium Militare* tenet, tam hæres quàm ejus patrimonium reditusque in Regis potestate & tutela sunt, donec alterum & vigesimum ætatis annum compleverit, & tunc ei per rescriptum Regis reddibentur. In hac *Magister Generalis* iudicat, cui *Officiarij* aliquot subsumunt.

Enatæ sunt etiam posteris temporibus duæ *Curie* criminaliæ Curie, videlicet *Errorum corrigendorum*, quorum prima pro erroribus in *Curia Scaccarij*, alia *rigendorum*, pro erroribus in *Curia Banci Regis* commissis emendandis. Illius sunt Iudices *Cancellarius*, & *Thesaurarius Angliæ*, adscitis sibi alijs quos velint Regis *Iustitiaris*; istius verò *Iustitiarij* communis Banci, & *Barones Scaccarij*.

Admiralij Curia res maritimas tractat. In *Admiralij* hac numerantur *Admiralius Angliæ*, *Locum-tenens Curia*, & *Judex*, *Scriba duo*, *Serviens Curie*, *Viceadmiralij Angliæ*.

Cancellaria à *Cancellario* nomen traxit, quod *Cancellaria*, nomen sub præcis Imperatoribus non adeò magnæ dignitatis fuisse ex *Vopisco* docemur. Nunc autem honoris est maximi, & in summum togatæ dignitatis fastigium evecti sunt *Cancellarij*, quorum nomen *Cassiodorus* à *can-Epist. 6. cellis* repetit, quòd intra secreta cancellorum *se-lib. 11. ptis* clausa causas examinarunt. Verùm cum *Secretum*, ejus esset, rescripta & decreta contra jus vel id est, *locus Remp.* impetrata transferis lineis cancellatim *Judicij*-
G induce-

inducere, quod non improprie *cancellare* dixerunt, ab hac *cancellatione* nonnulli Cancellarij nomen deductum opinantur. Huic Cancellarij muneri temporis decursu plurimum auctoritatis & dignitatis ex edictis Parlamentarijs accessit, maxime ex quo caussidici stricta ratione ita juris apicibus inhaerent, ut Forum æqui necessariò fuerit instituendum, quod Cancellario commissum, qui ex æquo & bono iudicaret, & summum jus, quod summa crux videri solet, temperaret. Hic verò præsidet *D. Cancellarius Angliæ*, cujus quanta sit hodie dignitas & auctoritas, notius est, quam ut ego explicem, assident *Magistri Cancellarij* duodecim, quorum primus est *Chartophylax*. sive custos rotulorum ejusdem Curia, & inde *Magister rotulorum* nuncupatur. pertinentque ad hanc Curiam Officarij permulti, quorum aliqui Sigillo Regis præcipuè inserviunt: alij querelis præcipuè ibidem exhibitis.

Curia Re- Est & alia Curia è privato Regis consilio
questarum. enata, *Curia Requisitionum*, sive *Requestarum*, à libellis supplicum dicta, quæ causas audit ut in Cancellaria inter privatos, sed quæ prius Principi, vel ejus consilio oblata, & etiam alias. In hac sunt *Magistri Requisitionum* aliquot, & *Clericus*, sive *Registrarius* & *Attornati*, duo vel tres.

Ecclesiastica Ecclesiastica Fora præcipua sunt, *Synodus*, quæ
ca. fora. Convocatio Cleri dicitur, semperque simul cum Parlamento habetur: & *Synodi Provinciales*, in utraque Provincia.

Curia de Post hæc Archiepiscopi Cantuariensis Curia
Arcubus. numerantur, videlicet *Curia de Arcubus*, cui Iudex

dex præest *Decanus de Arcubus*, à templo B. Mariæ Londini, cujus turre arcuato opere insignis, ita appellatus, qui ad omnium in Cantuariensi Provincia appellationes rescribit.

Curia Audientia, quæ omnes Provincialium *Curia Au-*
querelas, causas, & appellationes recipit. *dientia.*

Curia Prærogative, in qua Commissarius de *Curia præ-*
hereditatibus ab intestato, seu testamento delatis jus dicit. *Peculiarium Curiam*, aliasque obscurioris notæ libens prætereo. *rogative,*

Nunc quod bonum, felix faustum, fortunatumque sit (ut antiqui rebus agendis præfari solebant) Deo duce Provincias, sive Comitatus obibo. In quibus singulis qui fuerint antiqui incolæ, quæ nominis ratio, quæ confinia, quæ terræ bonitas, quæ loca cum antiquioris memoriæ, tum melioris notæ, qui item à Normannico imperio in quolibet fuerint vel Duces, vel Comites, quam possum verissimè, planissimè & brevissimè explicabo. Ab ultimo autem Occidente, id est à Cornwallia auspicator, & inde reliquas Provincias suo ordine perlustrabo.

DANMONII.

Regionem illam, quæ quasi prima totius Britannia magis magisque arcuata longissimè in Solis occasum projicitur, & à septentrione mari Sabriniano, à meridie Britannico, ab occidente Oceano Vergivio urgetur, infederunt antiquitus Britanni, qui Solino *Dunmonij*, Ptolemæo *Danmonij* dicti. Quod nomen si à *stannifodinis*,
G 2
quas


Nomen. quas *Moina* Britanni dicunt, non sit deductum, ab habitatione sub montibus factum videatur, inferius enim, & convallibus passim per hanc regionem habitatur, quod *Dan-munith* Britanicè dicitur. Cæterum horum regio in duas hodie dividitur partes, *Cornwall* scilicet, & *Denshire*, de quibus suo ordine dicemus.

Divisio.

CORNWALL.

Nomen. **C**ornwallia, quæ etiam recentioribus Latine *ornubia* dicitur, maximè totius Britannix in occidentem solem vergit, & à Britannorum reliquijs, quos *Occidentales Britones* Marius Scotus vocat, habitatur, à quibus Britannica lingua *Kernaw* dicitur, eo quod in cornu tenetur, & in altum promontoriolis, quasi cornibus undiquaque excurrit. Cum in hanc regionem, bello Saxonico ardente, plurimi Britanni se recepissent, natura loci confidentes, Saxo Victor, qui exotica omnia, & alienos sua lingua *Wealsh* vocavit, hujus incolas *Cornweales*, & *Westweales* nuncupavit. atque hinc enata Latina appellatio. Quidam Gallico nomini blandientes, regionem hanc Cornwalliam dictam volunt à Gallis victoribus, qui tamen si domi perinde saperent, ac aliena curant, deprehenderent illorum Britanniam maritimam à nostrâ denominari, & in ea regiunculam *Cornouaille*, quæ Cornwallensium nostrorum lingua utitur, à nostris eò transinigrantibus nomen sumfisse.

Hæc



Arenæ fa-
cundans.

Stannum.

Opera stā-
nariæ.

Hæc regio ut plurimum montibus attollitur, gleba in convallibus satis fertili, quam alga marina, & feraci quodam marinæ arenæ genere, supra quam credi possit, fecundant. Ora maritima creberrimis nitet oppidis: interiora metallorum divite vena abundant; Stannum etenim admiranda copia effoditur, ex quo vasa domestica ducta in mensarum usu argenteis fulgore comparantur. Incolæ passim nigros lapillos, ex quibus stannum conflatur, vel effodiunt, vel ex arenis lotis eximunt. Horum autem stannariorum operum duo sunt genera, alterum *Lode-works*, alterum *Streame-works* vocant; hoc in locis inferioribus est, cum fossis agendis stanni venas sectantur, & fluviorum alveos subinde deflectunt; illud in locis editioribus, cum in montibus puteos, quos *Shafis* vocant, in magnam altitudinem defodiunt, & cuniculos agunt. In utroque ingeniorum solertia admiranda, tam in aquarum derivationibus & corroborationibus; quam in puteorum substructionibus, & suffulcimentis, ut contundendi, lavandi, discernendi, & excoquendi rationes præternitam. Post Normannorum ingressum magnas ex his opes Comes Cornubiæ congesserat, in primis Richardus Regis Henrici III frater. Nec mirum, cum non aliunde tunc temporis Europa stannum acceperit. Hispaniæ enim fodinas Maurorum incurSIONES occluserant, & in Germaniæ Misnia, & Bohemia, anno demum à Christo nato 1240 ut ejus ævi scriptor habet, Inventum est stannum metallum per quendam Cornubiensem hominem à solo natali pulsam, in magnam jacturam Richardi

Richardi Comitis Cornwalliæ. Ab Edmundo postea Comitis Richardi filio impetratum est diploma, concessæ libertates, leges metallicæ late, & vectigal stanno impositum, quod Comitibus persolveretur.

Has libertates privilegia, & leges postea confirmavit, & adauxit Rex Edwardus III. universam metallicorum remp. quasi unum corpus in quatuor partes, five regiones describens, quas à locis, *Foy-more*, *Blackmore*, *Trevarnaile*, & *Perwith* dicunt. Omnibus Guardianum, five Præsidentem præfecit, singulisque partibus suos Propresides constituit, à quibus ad ipsum Præsidentem nonnumquam provocatur. Et ne fraudi sit Cornwalliæ Ducibus, quibus pro singulis millenis stanni pondo, 40 solidi veteri instituto numerantur, lege cautum est, ut omne quod conflatur stannum ad alterum è quatuor designatis oppidis deferatur, ubi bis anno dependitur, signatur, & vectigal illud persolvitur.

Nec stannum verò hic solum reperitur; sed unà etiam aurum, & argentum, adamantisque ab ipsa natura in angulos efformati, & lavigati, quorum nonnulli vel juglandem magnitudinem exæquant, & orientalibus nigrore & duritie tantum cedunt. Eryngium quoque latissimo proventu per littora passim reperitur. Frugum porro est ita ferax, ut non solum sibi sufficiat, sed magnam vim frumenti Hispaniæ quotannis suppeditet. Vberrius etiam quæstus existit è pisciculis illis, quos *Pylehardes* vocant, qui in Galliam, Hispaniam, Italianque infinita multitudine exportantur.

Metallico-
rum politiaStanni ve-
fit Cornwalliæ Ducibus, quibus pro singulis
Efigal.Adamantes Cornu-
biensis.Eryngium,
vulgo Sea-
bolinc.

*Incola hu-
jus tractus.* Nec tamen solo, quàm viris Cornwallia fel-
cior, qui ut omni humanitate exculsi, etiam pri-
fatis illis temporibus, ita fortes, strenui, staturâ
fatis procerâ, torosis membris, & qui palæstrica
ita excellent, ut eam laudem meritò alijs gen-
tibus, & arte & virium firmitate, præripiant.

Nunc promontoria, urbes, & flumina, quo-
rum meminerunt antiqui, hoc enim in primis in-
stituti est nostri, persequamur: ab ipso extremo
promontorio *Corfi*, primùm australe, inde se-
prentionale littus, & demùm Tamaræ fluyij de-
cursus, qui hunc agrum à Devonensi secludit,
perlustrantes, Extremum promontorium quod
Oceano Vergivio incumbit, Ptolemæo *Belerium*
dicitur, Diodoro *Belerium*. *Antivestæum* etiam
idem Ptolemæus appellat. *Bardis*, sive *Poëris*
Britannis dicitur *Penrhingued*, id est *Promontorium*
sanguinis: Historicis verò Britannis *Penwith*, id est,
Fromontorium ad sinistram, Saxonibus *Penwith-steort*,
Steort enim illis projectam in mare terram de-
notat, accolis sua lingua *Pen von las*, id est *Finis*
terra, eodemque sensu Anglis *The lands end*, quod
fit totius Insulæ ad Occidentem extremum.

In extremis hujus promontorij scopulis, quam
recedente aestu nudantur, plumbi candidi, atque
æris apparent venæ, impositamque fuisse olim spe-
culam, unde indicium navigantibus accenso igni
factum, referunt incolæ. Viculus nunc illi in-
fedit *Saint Buriens*, Burienæ religiosæ mulieri Hi-
bernicæ sacer. In vicinia, loco quem *Biscaw*
woune dicunt, undeviginti lapides in orbem dis-
positi conspiciuntur, singuli duodenis quasi pe-
dibus invicem distantes, & in centro cæteris omni-

omnibus multò major exurgit. Hoc, ut conje-
ctura probabile est, trophæum aliquod Roman-
orum fuit, vel Athelstani Saxonis, cum Dan-
monios in potestatem suam redegeisset.

Hinc sensim in Austrum circumacto littore, si-
nus lunatus admittitur, *Mounts-bay* vocant. Huic
incumbit *Mouise hole*, Britannicè *Port Inis*, id est,
Insula portus. *Pensans* etiam, id est *Caput sabuli*, em-
poriolium (unde parum abest notissimum sax-
um *Main-amber*, quod cum maximâ sit magni-
tudinis, tamen digitulo moveas, sed à loco ne
magna quidem vis hominum dimovere pote-
rit) & *Merkiu*, id est, *Forum Jovis*, quod ibi mer-
catus die Jovis habeatur, huic sinui adsident: &
in ipso angulo, qui nomen sinui fecit, *Mons Mi-
chaclis*, incolis *Kareg cowse*, id est rupis cava, Sa-
xonicè *Mychel-stow*, id est Michaëlis locus, scopu-
lus satis altus, & confragosus, quoties ex alto se
aëstus incitat, aquis circumfluis, quoties reced-
dit, terræ conjunctus. Ad hujus radices patrum
memoria, dum stannum effoderetur, cuspidis,
secures, & gladij aeni lino involuta reperta
sunt, cujusmodi effossa fuerunt jam olim in Ger-
mania Hercinijs, & non ita pridem in Wallia.
In subjectis rupibus, ut etiam passim per hæc *Pyrrhocæ*
littora, foetificat *Pyrrhocarax* rostris & pedibus
rubentibus cornix, quam incendiariam esse a-
vem & furunculam deprehenderunt indigenæ.
ignem enim clanculum ædibus sæpè subjicit,
nummosque sublegit, & abscondit.

Hoc in loco maximè contrahitur regio, pau-
loque supra montem sinus illi satis latus patet *Mounts-
Mountsbay*, ut innui, à monte dictus, ubi tutissi-
bay sinus.

ma navium statio est, faviente Austro & Phœnicia, sex vel septem orgias medio maris recessu profunda. Magis ad Ortum surgit *Godolcan* collis stanni venis celebris (*Godolphin* nunc vocant) suis tamen Dominis ejusdem cognominis multo celebrior.

Heilston.

Ad Austrum verò protruditur *Chersonessus*, ad cujus ingressum *Heilston* cernitur, patria lingua *Hellas*, opidum signandi stanni privilegio celebre. Sub quo plurimis aquis confluis stagnum II. mill. pass. longitudine efficitur, *Loopole* dicunt, quod cum undarum violentia perumpitur, admirandus aquarum latratus tota vicinia longè exauditur. *Chersonessus* autem ipsa, quæ satis magna est, & viculis referta, *Meneg* appellatur, *Menna* proculdubio illa, quam

Meneg, seu
Menna
Chersonessus.

Iornandes in *Geticis* describit. Hæc nautis hodie *the Lisard* vocatur, *Ptolemæo* *Danmoniorum promontorium*, & *Ocrinum*, Oceanique occidentalis montibus annumeratur. Reducto ab hoc *Meneg* littore, sinus frequentibus & angulosis recessibus portuosus occurrit, *Vale* fluviolem recipiens; ad quem floruit oppidum *Voluba* *Ptolemæo* memoratum: sed jam olim vel intercidit, vel nomen amisit, quod tamen in *Volemouth*, sive

Falemouth
portus.

Falemouth portu nunc superest. Porrus hic est adeò nobilis ac ipsum *Italiae* *Brundisium*, navium capacissimus, & tutissimus à ventis, utique altis crepidinibus undique incinctus. In ipsò aditu rupes ardua & prærupta, *Crage* ab incolis vocata, surgit. Fauces utrinque muniunt castella, hinc *S. Mauditi*, illinc *Pendinas*, ab *Henrico VIII.* extructa. Portus verò ipsè *Cenionis ostium*

Ptole-

Ptolemæo nuncupatur, à *Genen* proculdubio *Britannica* dictione, quæ ostium & ingressum notat. Opida interioribus hujus *Portus* sinubus incumbunt nonnulla: *Peryn*, celebris mercatus: *Arwenak*, vetustæ & claræ familiæ *Killegreworum* *Killegrews* sedes: *Truro*, *Cornwallicè* *Truru* à tribus plateis dictum, ac *Majore*, quem vocant, & privilegiis pro re metallica clarum: & *Grampound*, à portu disjunctissimum: cui subijcitur ad mare *Roseland* *Roseland.* territorium, ita dictum ut alijs placet quasi *roselum*: ut alijs videtur, quod ericetum sit, hoc enim *Ros* *Britannicè* significat. Post hanc *Rossiam* statim *Oceanus* terras diffusiore sinu *Ros quid?* occupat, quem *Treardraith-bay* vocant, id est *Sinus Opidi ad sabulum*.

Vix duobus hinc milliaribus, qua *Fawey* fl. mari illabitur, *Fowy* oppidum, *Foath* *Britannicè*, crepidine porrectum jacet, bellis navalibus superiori ætate celebratissimum. E regione ad alteram ripam sedet *Hall* amoenissimo ambulacro in collis devexo notissima *Domus* *Guilielmi Mohun* *Equitis aurati*, qui à *Mohunis* *Somerseti*, & *Courtneis* *Devoniæ* *Comitibus* procreatus.

Interiùs ad eundem fl. *Vzella* *Ptol.* situm habet, quæ nomine non prorsus deperdito *Le-suthiell* hodie dicitur. Nostra ætate exiguum est opidum, minusque frequens, propterea quod *Fawey* fl. qui superiori ætate accedente mari augescere ad ipsum opidum, & par navibus subvehendis esse solebat, jam arenis ex stannifodinis alveum ita obstructum habeat (unde omnibus huius *Provinciæ* portubus obstructionis pericu-

periculum) ut vix minimis navigiis sufficiat. Totius tamen Conventus, five Comitatus primum est, ubi Vicecomes singulis mensibus causas dijudicat, & Metallicorum Praeses suum carcerem habet: signandi etiam stanni privilegio gaudet. Sed *Vzelle* hujus luminibus imprimis officium duo opida, *Leskerd* ad Ortum editiori colli impositum, castro antiquo foroque celebre, & *Bodman* ad septentrionem vix duorum milliarium diverticulo. Hoc inter duos colles situ non ita salubri interpositum, celebratissimum est forum, civibus frequens, & ædibus satis excultum, signandi quoque stanni privilegio clarum. *Leskerde* adjacet quæ olim Ecclesia, *S. Guerir*, id est, si interpreteris è Britannico, *S. Medici*, ubi ut scribit Asserius, Rex Alfredus in oratione prostratus, ex morbo convaluit. Cum autem Neotes vir eximia sanctitate & doctrina in eadem Ecclesia postea conderetur, alterius luminis ita præluxit, ut inde *Neotestow*, id est *Neotis locus* vocaretur, hodie *S. Neots*,

In proximo cautium satis magnarum surgit congeries, quibus saxum subijcitur, ita in casei similitudinem à natura efformatum, ut instar casei premi videatur, unde nomen *Wring-cheese*. Saxa etiam plura quodammodo quadrata in adjuncta planitie conspiciuntur, è quibus septem vel octo æqua inter se distantia eriguntur, *Hurlers* vicini vocant, pio persuasi errore homines fuisse in saxa transformatos, quod pila-jactanda diem Dominicum profanassent.

Loo fluvius hoc in littore sibi viam in Oceanum aperit, & ad ostium duo opidula suo nomini

Bodman.

*Wring-
cheese.*

Hurlers.

cooptat, quæ ponte saxeo junguntur. Occidentale, quod recentius, maxime floret; orientale verò tempus suum florem detraxit, licet Majoris & Burgenfium privilegia retineat. Hinc Memorandum nihil occurrit, donec ad Liverum fluviolum ostriferum perveneris, qui subluit *S. Germans* viculum, ubi ædicula *S. Germano* sacra, qui Pelagianam heresim in Britannia repullulantem extirpavit. Pauculis hinc milliariis ad eundem fl. *Trematon* castelli nomen femirutis mœnibus tuetur. quod cum Liverus præterfluxerit, prope *Saltaſhe*, mercatoribus satis frequens, & non paucis privilegijs munitum, in Tamarum, qui regionis terminus est, evolvitur, ubi *Mont Edcombe*, sedes familiæ vetustæ *Edcomborum*, amœnissimo situ portum subiectum prospicit. Cui proxima est *Anthony* memoranda propter suam elegantiam, sed multò magis propter dominum suum Richardum Carerw.

Saltaſhe.

Septentrionale littus ab ipso Belerio, primum longo tractu arenosis cumulis aggeratum, procurrit ad opidum *S. Ties* appellatum, Iæ mulieri Hibernicæ, quæ singulari sanctitate hic vixit, hoc nomen acceptum ferens. Hinc procurrit in ortum regio, & septentrionale littus in Aquilonem tendit ad *Padstow* usque, nec aliud antiquæ notæ tota via habet, quam in sabulo positum *S. Pitano* sacellum. Deinde longius à littore *S. Columba* opidulum mercatorum sedet, *Columbæ* pijsimæ Martyris, non *S. Columba* Scoti, memoriæ consecratum. Iuxta quod propius ad mare *Lhanheron* cernitur, sedes Eque-

S. Columb.

Arondeil. stris familiae *Arondeiliorum*, qui ob fortunas quas habuerunt amplissimas, *Arondeilij* magnam ita pridem dicti sunt. Familia sanè antiqua & celebris, propinquitatis & affinitatis ramis longè diffusa.

Parum hinc abest duplex vallum, aggerque ad illud ducens, quod *Cassellan-Danis* vocant, id est *Danorum castra*, eo quod Dani ibi, ut alijs hoc tractu locis, sua castra habuerint. Nec procul

Padstow,

hinc *Alan* si. placidè in superum mare defluit, qui ad suum ostium *Padstow* emporiolum habet perquam commodè situm ad negotiandum in Hibernia, in quam 24 horis facile navigatur.

Ad hujus Alani fontes *Camelford*, alicubi *Gassellford* viculus cernitur, *Kamblan* olim dictum iudicat Lelandus, qui *Arthurum* Hectorem nostrum ibi cecidisse scribit. Quod si verum sit, idem litus illi fuit fatale; quod natale. Ad litus enim proximum sedet *Tindagium*, *Arthur*i illius magni incunabula, *Tindagel* hodie apellant, nunc tantum splendida ruina, olim castrum magnificentum. In eadem deinde ora, quæ minus fœcunda, & sylvis nuda, mari obijcitur *Botereaux* castrum, corruptè *Boscastell*.

Hinc in altum evecta terra ita ad Boream prominat, ut *xxiii. mill.* hic in latitudine inter duo maria colligat regio. In hac maxima latitudine *Stow* ad mare sedet, antiqua habitatio familiae *Grenvillorum*, quæ sanè generis antiquitate & claritate illustris. Huic adjacet *Stratton* hortis & suo alio non obscurus mercatus, illique proximum *Lancellis*, nova habitatio antiquæ familiae de *Chaumond*.

Tindagel
*Arthur*i
locus natalis.

Grenvilli.

Chaumondi.

Tamara flumen haud procul à septentrionali littore fontes hic aperiens, ad meridiem cursum agit per *Tamaram* opidum à *Ptol.* memoratum, nunc *Tamerton*, & à ripa remotius *Laustuphadon*, id est *Fanium Stephani*, vulgò *Launston*, opidulum nitidum, quod è duobus Burgis *Dunvet* & *Newport* quasi coaluit. Hodie publico Provinciae carcere, & saepe *Affsis*, quas vocamus, est notissimum. Inde editum montem suspicit *Tamara*, *Hengesdown* Marianus vocat, *Hengistique montem* interpretatur, vulgò *Hengstonhill* dicitur. Inferius juxtà *Salt-esse* emporiolum in collis dejectu positum, quod fium habet *Majorem*, & privilegia, *Liverum* flumen admittit *Tamara*, jamque aquis diffusor in Oceanum exit, portum efficiens *Tamerworth* in vita *Indracti* dictum.

Ad Comites quod spectat, è Britannici sanguinis Comitibus solus *Candorus*, alijs *Cadolie* Comitibus memoratur. E Normannico autem sanguine primus Comes erat *Robertus Moritonius*, *Guilielmi* Conquestoris ex *Herlotta* matre frater, cui successit *Guilielmus* filius. Huic successit postea ab *Henrico II.* *Reginaldus*, regis *Henrici* primi filius illegitimus. Qui cum sine masculis legitimis obijset, *Henricus II.* Comitatum hunc sibi retinuit in usum *Ioannis* filioli sui tunc novennis: cui frater *Richardus I.* postea cum alijs Comitibus contulit. *Ioannes* autem postea Angliæ Rex fuit inauguratus, filiusque ejus secundogenitus *Richardus* à fratre Rege *Henrico III.* hoc honore fuit ornatus, Princeps sanè eo seculo potens, & in Regem Romano-

rum anno 1257 per nonnullos è Germaniæ Se-
prensivris electus, atque Aquisgrani coronatus.
unde quasi pecuniã viam sibi munivisset,
pervulgatus verficulus:


Nummus ait pro me nubit Cornubia Romæ.

Sed cum in Germania omnia intestinis bellis
flagrarent, in Angliam citò redijt, ubi defunctus,
& apud celebre monasterium de *Hales*,
quod extruxerat, sepultus. Successit autem in
Cornwalliæ Comitatu Edmundus filius secundogenitus,
quo sine liberis demortuo, amplissima ejus hæreditas
ad Regem Edwardum I. redijt, utique qui proximus
consanguineus, & hæres, ut Iuridici nostri loquuntur,
inventus. Cum ergo in sacrum Regni patrimonium
recidisset Cornwallia, Edwardus II. qui latifundia
hic à patre acceperat, Comitatus Cornwalliæ titulum
Petro Gavestono Vasconi contulit, qui ejus
adolescenciam corruptelarum illecebris irretierat.
Cum autem ille ob scelera capite truncaretur,
successit Ioannes de Eltham, Edwardi II. filius
natu minor. Quo sine sobole mortuo, Edwardus
III. Cornwalliam in Ducatum exiit, Edwardumque
filium suum anno Christi 1336. Ducem Cornwalliæ
per sertum in capite, anulum in digito, & virgam
argenteam investivit. Ex quo tempore filius
Regis Angliæ primogenitus Dux natus Cornwalliæ
habetur, haberque sua jura regalia in actionum
quibusdam formulis, rebus metallicis, naufragorum
bonis, portorijs &c. variosque ministros ad hæc
& hujusmodi assignatos.

Sunt in hoc Comitatu Parochiæ 161,

Cite-

Cornwalliæ
Duces.



Nomen.

Interior Danmoniorum regio *Denshire* vulgo nunc vocatur, Britannis *Cornwallenſibus* *Deunan*, Cambro-Britannis *Duffneynt*, id est depressæ valles, quod inferius in convallibus passim habitatur, Anglosaxonibus *Deven-schire*, unde facta Latina appellatio *Devonia*, & contracta illa vulgaris *Denshire*. Regio, quæ ut majorititudinis incremento utrinque quam *Cornwallia* excurrit, ita utrinque portibus accincta commodioribus, nec minus stanni venis dives, præsertim quæ Occidentem spectat; prætis distincta lætioribus, sylvis vestita frequentioribus, ædificijs opidisque refertissima: gleba autem alicubi perinde exili, quæ tamen benignius colono respondet, si rei rusticæ prudentiam, agendi voluntatem, & impendendi facultatem conferre possit. Nec alibi ferè in Angliâ majorem impensam terra exigit, plurimis enim locis quodammodo sterileſcit, nisi arenâ è mari inspergatur, quæ ad fœcunditatem efficax, quasi animam glebis infundit. In hac describenda primum Occiduum latus, quod Tamara perstringit, inde Australe, quod Oceano incumbit, perluſtrabo: ab hoc per Orientalem limitem, quo Dorcestriam & Somersettiâ attingit, ad Septentrionale litus, quod Sabriniano freto urgeatur, me recipiam.

Arena fecundans.

Confinia.

Tamara, qui regiones has determinat, primum ab hac parte *Lid* fluvium excipit, ad quem *Lidston*, emporium tenue, & *Lidford* nunc viculus, opidum olim celebre. Fluvius ille hic ad pontem rupibus coarctatus se præcipitem in tantam profunditatem indies excavando

do agit, ut aqua non videatur, tantum murmur, non sine magna prætereuntium admiratione, audiat.

Inferius *Teavum* fluvium recipit Tamara, ad quem *Tavistoke* floret, cœnobio quondam celebre, quod *Ordulphus* filius *Ordgari* Comitris *Devonia* circa annum Christi 961 extruxit. *Ordulphus* is giganteæ molis, & immensis roboris, inquit *Malmesburienſis*, ut qui portarum repagula perfringere, & fluvium decem pedes latum divaricatis pedibus continuare poterat. Sed 33 ab hoc condito vix agebatur annus, cum Danica incensum tempeſtate deflagavit. Restoruit tamen, & avitæ nostræ prælectionis linguæ, Anglosaxonicam dico, lectiones in hoc usque ad patrum memoriam habebantur, ne quod nunc ferè evènt, hujus linguæ cognitio intercederet. Hinc Tamara proximè suum ostium accedit, ubi *Plimus* fl. se unâ in Oceanum evolvit, nomenque opido incumbenti *Plimmouth* fecit, quod olim *Sutton* dictum, superiori sæculo ex viculo piscatorio in opidum amplum, civiumque frequentia urbis æmulum excrevit. Portus commoditate hoc factum, qui maxima navigia in sinum minimè deductis admittit, tutissimamque stationem, tam in Tamara, quam *Plimoth* præbet, & ad vim hostilem arcendam satis est munitus, & catena interposita, cum opus fuerit, clauditur. Opidum ipsum in quatuor tribus est descriptum, *Wardes*, id est *custodias* nostra lingua vocamus, quibus omnibus Major sive Prætor præficitur, ab Henrico VI constitutus. Hinc ut alios taceam, erat *Franciscus* ille *Dracus* Frâ. Drac, Eques

Eques auratus in gloria navali nostræ memoriae facile princeps. Floruit hic, regnante Guilielmo

Calibatus. Rufo, Æalphegus sacerdos eruditus, & conjugatus. Ante annum enim 1102, sacerdotibus uxores in Anglia interdictæ non fuerunt. tunc verò Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis

H. Huntingdonensis ~~litteris & non prohibitis prohibuit.~~ & Anglorum sacerdotibus uxores antea non prohibitas prohibuit.

Interiùs non procul à Plimo fl. sedet Plimpton forum satis frequens, ubi reliquæ, deformesque ruinae castris se ostendunt. Magis ad ortum *Modherij* cernitur, opidum exiguum, quod ad antiquam *Camparnulphorum* familiam equestri splendore claram spectare se agnoscit. A Plimi ostio, spatiosa grandi fronte procedit regio usque ad *Stert* Promontorium. sed quamprimùm se reduxerit littus, *Dert* fluvius erumpit, qui per squallida montanà *Dertmore* vulgò dicta dejectus ruit. Inde per *Dertinton* usque ad *Fotnes* decurrit, quod vetustum opidulum magno olim honore floruit. Adjungitur autem illi *Berie Pomerij*,

Pomerij. à *Pomeriorum* nobili in primis hoc tractu familia. *Dert* fl. cum *Totonesi* pontem reliquit, nihil præter fertiles agros utrinque videt, donec fessus ad ostium devenit, cui colle portectio imminet *Dertmouth*, ex portus commoditate mercatoribus & instructissimis navibus frequens. Neque hic silendum *Stoke-Fleming*, quod adjacet, & à nobili Flandrensi ejus quondam Domino ita denominatum, per *Mohuni* filiam ad *Carewos* devenit.

Hinc ad septentriones mare subsequitur littora, magnoq; secessu sinum admittit, qui decem

plus

plus minùs mill. pass. in circuitu colligit, *Torbay Torbay* si hodie dicimus, securam admodum navibus, cum spirat *Notolybicus*, stationem. Iuxta est *Cockington*. Paulò superiùs *Hacombe* cernitur, quondam habitatio *Jordanis Fitz-Stephens* Equitis aurati, unde ad *Carewos* decursu temporis devoluta est, quorum familia in his regionibus admodum clara & numerosa, nunc in tres familias *Careworum* de *Hacomba*, *Antbonij* & *Berij* divisa est.

Inde *Teignemouth* viculus ad ostium *Teigne* fl. ad quod Dani primùm egressi, occiso loci præfecto, omen futuræ victoriæ ceperunt, quam postea per universam Insulam summa cum immanitate exercuerunt. Interiùs prope *Teigni* scaturiginem sedet *Chegsford*. Inde *Chidley*, quod amplæ familiæ de *Chidley* nomen suum impertijt: & proximè ostium *Bishops Teington*, sic appellatum quod ad Episcopos Exonienses spectarit.

Ad sextum inde milliare *Isca* fl. Britannis *Isæ*, Anglosaxonibus *Ex* dictus, magno ostio in Oceanum se immittit. Hic fl. fontes habet in *Exmore*, squallenti & infœcundo juxta *Sabrinianum* fretum solo, in quo nonnulla visuntur antiqui operis monumenta. *Isca* illinc primùm ad Austrum delabens per *Twisfordton*, nunc *Teverton*, cui gloriæ & questui pannificium, campos satis latos perstringit, duobusque præcipuis augetur fluviolis, *Credeno*; ad quem *Cridiantum*, nunc contractè *Kyrtan*, ac tantum mercatu minus frequèti, & Exoniensis Episcopi ædibus notum: & *Columbo*, qui *Columpton* opidulum alluit, & prope *Poltimore*, sedem claræ familiæ de *Bam-*

H 3

psfield,

Isca urbs, pſiel, Iſcæ aquis commiſcetur. Iamque Iſcæ
vulgo Exceſter. grandior, ſed divortijs ludens, magna cum mo-
 larum opportunitate, Iſcam urbem allabitur, cui
 nomen relinquit. Vrbs hæc Angloſaxonibus
Caer quid *Britannis* *ſignificet.* *Caer* enim apud noſtros Britannos urbem ſonat, unde
 Hieroſolymam *Caer Salem*, Lutetiam *Caer Pa-*
ria, & Romam *Caer Ruſſi* yne appellitant. *Vrbs Iſta,*
 ut inquit Malmſburienſis, ſua magnificentia, incol-
 larum opulencia, & convenarum frequentia, omnia
 abundat commercio, ut nihil ibi fruſtra deſideres, quod uſui
 eſſe exiſtmes. Sedit autem ad orientalem Iſcæ ri-
 pam, foſſis & moenibus fortiffimis cincta, tur-
 ribus frequenter interpoſitis, ambituque ſuo
 m. d. paſſus colligit, longè hinc inde procurrentibus
 ſuburbijs, eccleſiaſque Parochiales 15 numerat,
 & caſtrum habet *Rugemount* dictum, nunc tantum
 antiquitate, & ſitu commendatum. ſubjectæ enim
 urbi & regioni undique minatur, perjucundoque
 fruitur in mare proſpectu. In Orientali urbis parte
 Eccleſia primaria cernitur, ab Athelſtano Rege fundata,
 quam demum Episcopali dignitate Edwardus Confeſſor
 ornavit, Cornubiensî & Credienſi ſedibus huc
 tranſlatis, Leofricumque Britonem primum
 conſtituit Episcopum. A quo nonus Guilielmus
Bruter Decanum & XIII Præbendarios induxit.
 Quo ſæculo floruit qui hinc ortundus & cognominatus
 Iosephus Iſcanus, ſplendidiffimo ingenio Poëta,
 cujus ſcripta ita probabantur, ut ad veterum ſcrip-
 torum laudem pervenerint. Ejus etenim de bello
 Trojano Poëma Germani ſemel

Iosephus
Iſcanus.

ſemel atque iterum ſub Cornelij Nepotis nomine
 divulgantur. Politia hujus urbis eſt penes
 XXXIII eſt quibus ſingulis annis Major eligitur,
 qui cum quatuor Ballivis Remp. hic adminiſtrat.
 Vrbs hæc, ne omittam, ſuos Duces habuit.
 Richardus enim Rex Angliæ ejus nominis
 ſecundus Ioannem Holand Huntigdoniæ Comitem,
 qui frater illi uterinus, primum Exoniæ
 Ducem creavit, quem Henricus III. de hoc gradu
 deiecit. Annis aliquot interjectis, in ejus
 loco Thomam de Beauford Dorceſtræ Comitem
 Thomam de Beauford Dorceſtræ Comitem
 eſt familia Lancaſtrenſi ſuffecit Henricus V.
 Eo ſine ſobole deſuncto Ioannes Holand
 Ioannis jam dicti filius in integrum reſtitutus
 beneficio Henrici VI. paternum recepit honorem,
 eundemque reliquit filio Henrico, qui dum
 res ſtetit Lancaſtrenſium, ſummo honore floruit;
 poſteà cum Eboracenſes rerum potirentur,
 documento fuit quàm malè magna credatur
 fortunæ. Satis longo poſt tempore habuit ſuum
 Exonia Marchionem Henricum Courtenæ-
 um ex filia Regis Eduardi III natum, eo honore
 ab Henrico VIII. exornatum. Nunc
 autem titulo Comitis Exoniæ beneficio Regis
 Jacobi gaudet Thomas Cecilus Baro Burghleij,
 Comes. *Exonia*
Marchio.
 filius, ſcilicet primogenitus Guilielmi Cecilij
 G. Cecilus
 Baronis Burghleij magni Angliæ Theſaurarij,
 Hinc ad ipſum oſtium nihil eſt memoria
 dignum præter *Exmiſter*, & *Pouderham* caſtrum,
 prænobilis familiæ Equeſtris *Courtenæorum* jam
 diu

Courtnei. diu sedem, qui è stirpe Comitum Devonix pro-
gnati, & amplissimis familijs affinitate conjun-
cti, etiamnum tantis majoribus dignissimi ef-
floquent. Ipsi autem ostio adsidet *Exanmouth* vicu-
lus piscatorijs. Magis ad Ortum *Ottery*, id est
fluvius Lutrorum, sive canum fluviatilium, quos
Otters vocamus, in mare prolabitur, qui *Hony-
ton* non ignotum oppidum subluit, nomenque
suum locis nonnullis communicat. inter quæ
celebriora sunt supra *Honyton*, *Mohuns-Ottery*:
infra *Honyton*, prope *Holcombe*, *S. Mariæ Ottery*:
sic appellatum à Collegio S. Mariæ, quod *Ioan-
nes de Grandisno Burgundus* Episcopus Exo-
niensis statuit.

Ab *Ottery* ostio anfractuose in ortum pro-
currit litus per *Budley*, *Sidmouth*, & *Seaton*, por-
tus olim nobiles, quibus arena reciproco flu-
ctuum meatu congesta ita obtenditur, ut hanc
commoditatem penè omnino jam eriperit.
Moridunū *Seaton* autem *Moridunum* Antonini esse, cum ex
hodie Sea- distantix ratione, tum ex nominis significatio-
ton. ne conjectarim, *Moridunum* enim Britan̄is idem
planè est, quod *Seaton* Anglis, scilicet Opidum
in colle ad mare. Huic adjacet *Wiscomb*. Sub
his *Ax fl.* tenui admodum alveo se exonerat,
quum *Axaminster* alluerit, opidum in ipso Pro-
vinciæ limix situm. Hinc autem Orientalis li-
mes per ignobiles vicos oblique tendit ad fre-
tum *Sabrinianum*, quod nunc legamus.

Primum ergo à *Cornwallia* litus, quod se in
Herculis *Sabrinianum* fretum longè exporrigit *Herculis*
promonto- *Promontorium* Ptol. dicitur, nominisque tantillum
rium. conservat, *Hertypoint* hodie dictum: opidula-
que

que habet *Herton*, & *Hertland* Nectani viri sancti
reliquijs olim clarum. Hujus promontorij no-
men fidem fabulæ admodum speciosæ fecit,
Herculem nimirum in Britanniam advenisse, &
nescio quos Gigantes debellasse. Ego, etsi *Her-
culem* fuisse libens credo, in animum tamen in-
ducere non possum eum huc penetrasse. Quare
persuasissimum mihi est *Herculis* nomen huic
loco inditum, vel à Græcorum vanitate, vel à
Britannorum religione. Recedente ab hoc pro-
montorio littore, uno ostio duo flumina se ef-
fundunt, *Towridge* scilicet & *Taw*. prius in Ori-
entem alveum agit, *Ockum*que recipiens, qui
Ockhampronia mercatorio opidulo nomen fecit,
subito flexu septentriones petit per *Tourington*,
cui nomen impertit, & *Bediford* hominum fre-
quentia, ponteque faxeo arcuato opere satis ce-
lebre, statimque *Tawo* se insinuat, qui è regionis
meditullio profusus per *Chimlig* mercatorium
opidum, non procul à *Chetelhampton* viculo, pri-
mum defertur. indeque *Tawton* præterlapsus,
& *Tawstoke* huic oppositum, ad *Berstaple* prope-
rat. Hæc antiquioris notæ habetur, & ob ele-
gantiam ac frequentiam facile primas in hac
ora tenet, semicirculi forma ad fluvium quasi
diametrum inter colles adsidens. Ad Austrum
pontem habet magnificum à *Stanfordo* cive Lon-
dinesi constructum. ad septentrionem visun-
tur castrî reliquiæ. *Henricus I.* multis privile-
gijs munivit, & *Ioannes Rex* pluribus. *Maria*
verò regina Prætozem, duos *Aldermannos*, & *Se-
natum* ex *xxiii.* constituit. Incolæ sunt maxi-
mam partem mercatores. Nec tacendum est
quod

*I. Jewellus,
Th. Hardingus.*

quod ex hujus schola prodierint duo doctissimi viri & nominatissimi Theologi, Ioannes Jewellus Episcopus Sarisburiensis, & Thomas Hardingus Professor Lovaniensis. Hinc *Tarus Raleg*, nunc claræ familiæ de *Chichester* possessionem salutans, & postea *Towridgi* aquis auctior, Sabrianum mare petit. Nihil deinceps in septentrionali hoc littore visitur præter *Isfarcomb*, quæ statio est navium satis fida, & huic contermina *Combmarton*, sub qua veteris plumbi fodinæ non sine argenti venis nuper sunt aperta. *Comb* verò, quæ usitata est adjectio locorum nominibus in hoc tractu, situm depressiorem, aut convallem denotat, deductumque videatur à *Kym* Britanorum, quod idem significat. Hinc magis ad Euro-astrum proximè Somersetenses ostendit se *Bampton*.

*Devonia
Comites.*

In prima Normannici Imperij infantia Rex Guilielmus primus Baldwinum quandam hæreditarium Devonie Vicecomitem, Baronemque de *Okehampton* instituit, cui Richardus filius successit, qui sine prole mascula obiit. Rex Henricus I. deinde Richardum de *Reduerijs* in Comitum Devoniam, tertium denarium annui exitus ejusdem Comitatus illi concedendo, creavit. Exitus autem Comitatus qui tunc ad Regem pertinebat ad 30 marcas tantum se extendebat. Ille autem procreavit Baldwinum, qui in exilium projectus. Richardus tamen filius paternum hunc honorem recuperavit, qui duos filios reliquit, suo ordine Devonie Comites, & sine prole defunctos. Recidit ergo honor ad eorum patrum Guilielmum de *Vernon*.
Ille

Ille Baldwinum genuit, & hic rursus Baldwinum tertium. Is duos habuit liberos, Baldwinum ultimum ex hac familia Comitem sine sobole defunctum, & Isabellam. Quæ cum & ipsa sine liberis obiisset, Hugonem Courtenæum regio (ut scribunt) Francorum sanguine natum, cognationeque superioribus Comitibus conexum Rex Edwardus III. missis litteris, nulla adhibita ceremonia, Devonie Comitem creavit. Illi successit Hugo filius, post quem Edwardus ejus è filio Edwardo nepos secutus est, Hugonique filio moriens Comitatum reliquit. Ille itidem Thomæ filio. Hic tres filios suscepit, Thomam, Henricum, & Ioannem. Thomas capite plexus est Eboraci; Henricus frater, qui successit, septimo post anno eandem poenam Sarisburie subivit. Et quamvis Rex Edwardus III. Humfredum Stafford in Devonie Comitem evexerit, Ioannes tamen Courtenæus fratrum natu minimus hunc titulum mordicus tenuit. Iam inde satis longo tempore hæc familia quodammodo extincta jacuit: sub Henrico tamen VII. re floruit, qui Edwardum Courtenæum proximum hæredem masculum ad avitos honores denuò evocavit. Hic genuit Guilielmum Devonie Comitem, qui ex Catharina Regis Edwardi III. filia suscepit Henricum Comitem Devonie, eundemque Marchionem Oxonia, capite sub Henrico VIII. truncatum, cujus filius Edwardus in integrum à Maria Regina restitutus nobilissimus, & optimæ spei adolescens, immatura morte Patavij in Italia obiit. Anno 1603.
verò ab ejus morte 46 Iacobus Rex Carolum
Blunt


Blunt Baronem Montjoie Hiberniæ Proregem,
Devonix Comitem creavit, & pro regia muni-
ficientia affluenter locupletavit; verum hono-
rum & opum usuram mors statim invidit.

Continentur in hoc agro Parochiales Ecclesiæ 394.

DVROTRIGES.

Proximos Danmonijs ad solem orientem
Ptolemæus Durotriges statuit, qui ijdem An-
glo saxonibus Dor-settan, uti nobis eorum regio
hodie Dorset, & Dorset-shire. Nomen illud anti-
quum & merè Britannicum Durotriges, a Dour, si-
ve Dwr, quod Britannis aquam, & Trig, quod
incolam denotat, probabili sanè notatione dedu-
ctum videatur, quasi *Aqua, sive Maris acola.*
Anglo-saxonicum verò illud Dorsettan ex utraq[ue]
lingua Britannica & Anglica conflatum, idem
sensu & significatione quod Durotriges valet.
Setta enim majoribus nostris, ut cæteris Germanis
incolere & insidere somuit. Vnde Monticolas
sua lingua Dun-settan, uti Germani nemorum
incolas Holt-sattan dixerunt, quod inter nemora
habitarunt. Nec ab antiqua nominis ratione
abierunt Britanni, cum hos Durotriges, Dwr-
Gweir, id est *Viros maritimæ* appellarunt; Eorum
enim regio longo tractu, scilicet per quinquaginta
plus minus milliaria, anni Britannico ob-
versa, ab Occasu in Ortum anfractuoso littore
protenfa jacet.

Comi-



Confinia.

Comitatus *Dorsetiæ* à Septentrione agro *Somerfettenfi*, & *Wiltoniensi*, ab Occafu *Devonienfi*, ab Ortu *Southantonenfi*, terminatur, ab Austro, quâ longiffimè procurrit, totus est maritimus. Gleba verò est fertili, quâ Septentriones fpectat, fylvæ & saltus diffunduntur; unde crebris & herbidis collibus, qui numerosos ovium greges pascunt, gratis pascuis, & frugiferis convallibus ad littus ufque descendit, quod nunc describendo legam.

Solum.

In ipfo statim à *Devonia* limine *Lyme*, ab eisdem nominis fluvio praterfluente sic dictum, prærupto in colle opidulum hoc littore se exhibet, quodvix portus nomen sibi vendicet, licet piscatoribus fit frequens, naviumque stationem subjectam habeat, scopulis, & proceris arboribus à vi ventorum fatis tutam. Iuxtà *Carrus fl.*, se vomit, ubi *Carmouth* viculus sedet. Inde in agro optimæ cannabis feraci *Burtport* duobus fluviofis confluentibus interponitur. Nec hoc portus nomen tueri possit, licet in fluminis, quo alluitur, ostio natura quasi consultò portum molita fit, & quodammodo efflagitet, ut ars & opera adhibeatur.

Chesil,

Flexuoso hinc meatu longè se immittit littus, aggerque *Chesil* dictus, freto tenui interfuso per 19 mill. pass. obductus prætenditur. Hoc aggere *Portland*, quondam Insula, nunc continenti adnectitur. Hæc *Portlandia*, Danico bello extincto, in Ecclesiæ *Wintonienfis* possessionem cessit. Cùm enim *Emma* *Edwardi* Regis & Confessoris mater, læsæ pudicitie cum *Aldwino* *Wintonienfi* Præsule infimulata, in summo *Win-*

Portland.

toniæ

toniæ templo novem ignitos vomeres nudis pedibus illa præfisset (quod *Ordalium* tunc dictum, & eo tempore usitatum examinis genus) seque ita purgasset: illa in rei memoriam *Wintonienfi* Ecclesiæ novem prædia, & *Edwardus* filius hanc Insulâ cum alijs redditibus donavit. Vix septem milliaria ambitu colligit, frugum saties ferax, ovibus pascendis commoda, sylvis adedò indiga; ut fimo bubulo sole exsiccato pro ignis fomite utatur. Incolæ inter algas *Isidis Plocamon* sæpius reperiunt, qui ut auctor est *Plinius*, frutex est marinus corallio non dissimilis. Ad ortum unicum habet Ecclesiâ, pauculasque contiguas domos; ad Septentrionem, castrum ab *Henrico VIII.* extractum, quod etiam ingressum portus *Weymouth* defendit. Opidulum illud est ad *Wey* tenuis fluviofi ostium, cui è regione adfidet *Melcomb Regis* cognominatum, portu tantum divisum. Hæc nuper *Parlamentaria* auctoritate coaluerunt, ponte sunt juncta, & ædificijs plurimum adaucta.

Ordalium
examinis
genus.

Isidis Plo-
camos.

Inde rectâ littus porrigitur per *Purbecke* Insulam, magna ex parte ericetum, & saltuosam, damis cervisque refertam, quæ & suas habet marmoris venas sub terra sparsas. *Purbecke* hæc Insula vocatur, licet tantum sit peninsula, in qua *Peole* urbecula, eo situ, ut aquis sit circumfusa, nisi à septentrione, quâ continenti jungitur. Hoc superiori sæculo frequens emporium, jam inde nescio qua incolarum socordia languit. Ad ortum hujus peninsule, pelagus magnam in latitudinem sinum aperit, in cujus occidentalem angulum *Frome* nobile hujus tractus flumen

Purbecke.

evolvitur. fontes hoc habet propè occidentem hujus Comitatus limitem, unde in ortum aquas agit per *Frompton*, cui nomen impertijt, & rivulum à Septentrione admittit per *Cerne* monasterium defluentem. Sub hoc aliquantò inferius *Frome* insulam spargit, & vetustum inprimis opidum invisit, quod Antonino *Durnovaria*, id est fluminis trajectus, dicitur. Hoc primarium totius Comitatus censetur opidum, nec magnum tamen, nec speciosum, mœnibus jam olim Danorum furore nudatum, qui passim circa opidum tumulos quosdam aggererunt. Vetus tatis autem expressa vestigia indies ostendit, viz scilicet militaris sive pratorix aggerem, & Romanorum Imp. nummos areos & argenteos. Hinc *Fromus Woodford* allabitur. inde præterfuit *Byndon*, Saxonice *Beandun*, quod nunc Vicecomitis titulum honorarium præbet *Thomas Howard* Georgiani Ordinis Equiti. Vbi *Fromus* in sinum illum, ad quem *Poole* adsidet, se exonerat, juxta ipsum ostium, *Warham* imponitur, opidum tutissimo undique situ, nisi ab occasu, quod bellis, fortuitis incendijs, mariq; paulatim portus commoditatem subducente, tantum non concidit. Hoc etiam ostio unà se eijcit *Trent* fluviolus, accolis *Piddle*.

Cæterum ut regrediamur od occidentem agræ partem. Ad *Fromi* fontes, quæ gleba est fecundissima, *Blackmore* saltus, olim arboribus densus, nunc rarior, copiosam præbet venationem. Hic vulgatiore nomine, *The Forrest of white hart* dicitur, id est, candidi cervi Foresta. Nominis rationem hanc à majoribus acceptam referunt incolæ

Durnovaria, Dorchester.

Blackmore saltus, vulgò The Forrest of white hart.

incolæ, Regem Henricum III. huc venatum venisse, & cum alias cepisset damas, cervo pulcherrimo pepercisse, quem postea *T. de la Lynde* hoc tractu nobilis cum suis cepit, & occidit: verum quam periculosum fuerit leonem vellicare, illi statim senserunt. Rex enim ingenti pecunia summa illos multavit, & ipsa prædia quæ tenebant ad hanc usque diem quorannis multæ nomine pecuniam in ficum regium persolvunt, quæ *White hart Sylver*, id est, candidi Cervi argentum appellatur. Huic saltui adjunctum est opidum *Shirburn*, hoc est, si interpreteris, Fons Limpidus, quod nunc totius Comitatus frequentissimum est, & lanificio maximum questum facit. Magis ad Ortum *Stoure* flumen clarissimum defertur, quod ubi primùm hunc agrum intravit, *Gillingham* saltum interfluit, & à tertio milliari *Shaftsbury* salutem edito colli anixum, quod vel Saturno vetustius esse sunt qui contendunt, cum tamen ab *Alfredo* constructum fuisse sit certo certius. *Malmesburiensis* enim sua ætate lapidem vetustum ex muri ruinis in Sanctimonialium Capitulum translatum prodidit, sic inscriptum. *Aelfredus Rex fecit hanc urbem anno Dominice incarnationis D. CCC. Lxxx. regni sui VIII.*

Inde *Stourus* per *Marnhill*, *Stourminster* petit, id est Monasterium ad *Stourum*, exile opidum humiliori situ, cui ponte saxeo conjungitur *Newton* castrum, ubi moles magno labore aggesta eminet, sed castrum nil præter nomen superest. In proximo ad *Silleston* duo satis magni surgunt colles, alter *Hameldon*, alter *Ho dde* dictus, uterque triplici vallo firmatus.

Shirburn.

Rogersij. Hinc per *Brienston*, sedem antiquæ Equestris fami-
Blandford. liæ *Rogersiorum*, *Blandford* forum adit *Stourus*,
 quod ex quo nostra memoria igne fortuito de-
 flagravit, elegantius surrexit, & habitatoribus
 est frequentius. Inde per *Tarrent* citaro cursu

ad antiquissimum opidum *Vindogladiam* properat
Vindogla- *Stourus*, quod Saxonice *Wynburnham*, vulgò *Win-*
dia. *burne*, & à monasterio *Wynburnmiser*. Nomen
Winburne. vetus à situ factum conijcio, quod inter duo flu-
 mina interfidet. *Windugledij* enim Britannicè in-
 ter duos gladios sonat. Fluvius autem à Britannis
 gladios peculiari phrasi apellari, *Milfordici* por-
 tus nomen Britannicum *Aberduglediau* docet, id
 est ostium duorum gladiatorum, eo-quod duo
 flumina *Glediau*, id est gladij dicta, influunt. No-
 men item recentius à fluminibus ductum vide-
 tur, coaluit enim à particula antiqui nominis
Vin, & Saxonico *Burne*, quod illis rivum signifi-
 cat, & ejus adjectione soliti sunt Saxones loca
 ad flumina denominare. Opidum ipsum
 ad collis ramentum sedet, amplum, & magna
 habitatorum multitudine refertum. cujus Ec-
 clesie Præbendariis parum memoria præfuit

Reginaldus *Polus* Decanus, qui, postea Cardin-
Polus. alis, & Archiepiscopus Cantuariensis, supra
 familie splendorem (regio enim sanguine na-
 tus erat) pietatis, prudentiæ, & eloquentiæ glo-
 ria in primis floruit. *Etheldredus* Rex princeps
 longè optimus in hoc templo conditur, ad cu-
 jus tumulum ista legitur inscriptio. *In hoc loco*
quiescit corpus S. Etheldredi Regis Westsaxonum Mar-
tyris, qui anno Domini 872. xxiii Aprilis per manus
Danorum paganorum occubuit. *Margareta* Comitissa

Rich-

Richmondia mater *Henrici VII.* princeps pien-
 tissima scholam hic erudiendæ juventuti insti-
 tuit. In proximo vidimus villam *Kingston*, *Lace-*
orum dictam, eoquod ad *Lacejos* *Lincolniæ*
Comites unâ cum *Winburna* spectavit.

A *Winburna* *Stourus* *Alenum* amniculum ad-
 mittit, cui incumbit *S. Giles* *Winburn* habitatio
 clara & antiquæ equestris familie de *Asteley*, & *Asteley*
Wickhampton. Hinc *Stourus* *Canford* præterit, sub *Barones*.
 qua non ita pridem *Iacobus Baro* de *Montjoy* rei
 metallicæ admodum studiosus, *Chalcantum*, *Chalcant-*
 quod *Coperas* vocamus, conficere, & alumen
thum. concoquere cepit. Iam *Durotriges* relinquit
Stourus, cum tamen primum suscepit rivulum
 qui ad *Cranborne* aquis itriguum profluit, cujus
 loci Vicecomitem *Robertum Cecilium* *Rex Ia-*
Rob. Cecil. *cobus* primum honore *Baronis Cecilij* de *Essen-*
don, & anno insequenti Vicecomitis de *Cranborn*
 ob spectatissimam prudentiam merito honora-
 vit.

Guilielmus *Conquæstor* *Osmundum*, qui Sa-
Dorsettia
 giensis erat in *Normannia* Comes, primum
Comites et
Dorsettiæ Comitem *Cancellarium*que sibi con-
Marchio-
 stituit. Longo post tempore *Rex Richardus II.*
nes. *Ioannem* de *Beaufort*, *Somerseti* Comitem, in
Dorsettiæ *Marchionem* evexit, qua dignitate
 Rex *Henricus III.* illum exiit, fraterque ejus
 natu minor nomine *Thomas*, Comes *Dorsettiæ*
 fuit creatus, qui postea ob virtutem bellicam
 ab *Henrico V.* titulo *Ducis Exoniæ*, & *Comita-*
 tatu *Harcourt* adornatus. Post ejus sine prole
 obitum *Henricus VI.* *Edmundum* ex *Lanca-*
 strensi familia primum Comitem, deinde *Marchio-*

chionem Dorsettiæ, tandemque Ducem Somerseti dixit. cujus filijs bello intestino sublati, Edwardus III. Thomam Grejum ex familia Ruthiniensi Dorsettiæ Marchionem creavit. Hunc secuti sunt eodem honore Thomas filius, & Henricus è Thoma nepos, qui etiam Dux Suffolciæ ab Edwardo VI. creatus, cum Henrici VIII. è sorore neptim duxisset. Hic sub Maria Regina ob laesam Majestatem supplicio affectus ferè didicit, quanti sit periculi in Regiam familiam nuptijs inferi, & in se alijsque spem fovere ambitiosam. Dorsettiæ titulus jam inde nulli delatus, donec Jacobus Rex primis regni auspicijs, ut vera virtus, & susceptus pro rep. labor honore & splendore decoraretur, Thomam *Sacull*, Baronem de *Buckhurst*, summum Angliæ Thesaurarium, honore Comitis Dorsettiæ amplificavit.

Hic Comitatus Parochias 248. numerat.

BELGÆ.

*Belgæ è
Belgis Gal-
liæ.*

DVrotrigibus ad septentriones & Ortum prætendebantur olim *Belgæ*, quos à Belgis Galliæ populo in Britanniam demigrasse, & è nomine probabile, & auctoritate verisimile est. Belgæ enim è Germanis orti, Rhenum antiquitus traducti, propter loci fertilitatem ibi expulsis Gallis confederant, & inde (ut Cæsar habet) in Britanniam prædæ, ac inferendi belli causa transferunt, omnesque ijs civitatum nominibus appel-

appellabantur, quibus orti ex civitatibus eò pervenerant; & bello illato ibi remanserunt, atque agros colere cœperunt. Quo verò tempore huc commigrarint uon liquet, nisi fortè Divitiacus Snessionum Rex, qui ante Cæsarem floruit, cum Belgas traduxerit. Magnæ enim partit, cum Galliarum, tum etiam Britanniæ obtinuit ille. Vnde etiam Belgarum factum sit nomen, non satis explicatum. Ego illis neutiquam fidem arrogare statui, qui ex antiqua Gallica lingua, quæ nostris Britannis ferè incorrupta manet, deducunt, & Belgas dici volunt à *Pel*, quod illis remotum significat. Totius enim Galliæ erant remotissimi, & ut à cultu & humanitate provinciæ; sic etiam situ & sede longissimè aberant. Sed ad Belgas nostros, qui longè lateque habitaverunt per regionem Somersettensem, Wiltoniensem, Hantoniensissq; agri partem interiorem accedamus.

Vnde dicti.

SOMERSET-SHIRE.

Somerstentensis Comitatus, vulgò *Somerstentshire*, ampla sanè & opulenta est regio, Sabriniano freto à Septentrione pulsata, ab Occa. *Confinit.* su Devonæ, ab Austro Dorcestriæ, ab Ortum Wiltoniæ, & partim Glocestriæ Comitatibus contermina. Soli admodum ditis, maximam partem ad fruges, aut pabula eximie fertilis, incolis frequentissima, & portuum commoditate satis felix. Nonnulli nomen inditum credunt, quod aura sit ibi lenis, & quasi æstiva. Veruntamen nomen proculdubio à *Somerton* torius


Solum.

Nomen.

Conventus olim maximè celebrato opido impositum credam ego, cum Aferius auctor imprimis antiquus hunc agrum *Somertunensem* passim vocaverit,

Ad Sabrinianum fretum primum occurrunt *Porlock*, & *Watchet*, olim *Weedpoort*, navium stationes. His interponitur *Dunstow* castrum, loco depressiori, & collibus, nisi qua mare prospicit, undique conclusum. Huic castro adjacent duo viculi duobus indigitibus sacri, *Caramton* alter vocatur, à Carantoco Britanno, alter *S. Decomber*, à Decumano, qui è Southwallia huc appulsus, & à ficario transfossus, divinum honorem apud populum consecutus est. *Stoke-Curcij* Baronia à suis Dominis cognominata paulò remotius à mari seder. Inde ad *Sterypoint* prominet sensim littus, ubi duo totius agri maximà flumina conflua uno ostio se evolvunt, *Iuellus* scilicet, vulgò *Iuell*, qui oritur inter *Durotriges*, & quam primum hunc agrum ingreditur *Euell* forum frequens suo nomine donat, rivulumque recipit, ad quem *Camadet* mons acclivis, & ascensu difficilis, in cuius vertice visuntur intermortui castri vestigia. Incolæ *Arthuri palatium* dicunt: Romanorum autem opus fuisse numismata indies eruta docent.

Iuellus flumen hinc *Ischalin* à *Ptol.* memoratam *Ischalis*, petit, nunc *Iuelcester*, foro, & antiquitate sua tantum hodie celebrem, Romanorum enim *Cæsarum* numismata subinde hic eruntur. Paulò inferiùs, *Iuellus*, & *Pedredus* confluentes insulam amicam moliuntur, *Muchelney*, id est, *Mis-Muchelney* *Insula*, dictam. *Pedred*, vulgò *Parret*, in ipso *Insul.*



australi provincia limite promanat, & obliquo-
 ri alveo per *Crockherne*, & *Pedderton*, quod nunc
 tantum foro & nudinis celebre delatus, hic
 Tuello influit, nomenque eripit, quum in decur-
 su à III. ad ortum milliari *Montem-acutum* salu-
 tarit, sic dictum eoquod sensum acuto apice at-
 tollitur. Nomen hic locus fecit honoratissima
 familia de *Monte Acuto*, è qua quatuor Comites
 fuerunt Sarisburia. Tandem verò Maria regi-
 na Antonium *Brown*, cujus avia fuit filia Marchi-
 onis de Monte acuto, nomine & honore Vice-
 comitis de Monte acuto honoravit, quo nepos
 ejus è filio hodie gaudet. *Odcombe* huic adjun-
 ctum, tenue prorsus opidulum, cui *Stoke under*
Hamden vicinum subsidet, ubi *Gornaij* suum cas-
 tellum habuerunt, quorum heredia nonnulla
 in equestrem Newtonorum stirpem descende-
 runt, qui se è Wallia prognatos, & non ita pri-
 dem *Caradocos* dictos libenter agnoscunt. Irrigat
 deinde *Pedredus Martock* mercatorium opi-
 dulum. Hinc limosam planitiem persequens in
 Septentriones contendit per *Langport* mercatum
 non infrequentem, & *Aulre* ex tuguriolis pau-
 cis viculum. Inde ab Occasu *Thonum fl.* recipit,
 qui longè in occidua agri parte exortus, per
Wellington defluit, opidulum mercatorium, cui
 maximo honori ejus est incola vir honoratissi-
 mus *Ioannes Popham*, qui summus in regio
 tribunali Iustitiarum, tanta aequabilitate, & tam
 salutari severitate justitiam administrat, ut tran-
 quillitatem domesticam illi magna ex parte
 jamdiu Anglia debuerit.

Inde leni modicoque lapsu *Thonum* vulgò
Tawnton

Tawnton alluit, & nomine donat *Thonus*, elegans *Taunton*.
 certè opidum, latissimoque situ, & ut verbo di-
 cam, alterum hujus regionis ocellum. Hic cir-
 cum quaque regio virentibus pratis jucunda,
 hortensibus delicijs florens, frequentibus villis
 spectantium oculis mirum in modum arridet.
 Inde, quà *Thonus Pedredo* se insinuat, insulam
 amnicam efficit, nunc vulgò *Athelneij* dictam, *Athelneij*
 quæ non minùs *Alfredi Regis* latebris nobis
 nota, cum jam *Danus* omnia permisceret, quàm
 Italis *Minturnensium* paludes *Marj* laribulo.
 Non longè ab hac collectis aquis solitarius *Pe-
 dredus* pererravit, cum alterum ab Ortu soci-
 um rivum accipit, qui *Somerton* præterfluit, olim *Somerton*.
 primarium totius Comitatus opidum, utpo-
 te cui nomen fecit, etsi nunc opidi nomen
 vix tuetur, nisi ex Foro boario, quod à festo *Pal-
 marum* ad medium lunium frequentissimum
 habet, vicini enim rei pecuariae iuprimis stu-
 dent. Hoc suscepto fluvio, *Pedredus* opidum
 magnum & incolis refertum petit, *Bridge-water* *Bridgewa-
 ter*.
 vulgò vocitamus, cui maximus honor accessit,
 quod Comitatus titulo ab *Henrico VIII.* exor-
 natum fuerit, cum *Henricum Daubenejum* Co-
 mitem de *Bridgewater* creavit. *Bridgewa-
 ter*.

Sub hoc, post pauca milliaria, vasto ostio in
 Sabrinianum fretum evolvitur *Pedredus*, quod
Vzella æstuarium *Ptol.* dicitur, nonnullis etiam *Vzella æstu-
 arium*.
 hodie *Evelmouth*, sed *Anglis* veteribus *Pedredan-
 muth*. Eodem etiam æstuario aliud obvium oc-
 currit flumen, *Brius* nonnullis dicitur, qui oritur
 è sylvâ illa amplissima, quam *Britanni* *Coit Maur*,
Saxones *Schwood* dixerunt, id est, interprete *Schwood*.
 I 5 Afferio,

Mont. acu.

Domini de Monte acuto.

Newtoni.

Io. Pophi.

Glasconia, Glasn. Inf. Glassteburij monasterium.

Afferio, Sylva magna. Hic fl. primùm Brinton à se cognominatum inuisit, longeq̃ue per viculos defluens, nonnullis rivulis auctior, letos gramine campos irrigat, insulamq̃ue ambit *Avallon*, à pomis Britannicè olim dictam, postea *Inis vitrin*, id est *Vitrea Insula*, & eadem significatione Latinisq̃ue *Glasconia*. In hac floruit *Monasterium Glassteburij*, quod admodum antiquam repetit originem, à Iosepho scilicet Arimathensi illo qui Christi corpus sepulchro mandarat. Vnde hic locus à majoribus nostris dictus *Prima terra Dei. Prima Sanctorum terra in Anglia. Tumulus Sanctorum. Mater Sanctorum &c.* Nec est cur hac de re ambigamus, cum antea docuerim Christianam religionem in prima enascentis Ecclesie infantia huic nostrae Insulae illuxisse. Cum antiqua illa aedicula vetustati cederet, tandem *Ina Rex*, qui scholam Romae ad Anglicam juventutem erudiendam fundavit, & ad eam sustentandam, eleemosynamq̃ue Romae distribuendam, singulis Regni sui aedibus denarium imposuit, hac demolita, magnificum admodum Christo, Petro, & Paulo construxit templum. Primis his temporibus viri sanctissimi hic Deo invigilarunt, & praecipue Hibernici, qui stipendijs regijs alebantur, & adolescentes pietate artibusq̃ue ingenuis instruebant. Sed tandem *Dunstanus* subacto ingenio homo, pro his, recentioris instituti monachos, scilicet *Benedictinos* induxit, qui à bonis & pijs Principibus plurquam Regias opes consecuti, cum omni rerum affluentia 600 annis quasi regnassent, ab *Henrico Octavo* exturbati sunt, Monasteriumq̃; quod

An. 698. Ina Rex Angliam facit Pontificib. Roman. velligalem.

jam

jam in urbeculam excreverat, dirutum, & solo adaequatum. Cum *Henticus II. Rex Angliae*, ut habet *Giraldus Cambrensis* oculatus testis, ex *Bardorum Britannicorum cantilenis* accepisset *Arthurum Britannorum nobilissimum heroem*, *Glasconiae* inter duas pyramides situm esse, corpus investigari curavit, vixq̃ue jam septem pedes in terram defoderant, cum inciderunt in lapidem, cuius adversae parti crux plumbea, latiori formâ, inserta, & sub ea ad novem ferè pedum altitudinem, sepulchrum inventum ex quercu cavata, in quo ossa inclyti illius *Arthuri* reposita. Sed ecce crucis illius inscriptionem. *Hic jacet sepultus inclytus Rex Arturius in Insula Avalonia.* **A R T U R** autem, ut hoc obiter etiam no-

Arthurus.

Artur

tem, Britannicè sonat *ursum horribilem, vel malleum quid. ferreum, quo confringuntur mole leonum.*

A *Glasconia*, tria quae ibi confluunt flumina paludem efficiunt, & uno emissâ ostiolo in *Ocasium* uno alveo *Vzella* aestuarium petunt per *Gedney moore, Wead moore*, & palustrem illam regionem longè excurrentem *Brentmersh*, quam palustrium ranarum regionem, ut ejus opidulum *Brentknol*, ranarum monticulum interpretati sunt *Glasconienses Monachi*. Hinc ad ortum *Mendippi colles* se longè lateq̃ue explicant, plumbi fodinis admodum opulenti, & pascendis pecoribus apti. In his antrum est longo recessu, in quo putei quidam, & rivuli cernuntur, *Ochiehole* dicunt, de quo non minima somnia fingunt accolae, quam de suo *Sybillae* antro comminiscuntur *Itali*. Non procul ab hoc, regnante *Henrico VIII.* aratro eruta fuit oblonga plum-

Mendippe hills,

plumbi lamina, sic inscripta. *Ti. Claudius Casar Aug. P. M. TRIB. POT. VIII. IMP. XVI. De Britan.*

Inter hos colles *Chuton* est; & sub collibus ad septentriones *Congersburie* viculus. Ab austro vero, non procul ab illo antro, urbecula Episcopalis solo saxeo ad *Mendipp* montis radices subijcitur, olim ut habet *Lelandus Theodorodumum*, nunc *Welles*, ita dicta à fontibus qui in ipsa scaturiunt: unde & *Fontanensis Ecclesia* hæc vocatur. Templum habet admodum speciosum, sed ejus frontispicio ad occasum nihil speciosius, totum enim statuis antiquo & exquisito artificio è saxo cœlatis surgit. Splendidum admodum Episcopi palatium, instar castris moenibus & fossa munitum, ad Austrum adjacet, & ex altera parte nitidæ Præbendariorum ædes. Edwardi Senioris tempore Episcopalis sedes hic constituta. Regnante vero *Henrico I.* *Ioannes de Villula Gallus*, cum Episcopus jam electus esset, sedem *Bathoniæ* transfulit, quæ duæ sedes in unum coalescentes, suo utraque titulo Episcopum ornant, ut unus idemq; Episcopus *Bathoniensis* & *Wellesis* dicatur.

E montibus illis minerarijs *Frome fl.* oritur, qui in *Orum* contendens per puteos carbonum illorum fossilium, quibus ad molliendum ferrum utuntur ferrifabri, & mox in Septentrionem conversus, limitis vice inter hunc, & *Glocestrensem* agrum fungitur, & *Farley* nō ita pridem *Hungertordorum* castrum, non procul à *Philips Norton* foro celebri, irrigat. Inferius *Selwood* sylvæ longè lateque diffunditur, à qua circum-

Welles.

Philips Norton.

cumvicina regio olim *Selwoodshire* vocabatur, opidum verò aditum etiamnum *Frome Selwood* *Frome Sel-* dicitur, quod è lanificio maximum quæstum wood. facit.

Iam autem *Frome* nonnullis ex hac sylvula rivulis plenior, tandem *Avonæ* nobili flumini se committit, qui obliquiorem ripam agens statim antiquam urbem invisit, quæ à thermis *Ptol. Aqua calida* dicitur, *Antonino Aqua Solis*, *Britannis Caer Badon*, *Saxonibus Bathancester*, *Ste-* *Bathonia*, *phano Badixæ*, nobis hodie *Bathe*, & vulgò *La-* *vulgò Ba-* *tinorum Bathonia*. Subsident in planitie haud ita the. magnâ, & ex omni parte collibus obvallatâ, è quibus perennium rivulorum scaturigines in urbem magno civium commodo descendunt. In ipsa urbe tres calidi fontes ebulliunt, qui effi- *Thermæ.*

caci remedio salutare corporibus quæ pravis humoribus torpescunt; sudorem enim calore suo proliciunt, & humorum contumaciam edomant. Non omni tamen hora sunt salutare, ab hora enim octava ante meridiem usque ad tertiam à meridie maximè fervent & exæstuant, & turbidi fœda quædam ex imo fundunt. quibus temporibus clauduntur, nec quisquam ingreditur, donec per emissaria sua se sordibus illis expurgarunt. Ex his tribus, qui *Crucis Balneum* dicitur, duodecim fedilia è saxo in margine habet, muroque includitur & contiguum habet Nosocomium à *Reginaldo Bathoniensi* Episcopo positum. Tertius omnium maximus, in urbis quodammodo sinu est, & *Balneum Regium* appellatur; juxta *Ecclesiam Cathedralem*; muro etiam circumdatur, & xxxii. fedilibus arcuato opere

Caer Palladur. opere adaptatur, in quibus viri & mulieris seorsim fedeant. Videor mihi ex Solini auctoritate, cum his fontibus Palladem praefuisse prodar, evincere posse, hanc urbem esse, quam Britanni *Caer Palladur* sua lingua dixerunt, hoc est, *urbis Palladiae aquae*; appositè enim res, nomen, & significatio conspirant. Bathonia verò Comitibus etiam titulo proceres nonnullos honoravit. Philibertum enim de *Chandew* ab Henrico VII. eo honore affectum legimus. Postea Rex Henricus VIII. Ioannem Bouchier, Dominum *Fitz-warin* Bathoniae Comitem creavit, cui successit Ioannes filius, qui Ioannem Dominum *Fitz-warin* suscepit, ante patrem defunctum, è quo natus est Guilielmus Bathoniae Comes, qui nunc floret, & bonis studijs nobilitatem suam illustrare contendit,

Serpentes saxei.

Secundum eundem Avonam, in Occidentali ripa *Cainsham* cernitur, à *Keina* Britannica virgine sanctissima, quam serpentes in lapides mutasse superioris aevi credulitas multis persuasit, eo quod eiusmodi ludentis naturae miracula ibi in latomijs nonnunquam inveniuntur. Hic in vicinis agris, & etiam alibi, *Percepier* herba Angliae peculiaris, in qua amaror & acrimonia percipitur, nunquam spithamæo adultior, toto anno suapte sponte erumpit, sine caule, flosculis herbaceis, quae vehementer & repente urinas ciet, & ex eà aqua stillatitia magno usu elicitur.

Bristolias, Bristow.

Vix quinto hinc milliari Avona fl. *Bristoliam* mediam interfecat, Britannis *Caer Oder Nant Badon*, urbium antiquarum catalogo *Caer Brito*, Saxo-

Saxonice *Brigestow*, id est, *locus illustris*. Hæc urbs partim in Somersettensi posita agro, partim in Glocestrensi, neutrius censenda, cum suos habeat seorsim Magistratus, & Comitatus sit per se incorporatus. Editiore sit inter Avonam & Fromum fluviolum interfidit, munitionibus & fluminibus satis tuta. ad aspectum verò ita pulchra, tum publicis, tum privatis ædificijs, ut nomini respondeat, cloacis per subterraneos meatus ita constructis ad sordes evehendas & abluendas, ut ad munditiam & sanitatem nihil desideres; & ad vitæ necessitatem ita instructa, civibusque frequens, ut inter Britannia urbes primas à Londino & Eboraco facile sibi vendicet. multarum enim gentium commercium, mutui usus, & portus commoditas eò traxit, ut qui in ipsum urbis sinum naves passis velis admittat. Ipsique cives opulentiam per Europam exercent mercaturam, & navigationes in distinctissimas America partes instituunt. Quo autem tempore, & à quo condita fuerit, non facile quis dixerit, recentior tamen videtur, & certè inclinato Saxonum imperio primùm emeruisse iudico, cum nusquam nominetur ante annum salutis M. LXXIII. Primis Normanorum annis *Berton* prædium adjacens, & hæc *Bristow* reddebat Regi, ut est in Censuali Angliæ commentario, *CX. Marcas argenti*. Paucis post annis prolata sunt undique pomeria, & ecclesiæ elegantes in Dei gloriam erectæ. Inter quas longè omnium pulcherima est S. Mariæ de *Radcliff* extra mœnia, in quam magnificè pluribus gradibus ascenditur: adeò ampla, opere adeò

adeò venusto, ut omnibus Parochialibus Angliæ Ecclesijs quas hæcenus vidi, meo iudicio, longè præcellat. In proximo est etiam altera Ecclesia, cujus turris sonante campana hac illac commo- vetur, adeò ut se à reliquo ædificio abruperit, & ita rimam egerit à summo ad inum, ut tres dig- itos transversos hiet, & se arctet, dilatetquè cum campana pulsatur. Ultra Fromum fl. qui ponte confertitur, duo consurgunt templa, al- terum minus, & parochiale, alterum majus, Epi- scopi cathedrâ, & sex Præbendarijs à Rege Hen- rico VIII. ornatum.


Hinc qua decurrit Avona, præaltæ sunt utrin- que rupes, quas veluti de industria admolita est natura. Harum altera *S. Vincentij* nomen habet, & Adamantum adeò fœcunda est, ut quis mo- dios inde impleat. existimationem verò copia apud nostrates invidit, nam ut colore transluci- do Indicos provocant, ita duritie solummodò cedunt. quod verò laterum sexangulo vel qua- drangulo lavore à natura ipsa turbinati sint, magis admirandos puto. Altera verò rupes eti- am adamantum est ferax, quos cavi & rufe- scentes silices in se mira naturæ solertia conti- nent.

*Adaman-
tes Britan-
nici.*

Somerfetti Primus Somerfetti Comes perhibetur *Wil-
helmus de Mohun*. Nec jam inde ulla satis explica- ta de Somerfetti Comitibus occurrit mentio, nisi fortè in quodam Henrici III ad Petrum de *Mauley* rescripto. Sub eodem Henrico III. me- moratur quod Innocentius Papa instituerit *Reginaldum Mohun* Comitem de *Este*, id est, *Somerfetti*. Ut hic videatur non propriè Comes, sed

*Comites
Apostolici*
sed Comes Apostolicus; sic enim eo sæculo ap- pellabantur illi qui à Pontifice Romano creati, ut qui ab Imperatore, Comites Imperiales, & facultatem habuerunt Notarios instituendi, spu- rios legitimandi &c. Satis longo post tempo- re, Ioannes de *Beaufort*, Ioannis Gandavenfis Ducis Lancastriæ filius naturalis, à Rege Richar- do II. assensu Parlamenti factus legitimus, ad honorem Comitis Somerfetti provectus fuit, posteaquè Marchio Dorsettiæ creatus, sed eo- dem honore statim ab Henrico III. spoliatus, titulo tantùm Somerfetti relicto. Hujus filius Ioannes a Rege Henrico V. primus Dux So- merfetti creatus, qui Margaretam unicum fi- liam genuit, matrem Regis Henrici VII. Fratri autem in Ducatu successit Edmundus. Cujus filius Henricus in patris locum successit, in præ- lio apud *Hexham* ab Eboracensibus interceptus, levitatis pœnam capite hui. Ejusquè in hoc ho- nore successor Edmundus frater, ultimus ex hac familia Somerfetti Dux. Postea primùm Henricus VII. Edmundum filiolum qui sta- tim expiravit; deinde Henricus VIII. filium suum naturalem Henricum *Fitz-Roy* dictum hoc titulo insignivit. Cui cum liberi nulli, Ed- wardus VI. Edwardum de *Sancto Mauro*, vul- gò *Seimor*, avunculum suum eodem investivit, qui honorum plenus, & titulis onustus, subito quasi fortunæ ludibrio obratus, levi de crimine, eoquè ab inimicis dolo composito, & honori- bus & vita fuit spoliatus.

Numerantur in hoc Comitatu Parochie 385.



Wilshire (quæ etiam Belgarum fuit) Anglo-saxonice *Wil-setta*, vulgò Latnorum *Wiltonia*, a primario olim opido *Wilton* denominata, ut illud à *Willij* flumine, tota est mediterranea, Somersettensi enim agro ad Occasum, Bercherio & Southantonensi ad Ortum, Glocestrensi ad septentriones, Dorcestrensi, & partim Southantonensi ad Austrum circumclusa. Regio cum viris bellicosis fœcunda, tum omnium rerum copia eximiè fertilis, & sua varietate admodùm grata. Septentrionalis pars collium amœnitate nonnihil surgit, diffusis olim sylvis vestita, & limpidis fluminibus irrigua. *Isis* enim Britannicarum aquarum regnator, qui postea *Tamisis* nomen assumit, cum jam tenuis est, alij quæ minorum gentium fluvij, quos suis commemorabo locis, perfundunt. Australis verò pars ampla & herbida innumeros ovium greges pascit. Mediam verò fossa interfecat transversa, admirando opere ab Ortu in Occasum per plura milliaria perducta, *Wansdike* accolæ appellant. Ego à Saxonibus ductam ad Merciorum, & Occidentalium Saxonum regna determinanda semper credidi. Hæc enim belli area fuit, dum illi de propagando imperio inter se decertarunt.

In Septentrionali Wiltoniæ parte, qua *Tamisis* affunditur, *Crecklade* est opidum, alijs *Grecklade*. Sub hoc *Lediard Tregoze* sedes equestris familiæ de *S. Iohn. Wotton Basset* huic finitimum, quod superiori sæculo habitatio fuit Ducum Eboracensium, qui amplissimum ibi ad includendas feras vivarium statuerunt. Hinc *Bre-*

Nomen.
Confusia.

Isis fl. po-
stea Tami-
sis.
Fossa limi-
tanca.

den sylvā, nunc *Bredenforest* longē lateque perit-
nuit. Ad cuius occidentum latus *Avon* fl. (de quo
supra) placidē fertur, qui in Boreali quasi limite
hujus agri effusus in Austrum decurrit. Dum
exilis est, *Malmesburij* substringit, receptoque
profuente, ferē incingit, Opidum sanē elegans,
& pannis laneis conficiendis celebre. Hoc cum
non alio nomine, quā *Ingelborne*, longo tem-
pore notum fuisset, à *Maidulpho* quodam Sco-
to-Hiberno, viro summa eruditione, & singula-
ri vitæ sanctitate, *Maidulfesburge* dici cœpit, Be-
dæ *Maidulphi* urbs, & postea contractē *Malmes-
burij*. Inter *Maidulphi* discipulos floruit inprimis

Aldelmus. *Aldelmus*, dignus sanē cuius memoria in æter-
nitatem vigeat, non solū sanctitatis, sed etiam
doctrinæ nomine, ut ea tempora ferebant. Pri-
mus enim erat ex Anglorum gente qui Latine
scripsit, primusque qui componendi carminis
Latini rationem Anglos docuit. Monasterium
à *Maidulpho* conditum, jam inde ab *Athelstano*
illo Magno, cuius monumentum etiamnum
ostendunt incolæ, longa opulentiā clarum, inter
alios magna eruditione viros produxit *Guiljel-
mum*, qui hinc *Malmesburienſis* dictus, cuius eru-
ditæ industriæ & ecclesiasticæ & politica Angliæ
historia plurimum debet.

Danteseij. A *Maidulphi* urbe *Avona* defluens *Dantesej*
adit, locum qui à possessoribus nomen cepit, à
quibus ad familiam de *Danvers* devenit, è qua
Henricus Danvers titulum & honorem Baronis
Danvers de *Danteseij* gratia Regis *Iacobi* nuper
consecutus est. Ad vi. hinc milliare *Avona* ab
Ortu rivulum recipit, qui *Calne* vetustum opidu-
lum

lum saxeo solo pulchra ecclesia ornatum inter-
fluit. Inde auctior *Chippenham* petit, nunc tan-
tum rerum venalium foro celebre. Huic è regi-
one, sed à ripa remotius *Cosham* objacet, nunc
viculus, unde *Castlecombe* vetus castrum prospe-
ctes, Dominis suis *Walteris* de *Dunstavill* nobili-
tatum: è quorum familia genus ducunt *Writebo-
slei* Southantonienſes Comites.

Avona hinc arboribus redimitus non longum
iter confecit, cum ab *Ortu* fluvium in se ad-
mittit, qui *Divisa* Florentio Wigornienſi, *Divisa*
Neubrigenſi appellatur. quo auctior se in occa-
sum agit, statimque alter rivulus ab austro in-
fluit, qui ædibus impositis quas *Broke* dicimus,
nomen impertijt. Huic ad *Ortum* vicinum jacet
Elindon, olim *Eathandune*, ubi *Alfredus* Rex nobi-
li, si umquam aliàs, prælio grassantem Danorum
audaciam felicissimè contudit; eoque adegit ut
conceptis verbis jurarint se protinus ex Anglia
cessuros. Sed ad rivulum quem dixi, paulò su-
perius colli infidet *Trubridge*, lanificij gloria nunc
inprimis florens. Hoc rivulo *Avona* auctus,
Bradford, à vado lato sic nominatum, declivi col-
li affixum, & totum è saxo constructum resper-
git, atque hic *Wiltonienſibus* valedicens *Som-
mersettensium* Comitatum subingreditur.

Limes autem occidentalis hujus Comitatus
rectà hinc in Austrum descendit per *Longleat*,
ædes equestris familiæ *Thinnorum*; ad *Mayden-
Bradley*, sic dictum ab altera hæredum *Manasse-
Bisset* viri suo tempore nobilissimi, quæ ipsa
virgo leprosa domum virginibus leprosis hic
posuit, patrimonioque suo dotavit: & *Stourton*,

Barones de Stourton. sedem Baronum de *Stourton*, cui nomen à *Stou* flumine, quod sub hoc è sex fontibus ebullit, quos in suum clypeum *Stourtoni* Domini loci transtulerunt.

Verlucio. Per *Maiden Bradley* quam dixi, labitur *Deverill* fluviolus sic dictus quod se sub terram immergat. is post mille passus emergens ad *Verlucionem* properat, antiquissimum opidum, quod suo nomine non omnino depositio, *Werminster* dicitur, ex antiquo illo *Ver*, & Anglosaxonico *Minster*, quod Monasterium sonat, coalitum, nunc tantum foro frumentario celeberrimum.

Sarisburie Plaines. Hinc in Austrum, Septentriones, & Orientem solem per mediam regionem campi sunt adeo patentes, ut vix prospici possint, unde & nomen *The Plaines*, raris admodum incolis, & atrocissimi quondam infames, quos ad austrum duo placidissimi amnes subluunt, *Willeybourn*, & *Nadder*, vulgò *Nadderbourn*. Ille ad *Verlucionem* exoriens, per *Heitesburij*, sedem Baronum de *Hungerford*, ad *Willey* viculum delatus, prospicit ex opposito sepimentum militare, quod *Yansburij* *Castle* vocant vicini, Romanorum fuisse castra ex forma facile agnoscas. *Nadderus* ex australi agri limite profusus, sinuoso volumine, veluti anguis (unde nomen inditum videtur) serpit non procul à *Wardour* eleganti castro, nunc Ioannis de *Arundell*, qui nuper à Rege *Jacobo* *Baro Arundell de Wardour* creatus, & cum laude memorandus, quod juvenis ob singularem virtutem in expugnando *Strigonio* Hungariae, honorarijs litteris ab Imp. *Rodolpho II.* *Cæsare* *Augusto* Comes Imperij fieri meruit.

Barones de Hugerford Lancsburie.

Baro Arundell de Wardour.

Vbi

Vbi verò hi amnes confluent, *Willeij Wilton Ellandunij*, opidum, aquis irriguum nomini adoptat, olim vulgò *Wiltotius* agri caput, & antiquitus *Ellandunum* dictum; qui nunc tenuis quasi viculus, Majore tantummodò pro Magistratu summo, & elegantissimis Comitibus *Penbrochiæ* ædibus gloriatur. Ejus autem luminibus *Sorbiodunum* olim, & *Sorbiodunum* nunc ejus proles *Sarisburij*, in primis offecerunt. Sic enim *Antonini Itinerario* dicitur, quod *Anglofaxones* postea *Searysbyrig* dixerunt, & vulgus Latinorum *Sarum*, & *Sarisburia*. Quis enim ambigat *Searysbyrig*, à *Sorbioduno* profluxisse, addito Saxonico *Byrig*, quod *Burgum* sonat, pro *Duno*, quod *Britanni* & *Galli* locis addiderunt, qui editiorem situm occupabant, ut hoc *Sorbiodunum*? *Guilielmus* primus, postquam *Angliæ* lustrum condidisset, huc omnes *Regni Ordines* convocavit, quo tempore, ut est in *Censuali libro*, pro *quinquaginta* *Hidis* geldabat. De tertio *denario* *Salisburyj* habet *Rex* *20 solidos ad pensum*, de *Cremento* *Lx. libras ad pondus*. Quod ideo noto, *Pecunia* quia ut apud veteres *Romanos*, ita apud nos appensa, et *fuit* majores *pecunia* & *appendi* & *numerari numerata* solebat. Non ita multis post annis, regnante *Richardo* primo, tum ob *præfidiarij militis insolentiam*, tum *aquæ penuriam*, paulatim *demigrare* cœperunt *incolæ*, & *vix mille* hinc *passus* ad *Ortum* *hibernum*, loco *humiliori*, ubi quasi *conceptaculum* est plurimorum *rivulorum*, ad *Avonæ* & *Nadderi* confluentes confederunt. *Richardus* *Poore* *Episcopus*, in loco amœnissimo, prius *Merifield* vocato, angustissimum speciosa *structura* *templum* inchoavit, quod *quadragesimo*

K 4

gesimo

gesimo post anno maximis sumptibus peractum, & dedicatum anno 1258. Rege Henrico III. etiam presente. De quo templo admodum eleganter clarissimus & eruditissimus Daniel Rogerius.

Mira canam, Soles quot continet annus, in una

Tam numerosa (ferunt) aede fenestra micat.

Marmoreasque capit fufus rot ab arte columnas,

Compreffas horas quot vagus annus habet.

Totque patent portæ, quot mensibus annus abundat,

Res mira, at verè res celebrata fide.

Cives itidem, dum Episcopus Dei domum moliretur, certatim Urbem statuerunt, Remp: stabilierunt, in singulos vicos rivulos derivarunt: fossam, quæ perenni flumine non subliitur, duxerunt. Paulatimque ex veteris Sorbioduni ruinis sic accrevit hæc Nova Sarisburia, ut statim atque Regia auctoritate viam publicam, quæ in Occidua regiones ducit, huc deflexerint, facile fuerit omnium urbium in hoc tractu secunda, summè frequens, omnium rerum, præfertim piscium affatim copiosa, & amplissimo ornata foro, in qua domus civica est è ligno pulcherrima.

Comites Sarisburia. Gualtero de Evreux, Comiti de Rosmar in Normannia, latifundia assignavit in hoc agro Guilielmus Conquæstor, quæ Edwardo, de Sarisberia dicto, filio juniore in Anglia nato reliquit. Hujus filius Gualterus suscepit Patricium, qui Comes Sarisburia primus. Is successorem habuit Guilielmum filium. Hujus filia unica Ela, Guilielmum de longa Spatha, filium naturalem Regis Henrici II. suis nuptijs honoravit. Huic filius

filius erat Guilielmus de longa Spatha itidem dictus, cui Rex Henricus III. offensior, tum Comitis Sarisburia titulum, tum Sarisburia castrum abstulit. Unde filius ejus, nomine itidem Guilielmus, sine Comitis titulo vixit, & unicam filiam Margaretam progeniit, quæ tamen Sarisburia habita Comitissa, uxor fuit Henrici Laci Comitis Lincolnia. Quo proscripito, Rex Edwardus II. Guilielmum de Monte Acuto in Comitum Sarisburia præfecit, ac per cincturam gladij de dicto Comitatu investivit, sibi & hæredibus in perpetuum. Hic duos suscepit filios, Guilielmum qui patri successit, & sine prole obiit, Ioannemque Equitem auratum, patrem Ioannis Sarisburia Comitis, qui cum Regi Henrico III. perniciem moliretur, anno 1400. Cicefria interfectus est. In integrum tamè restitutus est filius ejus Thomas. Cujus unica filia nupta Richardo Nevill, illum Comitis Sarisburia titulo adauxit, qui in prælio captus, & capite plexus, filium Richardum successorem habuit, Warwici & Sarisburia Comitem. Hujus filia Iabella nupsit Georgio Duci Clarentia, Regis Edwardi III. fratri, cui peperit Edwardum, qui puerulus, & innocens ab Henrico VII. capite truncatus, uti & foror ejus Margareta ab Henrico VIII. eadem poena septuagenaria affecta. Nec insolens sanè principibus, ut sibi & suis adfit securitas, sanguine proximos, causis facile nunquam non se fugerentibus, tollere, vel opprimere. Iam inde desijt hic titulus honorarius, donec anno 1605. Iacobus Rex potentissimus Robertum Cecilium secundogenitum Nestoris nostri Guilielmi Cecilij,

cilij, ob animum prudentia validum, & confilia patriæ principique salutaria, eodem illustravit.

Inferius sub hac urbe ad Avonam *Duncton*, sive *Donketon* assidet, *Burgus*, ut ferunt, antiquus, & Bogonis Southantoniensis ædibus clarus. Septentriones versus ad vi. plus minus à Sarisburia milliaria, insana conspicitur substructio. Intra fossam enim ingentia & rudia saxa, quorum nonnulla 28 pedes altitudine, vii. latitudine colligunt, coronæ in modum triplici serie eriguntur, quibus alia quasi transversaria sic innituntur, ut pensile videatur opus: unde *Stoneheng*. henge nobis nuncupatur, uti antiquis Historicis *Gigantum Chorea*, à magnitudine. Fama obtinet, Ambrosium Aurelianum, sive Vtherum ejus fratrem in Britannorum memoriam, qui ibi Saxonum dolo in colloquio ceciderunt, illa saxa Merlini mathematici operâ posuisse. Alij produnt Britannos hoc quasi magnificum sepulchrum eidem Ambrosio substruxisse. Certè ossa humana hic sæpius effossa fuerunt, & pagus qui adjacet *Ambrosburij*, id est *Ambrosij vicus* dicitur.

Ab *Ambrosburij* cis Avonam vix ad quartum lapidem est *Leporarium*, vulgò *Everlie Warven*, ubi maximus leporum proventus, quorum venatu nobiles vicini recreantur, Paulo magis ad Ortum *Cunetio* flumen, Saxonice *Cynetan*, vulgò *Kennet* oritur juxta ejusdem nominis viculum.

Selburij. Hic *Selburij* collis rotundus & in fastigium editus surgit, qui hominum labore aggestus, cujusmodi multi in hoc tractu cernuntur, & *Barrowes* vocantur, in occisorum militum memoriam fortè excitati. ossa enim in illis reperiuntur, &

& legi in usu fuisse septentrionalibus, ut singuli *Milites* milites prælio superstites tantum terræ quantum *prælio* casside capere poterant, in occisorum tumulos *fos apud* aggererēt. Et si hunc *Selburij* instar limitis potuisset *septentrio-* positum opiner, si non à Romanis, certè à Saxo- *nales sepe-* nibus. Decurrit hic fl. primò per campos, è qui- *liendi mor-* bus saxa uti rupes passim eminent, inter quas emergit nonnunquam aqua torrentis in modum, quæ quasi futuræ famis prænuncia *Hunger-* *Hunger-* *born* rusticis vocatur. Inde sui nominis urbem *born.* invisit, quæ *Cunetio* Antonino dicitur, & ad 20. *Cunetio* à Verlucione milliaria locatur, ad quam distat *opid.* tiam huic flumini antiqua illa urbs novo nomine *Marleborow*, olim *Marleberge*, in collis declivi *Marlebo-* ab ortu in occasum protenditur. An hoc recen- *row.* tius factum fuerit nomen à *Marga*, quam *Marle* *Marle* nostra lingua dicimus, & ad agros stercorendos *quid.* utimur, non faciliè dixerim. certè subjacet colli ex calce albicanti, quam majores nostri, an tequam hoc nomen *Chalk* è calce Latinorum sunt mutuati, *Marle* dixerunt.

Hæc Provincia nullum (quod sciam) Comi- *Wiltonia* tem ante Richardi II, tempora habuit, qui *Comites.* Guilielmum *Le Scrope* eò honoris extulit, sed cum ille regno exturbatus, hic capite mulctatus. Nec multis post annis successorem habuit *Iacobum* *Butlerum* *Ormundiæ* Comitem, ab Henrico VI. evedctum. Inde hunc titulum Ioannes *Stafford* minor *Humfredi* *Ducis* *Buckinghamiæ* filius beneficio *Edwardi* *III.* accepit, cui successit filius *Edwardus*, sine liberis defunctus. Eundem honorem postea contulit *Henricus* *VI.* *Henrico* *Stafford*, qui & ipse sine prole diem obiit. Demum

utpote quæ crebris interscissa æstuarijs mercaturis faciendis admodum opportuna. Ab Occidentali hujus Provinciæ limine exorsus, primum oram maritimam, & quæ effunduntur flumina, deinde interiora perambulabo.

Juxta occidentalem limitem alveû placidè agit *Avena*, & ubi primum hunc agrum influit, *Cerdici* est vadum, olim *Cerdicksford*, nunc contracto vocabulo *Chardford*, à Cerdico bellicoso Saxone denominatum. Inde verò delabatur per *Regne-*

wood, sive Ring-wood, quod *REGNUM* fuisse *Regne-*
Ringwood. gnorû opidum, cujus meminit Antoninus, tum itineris ratio, tum nominis reliquæ & significatio fidem faciunt: *Ring-wood* enim Saxonica adjectione *Regnorum sylvam* significare videtur. Magni nominis olim fuit, nunc tantum rerum venalium foro est celebre. Hinc digressus *Avena* excipit *Stour* fl. ubi ad confluentes interfidet emporiolum frequens, hodie ab æde Christo sacra

Christ-
church.

Christ-church, olim *Twinanburne*, eodem planè sensu quo Italiæ *Interamna*. Sub hoc *Stourus* & *Avena* uno conjuncti ostium in mare effunduntur, quod. Ptol. Alauni fluminis ostium dixit.

Ad hujus ripam Orientalem *Guilielmus Normannus* opidis, villis, & sacris ædibus longè lateque excisis, miserisque incolis ejectis, omnia per triginta plus minus in ambitu milliaria, in ferarum lustra, & saltum redegit, quem nos *Newforest.* *Newforest*, Angli illo sæculo *Ytene* dixerunt. Verum ne tantus ad mare terrarum tractus, quantum hic saltus est, præsidio nudus, & hosti expositus jaceret, *Henricus VII.* munitionibus armare cœpit. In lingulâ enim longius prominente,

ze, unde brevissimum in *Vectam* insulam trajectus, *Hurst* castellum extruxit, quod mari cir. *Hurst-cast.* cumquaque minatur. Magisque ad Ortum alterum etiam propugnaculum excitavit, *Calshot* vocant, ut *Southantoniensis* portus ingressum tueretur. Hic enim retractis magno recessu littoribus, & *Vectæ* insulæ objectu portus fit egregius, quem Ptol. *Trisantonis* fl. ostium vocat, ut mea quidem fert opinio, pro *Traith Anton*, id est *Trisantonis* est, æstuarium *Anton*. flumen enim quod hodie fl. *Ostium.*

Test, olim *Ant*, vel *Anton* dictum fuisse, *Antport*, *Andouer*, & *Hanton* opida quæ incumbunt, quodammodo loquuntur. Cæterum huic portui imponitur *Southanton* urbecula duobus fluminibus interposita, ædificiorum frequentia & elegantia celebris, civium fortunis, & mercatorum concursu opulenta, duplici fossa, mœnibus validis, crebris interpositis propugnaculis circumseptâ. Ad portus tutelam castellum è quadrato saxo, aggregata in magnam altitudinem mole, exurgit, à *Richardo II* constructum. Memorabile est illud potentissimi *Canuti Regis Angliæ & Daniæ* factum, quo assentatorem, qui omnia ad Regis vultum & nutum converti asserebat, hoc in loco repressit. *Sedile suum* (ut inquit *Canuti Regis Huntingdonensis*) in litore maris cum ascenderet, *stagnis chœreâ.*

tui jussit. dixit autem mari ascendenti, tu mea ditionis es, & terra in qua sedes, mea est, nec fuit qui impunè meo resisteret imperio. Impero igitur tibi ne in terram meam ascendas, nec membra dominatoris tui madescias. Mare verò de more conscendens pedes Regis sine reverentia madescit. Ille igitur resiliens, ait. Sciant omnes habitantes orbem, vanam & frivolum regum esse potentiam, nec regis

regis quempiam nomine dignum præter eum, cujus nuda eccliam, terra, & mare legibus obediunt æternis: nec unquam postea sibi coronam imposuit, &c.

Fluminum illorum, quibus hæc urbecula interponitur, occidentale, nunc *Test*, olim ut opinamur, *Anton*; è *Chute* saltu exorians, primum *Andouer* adit, Saxonice *Andeasayan*, id est *Andi tractus*. Inde haud procul à *Worwell* defluit. Post-

Wallop familia.

ea admisso amniculo à *Wallop*, vel rectius *Well-hop*, unde insigni illi Equestri familiæ de *Wallop*, quæ juxtà habitat, nomen inditum, *Brige*, vel *Brage*, vetustum item opidum ab Antonino ad IX. à *Sorbioduno* lapidem collocatum *Testus* quaerit, ad quam distantiam inter *Sarisburiam* & *Wintoniam* *Broughton* viculum rusticum haud procul à sua ripa invenit, qui si *Brage* non fuerit, tunc eradicatum credimus, cum omnia hoc in loco complanaret *Guilielmus Normannus*, ut saltum, quem dixi, conficeret. *Rumsey* deinde, Saxonice *Rumseg*, invisit hic fluvius, & mox in portum *Antonensem* fertur ad *Arundinis vadum*, quod *Beda* dixit, & *Redford* interpretatus est, nunc autem *Redbridge* dicitur. Alterum flumen quod ad Orientalem Southantonis partem effluit, *Alre* dictum videatur, *Alreford* enim, id est *Alrei vadum*, mercatorium opidum dicitur, ad ejus ripam, non procul à lacu è quo profluit. Huic

Tichborn.

Tichborn finitimum est, quod clarum & vetustam familiam suo nomine insignivit.

Hujus fluminis ripæ occidentali imponitur *Wintonia*, clarissima Britannicorum Belgarum civitas, vulgò *Ptol.* & *Antonino Venta Belgarum*, Britannis etiamnum *Caer Gwent*. Saxonibus olim *Wintan-*
cesit

cester, vulgò Latinorum *Wintonia*, nobis hodie *Wintchester*. Hujus etymon alij aliunde petunt, mihi potior videtur *Lelandi* nostri opinio, qui à *Guin*, sive *Guen* Britannorum, id est albo deducit, ita *Caer Guin*, Albam urbem significet. Hæc etenim *Venta*, uti & alia duæ ejusdem cognominis, in solo excretâ & argillâ albicanti collocatur. Vrbis proculdubio Romanis sæculis insignis, ut pote in qua textrina sua sacra Imperatores Romani habuisse videntur. In Notitiarum enim libro, Procurator *Cynebij* in *Britannis Ventensis* memoratur, ubi *Iacobus Cujacius Gynæcij* legit, & sacrum textrinum interpretatur. Procuratorem tamen illum canes Imperatoribus hic curasse existimavit *Wolphgangus Lazius*. Et canes sanè nostri primas inter Europæos omnes *Canes Britannici*. usque adeo ut, *Strabone* teste, nostri canes milites essent, prisci quæ Galli etiam in bello uterentur, & Amphitheatralibus illis alijsque Romanorum venationibus expeterentur. Erant enim (auctore *Strabone*) ad venationem naturalis præstantes facultate. Ipsum quoque *Agasæum* nostrum, quem etiamnum *Agasæ hound* hound, vocamus, norunt, & in pretio habuerunt antiqui illi Græci. quod *Oppianus* in primo *Cyngeticorum* tibi dicet. *Claudianus* etiam de canibus nostris villaticis.

Magna que tavorum fracturi colla Britanni.

Quæ urbis fuerit his superioribus annis facies non facile quis dixerit. Nostra ætate satis est frequens, fluminis divortijs irrigua, ab ortu in occasum porrectior, mille quingentos plus minus passus ambitu intra mœnia colligit, quæ sex portis

*Episcopi
Wintonien-
ses.*

portis patent, longioribus ad unamquamque
procurentibus suburbijs, In media ferè urbe
Kenelwalchius occidentalium Saxonum Rex, pri-
mum (ut inquit Malmesburienfis) *Deo templum pu-*
suit, quo loco posteritas in sede Episcopali fundanda, ejus
augustiori primo, per eadem tamen cucurrit vestigia.
Huic sedi jaminde à Wina, quem Kenelwalchi-
us ille primum instituit Episcopum, præfuerunt
Episcopi non minùs opulenti & honore, quàm
sanctimonia clari, Archiepiscopi scilicet Can-
tuariensis peculiari quadam prærogativa Can-
cellarij, & Georgianis Equitibus jamdiu à sa-
cris, qui subinde magnis impensis hoc templum
instaurarunt. Ad orientalem hujus Ecclesie
partem Episcoporum palatium amplissimum,
Wolvefeij dictum, quod in australi suburbio Col-
legium elegans è regione prospectat, quod
Guilielmus *Wickham* hujus sedis Episcopus, ma-
ximus inter Anglos bonarum litterarum pater
& patronus, in scholam construxit, è qua felici-
simum est doctissimorum in Remp. & Ecclesi-
am proventus. In hoc enim *Guardianus, Socij* de-
cem, *Scholarcha* duo, & *Scholastici* 70. alijsque
nonnulli honestissimè aluntur.

*Comites
Wintoniæ.*

Quod ad Wintoniæ Comites spectat, Ioannes
Rex Sacrum *Quincij* Wintoniæ Comitem dixit. Illi
successit Rogerus filius, qui sine liberis mascu-
lis diem obiit. Longo inde tempore interla-
bente, Hugo *Le Despencer* eo titulo à Rege Ed-
wardo II. tantùm ad vitam donatus. Satis lon-
go deinde intervallo Edwardi III. beneficia
Ludovicus Brugensis Belga Baro de *Gruyibus*
& Princeps *Steenhusie*, qui eum patria profu-
gum

gum in Belgio foverat, hunc titulum cum infi-
gnibus Rogeri *Quincij* non dissimilibus acce-
pit, quem, defuncto Edwardo, Henrico VII. in
manus reddidit. Nostra verò memoria Guiliel-
mum *Powlet*, Angliæ Thesaurariù, novo *Mar-*
chionis Wintoniæ titulo honoravit Edwardus
VI. quo etiam ejus posteri nunc fruuntur.

A Venta magis ad Ortum *Hamble fl.* vasto ore
in Oceanum profunditur, qui ut habet Beda, per
terras Iutarum *Solente* intrat, sic enim illi voca-
tur fretum, quod *Vectam Insulam*, & *Britanni-*
am interluit, in quo statis horis ætus recipro-
catio utrinque ex Oceano magna violentià ir-
rumpens, & occursans, tantam admirationem
antiquis illis fecit, ut in miraculorum Britanniae
numerum retulerint. In hoc fretum etiam
evolvitur fluviolus qui propè *Warnford* ortus
transit inter *Fovejas de Waltham*, & *Bere*, per *Tich-*
feld, primariam sedem *Witheoscorum* *Sour-*
hantoniae Comitum. Inde flexuoso anfractu
statim retrahitur litus, sinumque Insula quæ
Portsey dicitur, efficit. Hæc 14 plus minus millia-
ria ambitu colligit, falsis aquis intumescente
æstu circumflua, ex quibus *salem* coquunt, &
ponte continenti conjuncta. In ea ad ingredi-
entis sinus fauces opidum majores posuerunt,
indeque *Portsmouth* dixerunt, id est *Portus ostium*, *Port-*
quod inardescente bello frequens est, aliàs in-
frequens, Martique potiùs & Neptuno, quàm
Mercurio studet.

Hinc à *Portes-bridge* circumacto littore vidi-
mus *Havant* mercatorium opidulum, et in proxi-
mo *Warblington* speciosas ædes equestris Familie

- Cottoni.** *Cottonorum.* Quibus præjacent duæ Insulæ, altera *Haling* dicta, altera *Tornhey*, & utraq; suam habet Ecclesiam parochialem. Pluribus per hoc littus locis, ex marinis aquis affusis sal conficitur colore subpallido & viridi; quem certo artificio in candidissimum excoquant. Interiùs à mari *Meanvari* incolunt, quorum sedes, nomine vix immutato, hodie in tres Centurias divisa, *Meanborow*, *Eastmean*, *Westmean*. inter quas collis editus attollitur, amplo vallo in summitate circumductus, & *Old-winchester* dictus.
- Segontiaci.** His finitimi *Segontiaci* illi, qui se *Cæsari* dederunt, in Centuria de *Holesbor* confederunt: in qua cernuntur *Aulton* forum, & *Basingstoke* forum non infrequens, quod Sacellum perpulchrum ostendit Spiritui Sancto sacratum à Guilielmo primo Barone *Sandes*, qui ibidem sepultus. Sub hoc, *Basing* ad Ortum adjacet Dominis suis cognomine. Inde *The Vine* visitur, Baronum de *Sandes* mansio nitidissima, à vitibus denominata, quas in Britannia ex Probi Imp. tempore, umbraculi magis quam fructus gratia, habuimus. Huic in Ortum brumalem vicina est *Odiam* regijs nunc ædibus superba, & *Davidis* II. Scotorum Regis carcere nota.
- Vindonim, Silcester.** Superius inter hos *Segontiacos* ad septentrionalem agri limitem locum habuit olim *Segontiacorum* civitas *Vindonum*, quæ suo nomine exuto, gentis induit. *Caer Segonte* enim à Britannis vocabatur, id est *Segontiacorum civitas*, nos hodie *Silcester* vocitamus. Hac urbe *Arthurum* nostrum bellicosum inauguratum produunt Historici nostri, nec multò post diruta concidit, vel

Saxo.

Saxonum bellis, vel cum *Adelwolfus* infenso in *Edwardum* Regem fratrem animo, prædatorijs *Danorum* globis adjutus hanc regionem ad *Basingstok* usque depopularetur.

Magis ad septentriones in ipso ferè hujus Comitatus limite vidimus *Kings-deare* mercatum nunc satis frequentem, *Sidmanton*, equestris familia *Kingsmillorum* habitationem, & *Burg-deare* colli edito subiectum, in cujus summitate vallum militare (cujusmodi nostri *Burgh* vocitarunt) fossa magno ambitu circumducitur, unde cum in subiectas regiones longè hinc inde pateat prospectus, specula constituitur, ut accenso igne hostium adventus circumvicinis indicetur. Hujus generis speculas nostro sermone *Beacons* ab antiquo verbo *Beacniam*, id est signo indicare vocamus.

Hic ager Comites admodum pauculos numerat. Primis Normannorum temporibus, *Beacons*, five *Beavosius* Anglus hoc titulo usus est, vir bellica laude florentissimus. Iam inde ad *Henricum* usque *III.* *Southanthoniensis* Comes nullus legitur. Ille verò *Guilielmum Fitz-wiliams* jam grandævum, & *Southantonensem* Comitum, Angliæ *Thalassiarum* designavit. Quo statim sine prole mortuo, *Edwardus* sextus eundem honorem *Thomæ Writheosley* Angliæ Cancellario detulit, cujus è filio *Henrico* nepos *Henricus* eodem hodie lætatur, qui in primo ætatis flore præsidio bonarum litterarum & rei militaris scientia nobilitatem communit.

Habentur in hoc agro *Paræcie* 253.

Opida mercatoria 18.

Nomen.

AD hunc Southantonienſem Comitatum ſpectat Inſula quæ ad Auſtrum longè porrecta objacet, Romanis olim *Vectæ*, *Vectis*, *Victeſi*, Ptol: ΟΥΙΚΤΗ ΖΙΣ, Britannis *Guib*, Angloſaxonibus *Witland*, & *Witb-æa* (Inſulam enim *Es* vocarunt) nobis hodie *The Iſle of Wigt*. Tam modico autem interfluente Euripo, *Solent* olim dicto, à cõtinente Britanniæ ayulſa eſt, ut co hæſiſſe videatur. Ex hac ſitus vicinitate, & nominis aſſinitate *Vectam* hanc, *Iſtam* eſſe opinari licet, quæ (ut habet *D. Siculus*) maris fluxu inſula videbatur, at cùm refluxiſſet, exciſcato interjecto littore, Britanni priſci curribus eò ſtannum devehere ſolebant, quod in Galliam exportaretur.

Situs & forma.

Solum.

Hæc inter Ortum & Occaſum lenticulari ſive ovali figura 20 mill. paſſ. longitudine, latitudine verò, in medio quæ maximè patet, 12. mill. paſſ. expanditur, altero latere ad *Boream*, altero ad *Auſtrum* converſa. Terra (ut mare piſcoſiſſimum taceam) eſt uberi gleba, & colono admodùm gtata, ad eò etiam ut fruges exportet, cuniculorum, leporum, perdicum & phaſianorum paſſim ferax; ſaltum etiam & vivaria duo habet, damis ad venationis voluptatem reſerta. Per medium longo tractu procurunt colles, qui ovibus pabula affatim profundunt, quarum lanæ poſt vellus *Lemſterianum* & *Cortefwoldianum* optimæ habentur, & imprimis pannarijs expetuntur, unde maximum ſurgit incolis lucrum. Pars ſeptentrionalis præris, paſcuis, & ſylvis viret: auſtralis frumentarijs quaſi tora jacet campis, ubique foſſis & ſepibus intercluſa. Bedæ ætate mille ducentarum familia.

familiarum cenſebatur, nunc triginta ſex opida, vicos & caſtella numerat, quæ quod ad Ecclèſiaſticam juridiſtionem ſpectat, Episcopum Wintonienſem, quod ad civilem, Comitẽ Hantonienſem reſpiciunt.

Loca verò celebriora ſunt *Newport* primarium Inſulæ emporium. olim *Medena*, & *Novus burgus de Meden*, unde tota regio in *Eastmeden* & *Westmeden* dividitur. *Caeres-brok* vetus caſtrum in ipſo Inſulæ umbilico. *Brading* alterum opidum mercatorium, *Newton*, & *Yarmouth*, quæ ſuos habent Majores, & Burgenſes ad Comitã Parliamentaria mittunt. *Godſ-bill*, ubi ad ingenia excolenda ſcholam inſtituit *I. Worſley*, & ad Ortum æſtivum *Sandham* caſtrum tormentis majoribus, ut cætera, inſtructum. Nec naturæ defendentis munimenta deſunt, rupibus enim abruptis continua quaſi ſerie præcingitur, ſublun- que occulta ſaxa, & præjacent ubique ſcopuli navigantibus inſeſti. Siquis vero locus ad ex- ſcenſionem faciendam patere videtur, adactis palis veteri inſtituto præcluditur. Verumenim- verò nec his rupibus, nec illis propugnaculis ita armatur ut ſuis incolis, qui natura bellicoſiſſimi & promptæ audaciæ, operã & curã Inſulæ Capitanei ita ad robur & virtutem militarem aſſidua exercitatione confirmantur, ut quæcunq; in bello evenire poſſunt accuratè pernoſcant. Hujusmodi militum ipſa Inſula quatuor millia ſub ſignis educere poteſt, & in omnia momenta tria millia exercitatiſſimorum ex Comitatu Hantonieſi, et duo millia ex Wintonieſi, qui ſemper ſunt præſtò, ad Inſulam defendendam ſunt aſſignati.

Newport.

Incole.

Domini Insulae Vectae. Quod ad Dominos attinet, postquam Guilielmus Fitz-Osbern Guilielmi Bastardi Marecallus, & Comes Herefordiae, qui Insulam conquiritur, primusque Vectae Dominus fuit, statim bello Flandrico occisus, filiusque Rogerus in exilium projectus esset, in regiam potestatem devenit, Henricusque primus Rex Angliae Richardo de Ridvers Devoniae Comiti hanc Insulam donavit, & simul *feodum villa* Ecclesiae Christi. Verum filius ejus Baldwinus turbulentis Regis Stephani temporibus, cum tot erant in Anglia tyranni, quot Castellorum Domini, hinc à Stephano fuit exturbatus. Posterius ejus tamen avitum jus recuperarunt. Tandem verò Isabella vidua Guilielmi de *Fortibus*, sororque & haeres Baldwini ultimi Devoniae Comitis ex hac familia, agrè exorata, omne jus suum in Regem Edwardum I. per *Chartam* transcripsit. Iam inde insulam tenuerunt Reges Angliae, atque Henricus de *Bello-campo* Comes Warwicensis à Rege Henrico V I. cui charissimus erat, *coronatus est in Regem de Wight, & postea nominatus primus Comes totius Angliae.* Sed cum illo novus hic & insolitus titulus omninò evanuit. Postea Richardus *Wide-vile* Comes de Rivers ab Edwardo IIII Dominus Insulae Vectae salutat, & Reginaldus Bray ab Henrico VII. cui in delicijs erat, in firmam (sic Iurisperiti loquuntur) pro trecentis marcis annuatim persolvendis, accepit.

ATTREBATIO.

Belgis finitimi, uti in Gallia, ita in Britannia *Attreatij*, quo nomine nunc antiquato, eorum

rum sedes *Barkshire* vulgò appellatur. In confesso enim sit, cum è Gallia Belgica advenas maritima Britanniae occupasse, regionumque suarum nomina retinuisse prodat Caesar, hos nostros Attreatios è Galliae Attreatibus huc demigrasse, qui Galliae maritimam partem ad Sequanam tenuerunt, regionem scilicet quae nostris Attreatijs è regione quodammodo objacet. Vnde Attreatij hi dicti controversantur, nobis satis sit indicasse, unde in Britanniam venerint, in nominis rationem inquirant alij.

BARKSHIRE.

Ager ille, qui nobis *Barkshire*, Latinis *Berche-Nomen.* *Aria*, Anglosaxonibus *Berrocscyre* quondam dicebatur. Quod nomen à quadam *lyva Berroc*, ubi buxus plurima, deducit Asserius Menevensis, alij à quercu nudata, hoc enim *Beroc* denotat, ad quam difficilioribus reipubl. temporibus incolae olim suis de rebus consulturi convenire solebant. Septentrionalem hujus *Confinia.* partem *Isis*, qui postea *Tamisis*, flexuoso, sed amœno admodum blandus alveo perfundit, & primum ab Oxoniensibus, postea à Buchingamiensibus secludit. Australem partem, qua Southantoniam Comitatum prospectat, irrigat Cunnatio fl. donec Tamisi se inferat. Ad occasum, *Solum.* quae Wiltoniam attingit, & latior est, ut etiam in parte media, suarum opum satis prodiga, & frumenti ferax, praesertim ubi in vallem subidet, quam nescio à qua albi equi forma in candicanti colle imaginata, *The Vale of whitehorse* L 5 vocant.

vocant. Orientalem autem partem, quæ Surrejæ confinis, plane sterilescentem vel certè glèbâ minus fertili, saltus & sylvæ longè lateque occupant.

In Occidentalilimitre propè ab Iside, *Fayendon* est superiore situ, nunc foro, quondam muniti-
one quadam celebre. Hinc Isis magno in Se-
ptentriones flexu eluctatus minoris famæ vicis
affunditur plurimis, donec reductus, & di-
vortio ludens *Abbandoniam* pervenit, opidum sanè
elegans, & frequens, *Sheovesham* primùm An-
glo-saxonibus, inde *Abbandune* dictum, ab Ab-
batia proculdubio, potiùs quàm Abbato Hiber-
nico nesciò quo heremita, ut quidam scrip-
serunt. Cissa enim Occidentalium Saxonum
Rex monasterium, sive Abbatiam hic constru-
xit, quod cum Danico turbine, quasi subito esset
prostratum, revaluit statim Eadgari regis bene-
ficientiâ, & postea Normannorum Abbatum o-
perâ in eam magnificentiam paulatim excrevit,
ut inter Britannicæ monasteria cum opibus, tum
amplitudine, vix secundis acquiesceret. Opi-
dum verò etsi diu monasterio innixum fuerit,
ab anno tamen salutis 1416, quo Isidem ponti-
bus conjunxit Rex Henricus Quintus, & regiam
viam compendiò huc deflexit, ita frequentari
cœpit, ut inter hujus agri opida primaria cen-
seatur, Majorem habeat, madefactoque illo re-
germinanti hordeo, quod *Byne* Græci, nos *Moult*
vocamus, magnum quæstum faciat.

Juxta *Abbandoniam* *Ork* fluviolus in Isidem
placide infertur, qui in valle illa de *Whitehorse* ex-
oritur vix uno & altero milliari à *Kingston-Lisle*,
quæ

*Abbandun-
ne, sive A-
bington.*

*Byne,
Moult.
Kingston-
Lisle.*

quæ olim possessio Warini de Insula, sive *Liste*
Baronis inclyti. Quo titulo Elizabetha Regina
Ambrosium *Dudlej* natalibus restitutum, prius-
quam Warwici Comitem crearet, eodem die
cohonestavit.

Isis *Abbandonia* digressus statim ab Oxoni-
ensibus Tamam recipit (de quo aliàs) & nunc
Tamisis composito vocabulo dictus, primùm *Sino-*
dun collem editum & fossa profunda munitum
invisit, qui aratro proficiscus Romanorum num-
mos vetustatis indicia effundit.

Hinc *Tamisis* primariam olim *Attrebatiorum*
urbem petit, quæ Antonino *Gallena* *Attrebatum*, *Gallena*,
Ptolemæo *Gallena*, ita enim utrobique legen-
dum, non *Galleva*, ut perperam editur. Sic ere-
nim Britannicè dictum arbitratus sum, quasi
Gual ben, id est vallum antiquum. Quo nomine
retento, & ob vadum in flumine, *Forde* adjecto,
Gualenga ford, & *Wallengaford* Angli olim voca-
runt, & nos hodie contractiùs *Wallengford*. Mœ-
nibus olim obvallatum erat, quæ ut ex eorum
tractu videre est, mille passus ambitu college-
runt. Castrum ad flumen sedet amplum sanè, &
quondam valdè munitum. Incolæ constructum
à Danis credunt, ego potiùs à Romanis aliquid
hic positum, à Saxonibus postea & Danis exci-
sum judicarium, demumq; sub Guilielmo Primo
denudè revixisse. Quo tempore Wigodum An-
gulum Dominum suum agnovit *Wallengfordia*. *Domini*
Pace autem omni Angliæ exoptatissima hoc in *Walleng-*
loco confecta, & composita illa de regno inter *fordia*.
Stephanum, & *Henricum II.* gravissima dissen-
sione, in sacrum Regis patrimonium hic Honor
Walleng-

Wallengfordiæ devenit. Postea tamen spectavit, Henrici III. tempore, ad Comites Cestriæ, & deinde ad Richardum Romanorum Regem, & Cornubiæ Comitem, ejusque filium Edmundum, quo sine liberis sublato, in sacrum Coronæ patrimonium recidit, Cornubiæque Ducatui adjunctus fuit, ex quo quodammodo contabuit. Et certè sub id tempus hæc Gallena ita affiduis funeribus fuit exhausta, ut cum prius frequentissimè habitaretur, & 12 aedes sacras numeraret, nunc tantum unam & alteram ostendat. Sed hanc solitudinem referunt incolæ potius ad pontes Abbendonix, & Dorcestriæ constructos, quibus regia via fuit flexa.

Hinc in Austrum inter latissimos utrinque agros placidissimè fertur Tamisis per *Moulford*, quod Rex Henricus I. dedit Giraldo filio Walteri, à quo profluxit inclyta familia de *Carew*. Nec procul abest *Aldworth*, ubi sunt sepulchra, & effigies justo majores impositæ, quas inde, ut Gigantum, vulgus imperitum demiratur, cum fuerint tantum Equestris familiæ *Dalbeche*, quæ hic habuit castrum. Tandemq; Tamisis Cunetionem obvium habet, qui in primo aditu, cum Wiltonienses reliquerit, *Hungerford*, olim *Ingleford Charnam-street* dictam, subluit, opidulum tenue, & humido situ, quod amplissimè tamen familiæ Baronum de *Hungerford* & nomè & titulum fecit, è qua ille Walterus, quem Rex Henricus VIII Baronem *Hungerford de Heytesbury* creavit, & postea infandi criminis condemnavit: liberos tamen ad omnia, præter Baronis dignitatem, R. Maria restituit. Inde defluens Cunc-

Aldworth

Hungerford

Cunetio inter *Hemsted Marshal*, quod olim ad Marescallos Angliæ spectavit, & *Benham Valence*, SPINAS vetustum illud opidum adit, cujus *Spene*. Antoninus meminit, quod hodie nomine superstite *Spene* dicitur, verum nunc pro opido viculus est minimus, vix mille pass. à *Newburij* celebri opido, quod ex ejus ruinis originem reperit, ædificijs cultuque spectabile, & lanificio opulentum, situ percommode in campestri planitie, & Cunetione sive Kenetto flumine interfulum. Quod quidem hinc pergit, & *Lamborn* rivulum recipit, qui ad fontes opidulo mercatorio suum nomen impertit. Inde subluit *Dunnington*, quod alijs *Dunnington* dicitur, castellum exiguum, sed elegans nemorosi collis supercilio prospectu amœno positum.

Cunetio jam longo confecto cursu per *Aldermaston* in Tamisum tandem illabitur, statim ac *Reading* magnâ partè suis divergijs amplexus est. *Reading* verò urbecula, sive opidum, Anglo-Saxonice *Rheadijge*, à *Rhea*, id est flumine, vel à Britannica dictione *Rhedin*, quæ filices denotat, hodie platearum elegantia, ædium splendore, sua opulentia, & lanei panni texendi gloria cæteris huius agri opidis præcellit. In cujus vicinia templum magnificentissimum monachis construxit, magnisque redditibus locupletavit Rex Henricus Primus. In quo sepultus erat ipse conditor Henricus una cum filia Matilde, quæ perinde ac Lapedo illa Lacedæmonia, cujus Plinius meminit, Regis filia, Regis uxor, Regis mater fuit. Hujus scilicet Henrici Primi regis Angliæ filia, Henrici III Germaniæ Imperatoris

Spene.

Newburij.

Reading.

ris

ris uxor, & Henrici II regis Angliæ mater.

¶ *al. Ortu* Qua de re accipe distichon tumulo inscriptum,
magna, vi- & meo sanè iudicio, Musis faventibus natum.
ro major,

¶ *Magna ortu, majorque viro, sed maxima partu,*
Hic jacet Henrici filia, sponsa, parens.

sed maxima
prole,

De nugis
Curial.

lib. 6. c. 18.

Et partu quidem illa maxima, & longè felicissima fuit, Henricus enim I. ejus filius, ut scripsit, qui tunc vixit Ioannes Sarisburiensis, & primus tam amplitudine rerum, quàm splendore virtutum. Sed ecce veterem in ejus mortem versiculum, qui uno verbo & patris Henrici, & filij Regis Richardi I. gloriam plenè complectitur.

Mira cano, Sol occubuit, nox nulla secuta est.

Tantum enim abest, ut Richardus noctem intulerit, ut Angliam nostram suis in Cypro & Syria victorijs clarissimè illustraverit. Monasterium hoc jam in regias ædes conversum est, quibus Equile pulcherrimum adjunctum, regijs & generosissimis equis refertum. Sed hoc de loco audi etiam Poëtam describentem Thamisim hic præterlabentem.

Principis hic Zephyro Cauroque parentibus orti

Cornipedes crebris implent hennitibus auras,

Et gyros ducunt, gressus glomerantque superbos,

Dum cupiunt nostri Martis servire lupatis.

Hæcine sed pietas? heu dira piacula! primus

Neustrius Henricus situs hic, inglorius urna

Nunc jacet ejectus. tumulum novus advena querit

Frustrâ. nam Regi tenues invidit arenas

Auri sacra fames, Regum metuenda sepulchris.

Quingentis vix à Redingo passibus Cunetio Tamisi

missi confociatur; qui jam latior in Septentriones spaciatur per *Sunning* viculum, unde parum abest Laurentij *Waltham*, ubi vetustæ arcis radices videre est, & Romanorum numismata sæpius effossa. Inde *Bislibam*, nuncontractè *Bis-*
ham, præterit Tamisim, patrimonium Domini *D. Edwardi*
Edwardi Hobey Equitis clarissimi, & mihi inprimis observandi. Bis hamo jam relicto, se reducit Tamisim ad opidulum superiori sæculo *Sout-*
Mayden-
healington dictum, hodie *Mayden head*, à cultu capitis nescio cujus virginis Britannicæ ex undecim illis millibus, quæ dum *Vrsula* duce in patriam Româ redirent, juxta *Coloniã* Germanicæ, ab *Attila* illo Dei flagello martyrio affectæ fuerunt. Nec hoc vetustæ est memoriæ, sed postquam hic pontem construxissent sublicium, diversoriis florere cœpit, & matri suæ vicinæ *Bray* prælucere, quæ longè tamen antiquior. Hanc *Bibrocas*, qui se in Cæsaris fidem permiserunt, tenuisse olim quidni credam? Nominis reliquæ *Bray*,
superflua clarissima, Bibracte Gallicæ etiam nunc *Bibroci*.
 in *Bray* contrahitur, & non procul hinc Cæsar Tamisim cum suis transmisit, quo tempore populi illi se ipsi dederunt.

Inter hos *Bibrocas* floret *Windsore*, Saxonice *Windfor*. (à flexuosa forsitan ripa) *Wyndleshora*, ut in Chartis *Edwardi Confessoris* concipitur, qui *Westmonasterio* concessit. Sed *Guilielmus Normannus* ad se retraxit. Sic enim habet ejus *Charta*. Cum consensu & favore venerabilis *Abbatis Westmonasterij*, conventionem feci de Regia possessione *Windlefora*, pro qua *Wokendune* & *Ferings* concessi. Situm certè amoeniorem sedes Regia vix habere

re possit. clementer enim ex edito colle. jucundissimo in orbem fruitur prospectu. à fronte vallem despectat longè lateque procurrentem, arvis distinctam, pratis viridantem, nemoribus hinc inde vestitam, & placidissimo Tamisi irriguam. à tergo colles passim exurgunt, nec asperi, nec præalti, saltibus coronati, & venationi à natura ipsa quasi dicati. Hac loci amenitate pellecti Reges, sæpissimè huic secedunt. Et hic natus est Edwardus III. Rex potentissimus, qui & castrum quasi urbis æmulum fossis & propugnaculis ex quadrato saxo munitissimum de integro construxit, statimque debellato Gallo, & Scoto, Ioannem Regem Gallia, & Davidem Scotia in hoc captivus uno eodemque tempore tenuit. Dividitur hoc castrum in duas areas, quarum exterior in ipso primo ingressu templum habet augustissimum B. Mariæ Virgini, & Georgio Cappadoci ab Edwardo III. consecratum, sed ad eam quã nunc cernitur magnificentiam ab Edwardo IIII. perductum. Hic Edwardus III. ut militare virtutem honoribus præmijs atque splendore decoraret, nobilissimam conscripsit Equitum auratorum societatem, quos (ut aliqui produnt) ob Perisclidem suam in prælij, quod feliciter cessit, tesseram datam, *Garterij*, sive *Perisclidii* Equites nominavit, qui cœrulea perisclide aureis litteris Gallicè inscripta, *Hony soit qui mal y pense*, sinistram tibiam paulò infra genu substringunt, & aurea fibula in concordia symbolum tanquam vinculo arctissimæ societatis connectunt. Alij tamen ad perisclidem, sive *Garterium* Regina, vel potiùs

*Equestris
Garterij
ordo.*
1350.

Ioannæ

Ioannæ Comitissæ Sarisburia eximia pulchritudine fœminæ referunt, quod ipsi choreas agitantanti decidit, & Rex è terra sustulit, ridente nobilium multitudine adstante, & illo respondente, futurum ut brevi summus honor ejusmodi perisclidi haberetur. Sunt etiam qui hujus Ordinis inventionem multò antiquiorem faciunt, cum ad Regem Richardum I. referunt, Edwardumque tantum reduxisse credunt: quàm verè nescio. Cæterum in hanc societatem potentissimi quique orbis Christiani Principes cooptati, instar maximi honoris duxerunt, & jam à prima institutione in hunc Ordinem, qui è XXVI. Equitibus constat, Reges adscripti fuerunt plus minùs XXII. præter Angliæ Reges, qui ejusdem Præsides, sive (ut vocant) *Supremi* habentur, ut Duces, & alios. maximi nominis taceam plurimos.

A sinistra templi aedes sunt Custodis, sive *De-Almes*
cani, & Præbendariorum XII. A dextra est *Knigtr.*
quasi Prytanæum, in quo aluntur emeritis sti- *Equites ele*
pendijs provectiori ætate Milites XII. honesti- *emosynarij*
ori loco nati, qui quotidie rubra tunica ad talos demissa vestiti, cui lacerna purpurea inducitur, sacris interesse tenentur, precibusque pro hujus Ordinis Equitibus apud Deum intercedere. Inter utramque aream interminet moles cui arx rotunda imponitur. Iuxta quam alia turris edita surgit *Winchester Tower*, à Gnilielmo Wickham Episcopo Wintoniensi, quem Edwardus III. operi præfecit, appellata. Castro subjacet ad Occasum & Austrum opidum satis magnum & frequens, quod ab Edwardi tertij

M

tem-

temporibus emicare, aliudque quod disunctus, & *Old Windsor* nunc vocatur, sensim evanescere cœpit. Nihil aliud hic memoria dignum, nisi quod è regione *Windsoræ* trans *Tamisum*, qui hic ponte ligneo conjungitur, *Actona* cernitur, & in ea Collegium egregium, ab *Henrico VI.* constructum, in quo præter Præfectum Socios octo, & Cantores, Scholares 60. gratuito aluntur, & Grammaticam docentur, & suo tempore ad *Cantabrigiensem* Academiam promoventur. verum hoc *Buckinghamiensis* agri censetur.

Reliqua *Attrebatiorum* regio quæ ad *Austrum* à *Windsorâ* patet, saltuosis nemoribus opaca, *Foresta de Windlesor* vulgò dicitur, villis rarior, quarum *Okingam* lanificio & sua magnitudine est notissima, teris autem innumeris ubiq; refertissima. *Foresta* autem quid sit, & quod eius etymon, si aves scire, nec rareris, habe tibi ex *Nigro Scaccarij libro*. *Foresta est tuta ferarum mansio, non quarumlibet, sed sylvarum, non quibuslibet, sed in locis, sed certis & ad hoc idoneis, unde Foresta dicitur quasi Feresta, id est ferarum statio.* Incredibile autem est quantum terrarum Reges *Angliæ* passim incultum jacere permiserint, & feris inclusis daverint, vel ut nostri loquuntur, *afforestaverint*. nec ego aliam fuisse causam, quam insanam, venandi studium, existimare possum. cum à *Danicis* usque temporibus quotidie plura loca in saltus redegerint, ad eosque conservandos durissimas leges, & præfectum, quem *Protoforestarium* dixerunt, imposuerint, qui saltuarias causas cognosceret, & vel morte, vel membri mutilatione

Collegium
Actonense

Windsor
Forrest.

Foresta
quid, &
vide dicta.

tilatione plecteret, si quis feras in aliquo saltu confecisset. Quæ cum nimis inhumana viderentur, magnas nonnumquam turbas excitaverunt, donec Baronum secessione extorta sit ab *Henrico III. Charta de Foresta*, in qua, antiquatis legibus illis severioribus, æquiores tulit, quibus qui intra *Forestarum* limites incolunt, etiam hodie tenentur. Duoque deinceps ad has causas instituti sunt *Iustitiarij*, quorum alter omnibus *forestarum* restis cis *Trentam* fluvium, alter reliquis ultra *Trentam* ad *Scotiâ* usque magna cum auctoritate præest. Hæc de *Barkshyre*, quæ hæcenus Comitatus honore insignivit neminem.

In hujus Comitatus complexu sunt Parochia 140.

Bercheria tabulam vide ad Comitatum *Oxoniensem*.

Quas hæcenus peragravimus regiones, *Danmoniorum* scilicet, *Durotrigum*, *Belgarum*, & *Attrebatiorum*, cum *Saxones* jam rerum in *Britannia* potirentur, in *Occidentalium Saxonum* regnum cesserunt, quod illi sua lingua *Wæstsa-xen-rie* dixerunt. Hi tandem in virili *Anglici* imperij ætate, *Saxonicam Heptarchiam* in *Monarchiam* redegerunt, quæ tamen postea *Regum* ignavia citò consenuit, facileque evanuit.

REGNI.

Proximè *Attrebatios* ad *Solem orientem* Regni, *Ptolemao* *RHEGNOI*, Regiones eas quæ nobis nunc *Sutrij*, & *Southsex* vulgò vocantur,

tur, cum parte Hantonensis agrī maritimā in-
 derunt. In etymo, quæ animū subeunt, tacit-
 us prætermittam, quia forsitan à veritate non
 fuerint: Saxonicaque recentiorum nominū
 originem libens amplectar, quam veritas ipsa
 persuadet. *Southsex* videlicet ab Australibus Sa-
 xonibus, & *Suthrey* ab australi ad flumen situ,
 hoc enim *Suth-rey*, denotare, nemo inficiari po-
 terit, cum *Overrhey*, ultra flumen in veteri Anglo-
 rum lingua significet.

S V T H - R E I I .

Nomen.

Confinita.

Solum.

S*Vhria*, Bedæ *Suthriona*, vulgò *Suthrey*, & *Sur-
 rey*, Saxonibus ab australi ad flumen situ *Suth-
 rea*, ab Occidua mundi plaga partim *Bercheria*,
 & *Southantonensi* Provincie, ab Austro *Susse-
 xia*, ab Ortu Cantio contigua, Septentrione
Tamisi fluvio perfunditur, & à *Middlesexia* diri-
 mitur. Regio est non admodum ampla, satis ta-
 men opulenta. Quæ *Tamisi* incumbit, & quæ
 campestris jacet planities, fruges mediocriter,
 & pabulum benignè producit, præsertim ad
 Austrum, ubi perpetua vallis in altitudinem de-
 pressa, *Holmsdale* olim à sylvis dicta, grata ne-
 morum, arborum, & pratorum varietate spe-
 tabilis decurrit. Colles hinc inde longo tractu
 surgunt, vivaria passim feris repleta, fluvij eti-
 am piscosi.

Chertsey.

Tamisis, ut ejus cursum secundo flumine se-
 quamur, statim atque *Bercherie* valedixerit,
Chertsey, quam *Beda* *Ceyoti insulam* dicit, nunc vix
 peninsulam, nisi hibernis aquis, allabitur. Hic ali-

aliquamdiu tumulus fuit sanctissimi Regis Hen-
 ricī VI. quem regno dejectum *Eboracensis* fami-
 lia sustulit, & sine ullo honore hic sepultura
 tradidit. Verum illi postea *Windleforam* tran-
 slato, & in novum *Mausolæum* illato, justa regio
 more fecit *Henricus V II.* sanctasque ejus vir-
 tutes tantoperè admiratus est (expressum enim
 erat Christianæ pietatis, & patientiæ exem-
 plum) ut cum *Julio II.* Pontifice Romano egerit
 de illo inter *Divos* referendo. Sed quo mi-
 nus hoc fieret, in causa erat Pontificis avaritia,
 qui pro Regis Apotheosi nimis magnam pecu-
 niæ vim exegit, ut videretur non Principis sancti-
 tati, sed auro honores illos delaturus. Sub
 hoc *Wey* fluviolus *Tamisi* infunditur, qui ex *Han-
 tonensi* agro effluit, ubi primùm *Suthrejam*
 pervenerit, *Feornham*, vulgò *Farnham*, à siliceto
 nominatum invisit. Inde per *Godelminge* haud
 procul à *Catteshull*, nec longè à *Loseley*, ubi venu-
 stas ædes familiæ Equestris *Mororum* intra robo-
 rarium vidimus, accedit *Guilford*, Saxonice *Gul-
 desford*, forum nunc frequens, & diversorijs niti-
 dum.

Guilford.

Longo hinc cursu in Septentriones *Wey* dela-
 tus, nihil memoria dignum videt, præter *Sutton*
 Equestris familiæ *Westonorū*. sedem, *Woking* ædes
 regias, *Pyriford*, & in proximo *Ockham*, unde
 magnus ille Philosophus *Nominalium* pater
Guilielmus de Ockham natus, & à loco deno-
 minatus. Vbi verò in *Tamisum* duplici ostio ex-
 oneratur, *Otelandes* regie ædes satis elegantes *Otelandes*.
 in vivario conspiciuntur, juxta quas *Cæsar Ta-* Vbi Cæsar
misum in fines *Cassivellauni* transmisit. hic unus *Tamisum*
 enim transmisit.

enim omnino locus erat, quo Tamisis pedibus, atque hoc agrè, transfiri olim poterat, quod ipsi Britanni Cæsari quasi prodiderunt. Ad alteram enim fluminis ripam magnæ Britannorum copix erant instructæ, ripa autem ipsa acutis sudi- bus præfixis munita, ejusdemque generis sub aqua defixæ flumine tegebantur. sed eo impetu Romani flumen ingressi sunt, cum capite solo ex aqua extarent, ut Britanni sustinere non possent, quin ripas demitterent, fugamque caperent. Hac in re falsum esse non possum, cum hic vix sex pedes flumen sit altum, cum *Cowaystakes* à sudibus hodie locus dicatur, cumque *Cassivellauni* fines à mari quod Orientalem Cantij partem alluit, ubi ille terram conscendit, circiter mill. pass. 80. faciat Cæsar, ubi trajectum statuit, & ad eandem sit à mari distantiam hic nos- ter trajectus.

Post pauca inde in Ortum milliaria in Tami- sim properat *Molis* rivulus totam regionem ab Australi limite permentis, qui collium demum objectu impeditus subterraneum meatum, qua- si talpa sibi aperit, unde nomen impositum vi- deatur, cum subterraneum illud animal *Mole* Anglice dicatur. Parùm à fontibus hujus flumi- nis abest *Gatton*, quæ jam vix viculus est, licet olim opidum fuerit celebre. In antiquitatis ar- gumentum Romanorum nummos effossos osten- dit, & ad Parlamentum duos mittit Burgen- ses, Inferius sedet *Rbie-gat*, quod amplitudine, quam structurâ est speciosius, ad australe latus vivari- um habens nemusculis condensum. Castrum ad Ortum eminet, nunc neglectum, & ævo ead- cum;

cum; sub quo Hypogæum mirificum arcuato o- pere, è friabili lapide, cujusmodi ipse collis est, magno labore excavatum vidimus. Inde *Molis* decurrit per *Bechwoorth* castrum, cui nundinarû jus ab Henrico VI. impetravit Thomas *Brown*. *Browni*. sedes enim est Equestris familiae *Brownorum*. Pauculis hinc ad Occasum milliariibus *Effingham* cernitur possessio jam pridem Guilielmi *Howar- di*, triumphatoris illius Scotorum Thomæ Ducis *Norfôlcix* filij: cujus filius Carolus nunc flo- ret, quem anno 1597. ob virtutem & operam egregiè navatam Elizabetha Regina Comitiss *Nottinghamiæ* titulo condecoravit.

Molis jam cum ad candicantem collem *White- hill* pervenerit, ad ejus radices se condit, vel poti- us absorbetur, & post unum & alterum plus minus milliare prope pontem *Letberhed* ebulli- ens gaudet renasci, renatusque ad Tamisim lentè properat, cui proximè *Molesey*, quod suo nomi- ni adoptat, immergitur.

Post *Molim* admissum Tamisis noster aquas rectâ in septentrionem agit, perfunditque *King- stone*, *Moreford* olim dictum, ut aliqui volunt, tre- quens in primis emporium, quod ex ejusdem cognominis vetustiori opidulo loco jacenti & inundationibus obnoxio emicuit. In quo *Athel- stanus*, *Edwinus*, & *Ethelredus* Reges regno in- augurati fuerunt, unde à Regibus factum nomè *Kingston*, id est *Opidum Regium*. In proximo eti- am Reges sibi locum habitandi delegerunt, quem à splendore *Shene* dixerunt, nunc verò *Richmond*, *Richmond* vocatur, in quo *Edwardus III.* Rex longè potentissimus, cum satis gloriæ, satisque naturæ

naturæ vixisset, diem ex dolore obiit, quem in filij bellicosissimi morte hausit. Hic etiam defuncta est Anna Regis Richardi II. uxor, quæ prima mulieres Anglicas, eam infidendi equi formam, quæ hodie in usu est, docuit, cum antea parum decorè divaricatè perinde ac viri obæquitarent. Henrico VII. regnante, hæc regia sedes luctuoso incendio tota in favillas cecidit, verùm ut Phoenix è suis cineribus, operâ ejusdem Henrici multò splendidior statim renata, novum nomen Richmondia à regione, cujus ille privatus Comitis titulum gesserat, accepit. vixque supremam manum structuræ novæ impoluerat, cum extremum vitæ diem hic morte conficeret, cujus curâ, vigilijs, consilijs, & prudentiâ longè in posterum providâ Respub. Anglica hæcenus stetit invicta. Hinc etiam ejus neptis Serenissima R. Elizabetha nonagesimo quarto post anno, cum naturam vivendi satietate expleisset, septuagenaria enim plus minùs erat, in

Hucusque Tamisis exæstantis maris accessu augetur, sexaginta plus minùs ab ostio Italicis milliaribus. Nec aliud, quod scio, Europæ flumen tot milliaria urgentis & irruentis Oceani impetum aquis maximo accolarum commodo retroactis ac detentis sentit. Interitùs quatuor à Tamisi mill. pass. omnium circumquaque ædificiorum luminibus ostruit *Nonefuch* secessus Regius, quem magnificentissimus Rex Henricus VIII in loco saluberrimo priùs *Cuddington* dicto, delictijs & otio suo destinavit, tantaque magnificen-

centia & elegantia extruxit, ut ad ostentationis arcem adspiret, & omnem Architectonices peritiam in hoc uno opere coacervatam existimes. Tot sunt ubique spirantia signa, tot absolute artis miracula, & Romanæ antiquitatis æmula opera, ut optimo jure hoc suum nomen habeat, & tueatur, quod Latine *Nulla ejusmodi sonat*. Aedes verò ipsas sic circumcingunt vivaria damis referta, horti delicati, luci topiario opere exornati, areolæ, & ambulacra sic arboribus obumbrata, ut non aliam sibi sedem ipsa Amœnitas, ubi cum salubritate unâ cohabitent, delegisse videatur. Iuxta, nec memorare piget, vena est terræ figuratis ad vascula illa conficienda quibus auro conflando utuntur aurifices, laudata, & ideo cariùs vendita.

Vandalis rivulus limpidus, & trutarum optimarum admodum fœcundus haud procul hinc ad *Casbalton* ebullit, qui *Morden* præterfluens, ad Occidentalem ripam loco feracissimo *Merton* ^{*Merton.*} subluit, Saxonice *Meredune*, olim Kenulphi Westsaxonum Regis fatis insignis, qui in meretriculæ, quam hic deperibat, ruguriolo à *Kinchardo* Clytone interfectus est, ipseque Clyto à Kenulphi amicis confossus, perfidiæ poenas statim luit.

Deinde *Vandalis* augetur ab *Ortu* fluvio, qui fontes habet ad *Croydon*, olim *Cradiden*, quod sub collibus situm Archiepiscoporum Cantuariensium palatio, & carbonibus, quorum mercaturam exercent incolæ, notissimum est. Iuxta quod Reverendissimus in Christo pater D. Ioânes *I. Whigif* *Whitgift* laudatissimæ memoriæ Archiepiscopus Hospitale perpulchrum ad sublevandos pauperes,

res, & scholam ad promovendas bonas litteras pio animi affectu posuit, & dotavit. Huic vicinū est *Beddington*, in quo aedes præcellenti ædificiorum elegantia, & amœnissima hortorum specie conspiciantur, quas Franciscus *Carew* Equæstri dignitate clarus nuper construxit. *Wibbandune*, unnc vulgò *Wimbledon* ad alteram ripam fluminis *Vandalis* sedet, cui loco nunc maximum ornamentum sunt aedes structura speciosa, prospectu & hortis amœnissimæ, quas *Thomas Cecilius* Eques auratus, prudentissimi illius Baronis *Burglei* filius, extruxit.

Woodcote Duobus hinc ad Austrum milliariibus, in colle edito nemusculum est, *Woodcote* hodie vocant, in quo modicæ urbis manifesta visuntur vestigia, & fontes plures è silicium fragmentis cõstructi. Hac, ut mea fert opinio, urbs illa fuit, quæ Antonino est *Noviomagus*; nec aliud argumentum petatur, quàm à distantia ratione. Decem enim à Londino milliariibus, XVIII. à *Vagniacis*, ut annotat *Itinerarium vetus*, abest. *Regnorum* hæc præcipua fuit civitas.

Noviomagus.
Ad *Tamisium*, post *Vandalis* ostium, ubi opidulum *Wandlesworth* inde denominatum sedet, *Bartersey* est viculus, & quas nunc frustra quærimus aedes Regiæ *Kennington* dictæ. Inde *Lambith*, sive *Lomchith*, id est statio sive portus *lutæus*, *Canuti* Fortis Anglorum Regis morte olim celebris, qui ibi inter pocula animam eructavit. Nunc verò locus celebrior est Archiepiscoporum *Cantuariensium* palatio. Cui contiguum est celeberrimum hujus agri emporium, quod hodie vocant *The Bouroug of Southwerke*, Saxonice *Suthwerke*.

werke. De quo cum Londinum pervenerimus, plenius differemus.

Iam Comites enumerandi sunt, *Guilielmum* *Comites de Warrenna* *Guilielmus Rufus* Rex Angliæ cum *Surria*. Comitis honore *Surriæ* primùm præfecit. Huic filius, & ex filio nepos eodem nomine successerunt. verùm ultimus iste solam filiam suscepit, quæ ex *Hamelino* *Galfredi Plantageneti* Comitis *Andegavensis* notho *Guilielmo* *Surriæ* Comitem genuit, cujus posterî, adscito *Warrenorum* nomine, eundem titulum gesserunt. Cumq; *Ioannes* ultimus ex hæc familia Comes sine legitima prole diem obiisset, *Alicia* ejus soror & hæres enupta *Edmundo* Comiti *Arundeliæ*, hunc honorem in *Arundeliorum* stirpem matrimonio intulit, à qua per *Mowbraios* tandem ad *Howardos* devenit. Ducis tamen *Surriæ* titulum interea *Thomæ* *Holando* Cantij Comiti præbuit *Richardus* II. qui dum *Richardum* illum captivum in libertatem regnumque restituere occultis conspirationibus machinaretur, à populo interceptus, & securi percussus est. *Thomas* de *Beaufort* deinde (si *Thomæ* *Walsinghamo* credamus) hanc dignitatem gessit. Sed in hoc fidem suam liberet *Walsinghamus*, nihil enim tale in Archivis Regis habetur. Certum autem ex publicis Regni actis, quod Rex *Henricus* II. *Ioannem* *Mowbray*, filium *Ioannis* Ducis *Norfolciæ*, Comitem *Warrenna* & *Surriæ* creaverit. Demùmque Rex *Richardus* III. cum regnum scelere occupasset, ut *Howardorum* familiam à *Mowbraijs* profectam sibi beneficij adstringeret, uno eodemque die *Ioannem*

nem Baronem *Howard* Norfolciæ Ducem, & Thomam ejus filium Surrię Comitem creavit, in quorum posteris hæc dignitas hodieque elucet.

Parochiales Ecclesie 140 habet hic Comitatus.

Tabulam hujus Provincia quare ad Comitatum Cantij.

S V S S E X.

Suthreia ad Austrum longo tractu subtenditur, quæ etiam olim Regnorum sedes, *Suth-sæxia*, Saxonice *Suth-sæx*, hodie *Suffex*, id est *Australium Saxonum regio*, qui in Heptarchia secundum regnum hic constituerunt. Oceano Britannico tota ad Meridiem, longior, quam latior, recto quasi litore incumbit, sed raris stationibus, quod mare sit brevibus atrox, ideoque finitimosum, litusque ipsum scopulosum. Maritimus regionis tractus colles viridantes, sublimè elatos habet, *Downes* vocant, qui cum ex cretà elatos habet, fruges affatim profundunt. Medius tractus pratis, pascuis, arvis, lucis distinctus, admodum est spectabilis. Citerior, & Borealis sylvarum opacitate amoenissimus. Fluviosos habet plurimos. Ferri venis passim foecunda est, ad quod excoquendum undique fornaces, torrentes multis in locis corrivati, & prata plurima in lacus & aquas redacta, ut molas suo impetu rotent, quæ malleis ferrum tundentes omnem viciniam noctes diesque personant. Nec vitriariorum officinæ desunt, sed vitrum

Nomen.

Consuetudo.

Soli indoles.

Ferri fodinae.

Vitrum.

minus purum, & translucidum, & tantum plebeis in usu.

Dividitur hæc regio univèrsa politicâ partitione in sex partes, quas peculiari voce vocant *rappos*. Verum cum harum limites quibus circumscribuntur mihi minus sint comperti, ego ab Occasu in ortum litas legere constitui. In ipso Southantoniensis agri, & hujus confinio *Boscham* sedet, sylvis & mari circumdatum, è quo cum Haroldus Rex sui colligendicaussa in Oceanum naviculâ excurreret, adverso vento in Galliam abreptus, detinebatur, quousque Guilielmo Normanno Angliæ regnum iurejurando post Edwardi Confessoris mortem firmavisset: quo facto & sibi exitium, & Angliæ excidium illicè attraxit.

Chichester, Britannicè *Caerici*, Saxonice *Cissan-cestre*, Latinè *Cicestria* interiùs ad eundem sinum campestri planitie jacet. Urbs ampla satis, & mœnibus circumdata, à Cissa Saxone secundo hujus Provinciae regulo constructa, & denominata. Regnante Guilielmo Primo, cathedra Episcopali, quæ in *Selsey* priùs fuerat, nobilitata florere cœpit, florentissimaque fuisset, nisi portus esset paulò remotior, & minus commodus, quem tamen novo fodiendo canali commodiorem efficere civēs conantur. Forma verò orbiculari mœnibus est inclusa, & ab omni parte, nisi à septentrione, *Lavant* rivulo alluitur. Portus patet quatuor ad quatuor mundi plagas, à quibus plateæ rectâ ducunt, & se decussant in medio ubi forum celebratur. *Selsey* illa, Saxonice *Sealsæy*, id est ut Beda interpretatur, *Vitulorum*

Boscham.

Chichester.

mar-

marinorum, sive Phocarum Insula, paulò inferius est locus undique mari circumdatus, præterquam ab Occidente, inde habet ingressum amplitudinis quasi iactus funde.

Flumini deinde litus se aperit quod è salu S. Leonardi decurrit primùm per Amberley, & deinde per Arundell situ declivi positum, quod sanè quàm re majus, nec illà tamen admodùm antiquà, ante Aelfredi enim tempora, ne nomen quidem legi. Nisi forè Portum Adurni existimem corruptè dici transpositis litteris pro Portus Arundi, à valle quã ad Arun flumen sedet. Fama verò tota est ex Castro, quod Saxonico imperio floruit, & statim ab ingressu Normannorum Rogerum de Monte Gommerico restaurasse legimus, qui inde Comes Arundeliæ dictus. Est enim amplum situ, & opere inprimis munitum. Ex Fitz-alanis undecimum hujus loci Comitem defuncto ejus ex filia nepos Philippus Howardus successit, qui cum injurias & difficultates exorbere nesciret, invidiarum artibus in plagas incidit, & in extremum salutis discrimen adductus, expiravit. Thomas autem filius juvenis honoratissimus à Jacobo Rege in integrum Parlamentaria auctoritate restitutus.

Pethworth inde cernitur, quam cum latifundijs Guilielmus de Albineo Comes Arundeliæ Joscelino de Lovanio Brabanto, Adelizæ reginæ fratri, filio juniore Godfridi Ducis Brabantie & stirpe Caroli Magni, elargiebatur, cum Agnetem unicam filiam & hæredem Perciorum in uxorem duxisset. Ex quo tempore Joscelini illius posterius (ascito sibi Percij nomine) tenuerunt.

Fami-

Familia sanè antiqua & nobilissima, quæ multò minùs interrupta majorum ferie à Carolo Magno stemma ducit, quàm qui tantopere ostentant, Lotharingiæ Duces, & Guisij.

Cedente ab Aruni ostio littore, si modò Arun sit flumini nomen, cui in valle adsidet Arundell, juxta Tering sedet Offington Guilielmi West Baronis de la-ware ædes. Broodwater inde propè mare adsidet Baronia dominorum de Camois, qui ad avorum usque memoriam floruerunt. Ex hac familia, exemplo illo & nostro ævo inaudito, Ioannes de Camois filius Domini Radulphi de Camois uxorem suam Margaretam filiam & hæredem Ioannis de Gaidesden Guilielmo Painnell Militi spontanea voluntate (ex ipsis Tabulis Parlamentarijs loquor) dedit, & demisit eidemque dedit, concessit, relaxavit, & quæta clamavit omnia bona & catalla quæ ipsa habet, vel de cætero habere possit, & etiam quicquid erat sui de prædictæ Margaretæ bonis & catallis cum suis pertinentijs. Ita quod nec ipse, nec aliquis alius nomine suo in prædicta Margareta, in bonis & catallis ipsius Margarete de cætero exigere, vel vendicare poterit, nec deberet in perpetuum. Hoc est, quod veteres verbo dixerunt, Omnia sua sibi haberet. Hæc indignanter sanè commemoro, sed video non frustra fuisse quod Gregorius P P. olim Lanfranco Archiepiscopo Cantuariensi scripserit, se audivisse fuisse inter Scotos qui uxores non solum deseruerint, sed etiam vendiderint, cum in Anglia dederint, & demiserint.

Inferius in littore apparet Shoreham, quæ paulatim in viculum desijt, & hodie Olde Shoreham dicitur, incrementumque præbuit ejusdem cognominis

Arundell.

Comites
Arundeliæ

Percij.

Vide in fine
Northumbria.Uxor data,
& concessa
alieri.

gnominis alteri opido, cujus etiam maxima pars oppressa, & mari æquata disparuit, cum superioribus sæculis ad *Brember* usque naves plenis velis admittere soleret. Hoc nunc pro castro nihil est nisi rudetum, sub quo statis diebus frequentissimum forum *Stening* subjacet. Post pauca hinc milliaria in mare evolvitur flumen anonymon è *Foresta S. Leonardi* effusum. Et hinc paulò remotius à mari *Lewes* editiori situ adsidet, frequentia & amplitudine sua inter primaria hujus agri opida. Inde per amplum & piscosum lacum juxta *Furle*, ad *Cuckmer* portum satis commodum pervenimus. Superaroque promontorio *Beach, Pevensey*, vulgò *Penssey* occurrit, castrum quondam Roberti Comitis Moritoni, fratris uterini Guilielmi Conquestoris. Qui Guilielmus hoc loco omnibus navibus in Britanniam accessit, exercitum exposuit, validaque pro castris munitione opposita, navibus ignem iniecit, ut spes in virtute, & salus in victoria sola esset: statimque ad planitiem juxta *Hastings* processit, ubi de Angliæ imperio juxta alea, & Anglosaxonica periodus suum finem habuit. *Hastings* illa, quam dixi, Saxonice *Hastinga caester*, eodem littore sedet, & ab *Hastingo* Danico pirata hoc novum nomen accepisse videatur. Hac regnante Athelstano suam habuit officinam Monetariam, & Capitalis est portus in numero quinque portuum, qui cum suis membris *Winckelsey, Rhij* &c. naves *XXI* ad bellum navale invenire tenebatur. Caterum ut primis Normannorum temporibus nobiles in hoc agro *Hastingsi*; ita nunc illustris *Hastingorum* familia, qui

*Lewes.**Hastings.*

qui *Huntingdoniæ* sunt Comites, hoc titulo de *Familia Hastings* lætatur. Edwardus enim III. hunc cum quibusdam, ut vocant, *Regalitatibus* Guilielmo *Hastingo* Cubiculario suo contulit.

Sinuoso inde recessu excavatur litus, cui imponitur *Winckelsey*, ex cujus occasu, & oceani beneficio, *Rhie* in proximo effloruit, vel potius reffloruit, olim enim floruisse, & Guilielmum *Ipresem* Cantij Comitem munivisse, *Ipyes Tower*, id est turris *Iprensis*, & immunitates quas cum quinque portibus communes habet, satis doceant. Edwardus III. postquam aliquamdiu jacuisset, moribus inclusit: patrumque memoria Oceanus tempestate insolita concitatus ita irruit, & se insinuavit, ut portum perquam commodum effecerit, quem & alia nostram memoriã tempestas non parum juvit. Ex quo tempore, incolis, ædificijs, piscatura, & re nautica non mediocriter restoruit, hodieque usitatus est hinc in *Normanniam* trajectus. In hunc portum se effudit *Rother*, sive *Rether fl.*, qui ad *Rhiterumfeldt* hodie *Rhotersfeld* emissus per *Burgwash*, & *Echingam*, triperitis aquis *Pontem Roberti* subit, & *Bodiam* prætervectus hic in Oceanum descendit. In mediterraneis nihil est quod memorem, nisi *Sylvas* & saltus longè lateque parentes, reliquias celeberrimæ *Sylvæ Anderidæ* recenserem. Inter quas notissima sunt *Foresta de Arundell*, *Foresta S. Leonardi*, *Word Foresta*, sub qua *Buckhurst* antiquæ *Familia Sacvilorum* habitatio, *Foresta de Waterdown*, & illa de *Dallington*, omnium minima.

Comites habuit *Suffexia* quingue ex familia *Suffexiæ de Albincio*, qui itidem *Arundeliæ* Comites *Comites*, dicti

Buckhurst.

dicti fuerunt. Quorum ultimo sine sobole defuncto, Arundeliæ titulus postea regerminavit in *Fitz-alanis*; Suffexiæ verò quasi obliteratus jacuit ad nostra usque tempora, quæ videntur quinq; *Radcliffos* è nobilissima *Fitz-walteri* familia eo honore illustratos: Robertum scilicet, Suffexiæ Comitem creatum ab Henrico VIII. Henricum, cui successit filius Thomas, qui reginæ Elisabethæ à cubiculis sine liberis obiit. Huic frater Henricus, illique ejus unicus filius Robertus, juvenis honoratissimus, qui nunc floret, successit.

Parochias continet hæc Provincia 312.

Suffexiæ tabula Cantienſi conjungitur.

Hactenus Suffexia, quæ cum Suthreia Regno- rum fuit fedes, postea Australium Saxonum regnum, Saxonice *Suth-seaxen-ric* dictum, quod anno trigesimo altero à Saxonum adventu inchoatum ab Alla. Sed cum trecentesimo sexto ab hujus regni initio agebatur annus, Aldinno ultimo Rege ab Ina occiso, in Occidentali- um Saxonum potestatem omninò concessit.

CANTIVM.

AD *Cantium* nunc perveni, quam regionem licet Guilielmus Lambardus, vir insigni eruditione, & moribus sanctissimis ornatissimus, adeò


adeò graphicè justo volumine descripserit, ut curiosa ejus felicitas paucula alijs reliquerit, pro suscepti tamen operis ratione, eam quoque percurram, & ne sublestâ fide me agere quis existimet, eum mihi fundum & fontem fuisse, libens merito hic agnosco.

Nomine antiquo nondum tempus hanc regi- *Nomen:* onem spoliavit, sed ut Cæsari, Straboni, D. Siculo, Ptol. & reliquis *Cantium* dicta fuit, sic Saxonibus (teste Ninnio) *Cant-guar-land*, id est *Regio virorum Cantium incolentium*, & nobis *Kent*. Hoc nomen à *Caine*, quæ Britannis frondem sonat, quia olim sylvis opaca fuerit, deducit Lambardus. Ego verò, cum ingenti angulo in Ortum hic Britanniam excurrere viderim, observarimque ejusmodi angulum in Scotia *Cantir* dici, incolas item alterius anguli in ea parte Insulæ Ptol. *Cantas* vocari, Cangunos etiam in Wallia alterum angulum tenuisse, qui ut unius originis, unius ita linguæ cum nostris Britannis fuere; conjectarim à situ nomen inditum, eoque magis tum quod Galli nostri *Canton* pro angulo usurparint: tum quod *Angulus* hic ager à veteribus omnibus Geographis dicatur.

Grandi etenim angulo Galliam prospectat, *Confinia:* Tamisif aestuario, & Oceano omni parte circumfusus, nisi quæ ad Occidentem Solem Surreyam conterminam habet, & Southsexiæ partem ad meridiem.

KENT.

HÆc regio quam nunc *Kent* vocamus, est in- *Soli inge-* *num,* *N 1* *broſa,* *broſa,* equalis, ad Occasum planior, & sylvis un-



brofa, ad Ortum collibus molliter furgentibus excellior. Incolæ, quâ à Tamifi ad Auftrum patet, in tres areas five portiones (*Gradus* vocant) distinguunt, quarum superiorem ad Tamisum salubrem, sed minùs opulentam esse ferunt, mediam, & salubrem & opulentam: inferiorem verò opulentam, sed insalubrem, utpote quæ magnâ ex parte est uliginosa, sed luxuriant gramine lætissima. Pratis tamen, pascuis, arvisque ubique ferè læta, pomis ad miraculum penè abundans, nec non cerasis, quæ anno à Roma condita 680. in Italiam è Ponto devecta, & vicesimo supra centesimum post anno in Britanniam translata felicissimè hic proveniunt, multumque agri occupant, arboribus in quincuncem jucundissimo spectaculo directis. Villas & opida habet frequentissima, stationes satis tutas, ferri venas nonnullas, sed aërem crassiusculum ob halitus ex aquis evaporantes. Incolis ea humanitatis laus, quam Cæsar olim tribuit, etiamnum jure debetur; ut virtutem bellicam taceam, quam tantam in Cantianis fuisse Monachus quidam scripsit, ut in procinctu, exercitus frons illis tamquam triarijs, meritò inter Anglos debeatur.

Plin. lib. 17 cap. 25.

Cælum. Incolæ.

Constabilito Romanorum imperio, sub Præside Britanniae Primæ censebatur. Ora verò maritima, quam *Littus Saxonicum* dixerunt, præfectum habuit à Dioclesiani temporibus, cujus munus erat, præsidij ad littus per opportuna loca dispositis, Barbarorum, & imprimis Saxonum deprædationes cohibere.

Cùm autem Romani è Britannia cæssissent, N 3 Vorti-

Cantium Saxonibus traditum. Vortigernus, qui maximæ parti Britanniae cum imperio praefuit, statim Hengisto Saxoni, in gratiam Rowennæ ejus filiae, quam miserè deperibat, gratis concessit. Hinc primum Saxonum in Britannia regnum anno Christi 356. constitutum, illis *Cantwara-rijs*, id est *Cantianorum virorum regnum* dictum, quod post annos 320. Baldredo ultimo Rege devicto, in Occiduum Saxonum potestatem devenit, quibus ad Normannorum usque imperium paruit. Tunc enim (si Thomæ Spotto Monacho credamus, vetustiorum enim nemo prodidit) Cantiani ad *Suafcombe* viculum à Suenone Dano denominatum ramos prætendentes eâ lege Guilielmo Normanno se dederunt, ut patrias consuetudines illas retinerent, illamque in primis quam *Gavelkind* vel *kind* nominant. Hac terræ, quæ eo nomine censentur, liberis masculis ex æquis partibus dividuntur, vel fœminis, si masculi non fuerint. Hac hæreditatem, cum XV. annum attigerint, adeunt, & sine Domini consensu, cuilibet vel dando, vel vendendo alienare possunt. Hac filij parentibus furti damnatis in id genus fundis succedunt &c. Ut verè in antiquo libro sit scriptum. Dicit *Cantij Comitatus* quod in Comitatu isto de jure debet de ejusmodi gravamine esse liber, quia dicit quod Comitatus iste, ut residuum Angliæ, nunquam fuit conquestus, sed per pacem factam se reddidit Conquestoris dominatui, salvis sibi omnibus libertatibus suis & liberis consuetudinibus primò habitis & usitatis. Deinceps Guilielmus Victor ut Cantium, quæ tanquam Angliæ clavis haberetur, sibi firmiùs retineret, Connestabilem castro Doverensi, eundemque

Limen-

Limenarcham quinque portibus ex veteri *Ro-Lord warmanorum* instituto præfecit, & Quinque portum *den of the* Guardianum, sive Custodem nominavit. *five Ports.* Hi sunt *Hastings, Dover, Hith, Romney & Santwich*, Quinque quibus *Winchelsey & Ric*, ut præcipua, & alia opiporibus, dula, ut membra adjunguntur. Quæ quia bello quos vocat maritimo operam navare tenentur, immunitatibus gaudent multis & magnis, & ex incolis qui Baronum nomine gaudent, in Regum Angliæ inaugurationibus, Conopæa super eos sustentant, & à dextra Regis suam eo die habent mensam instructam &c. Ipseque Limenarcha, qui semper aliquis est è Proceribus nostris fidei spectatissimæ, in sua jurisdictione Admiralli auctoritatem in plurimis, aliaque jura habet. Sed jam ad loca.

Septentrionalem hujus regionis partem Tamisis Britannicorum fluminum præcipuus, ut jam dixi, alluit, qui Surrejam prætergressus primum *Depford* videt navale notissimum, ubi regiæ naves construuntur, & quassæ reparantur, ibique armamentarium insigne, & quasi collegium in *† Holy* usum classis constitutum. Hinc Tamisis *Grenovi-Trinitis* cum adit, vulgò *Greenewich*, id est *Sinus Viridis, Da-houfe,* nice classis statione, & Danicà in *Ealphegum* *Greene-* Archiepiscopum Cantuariensem, quem anno *wich.* Christi 1012 exquisitis tormentis trucidarunt, immanitate notissimus. Nunc verò Regijs adibus celeberrimus est locus, quas Hunfredus Dux Glocestrensis ædificavit, *Placentiamque* dixit: Henricus VII. magnificè adauxit. Sed *Greenwico* huic longè maximum decus est nostra Elizabetha, quæ hic felicissimis auspicijs in lucem edita.

edita, Guilielmus Lambardus, vir ut summa doctrina, ita singulari pietate, ad sustentandos pauperes hic aëdes extruxit, quas Collegium pauperum Reginae Elizabethae nominavit. Huic à tergo Eltham læcessus item regius adjacet; vix trium miliarium hinc diverticulo.

Infra Greenwichum, Tamisis divulsis aggeribus quàm plurima terræ jugera oppressit, quocum annos jam plures nonnulli immensis sumptibus luctati, vix molibus agendis adjacentes agros contra irruentes undas tueri possunt. Provenit hic copiosè Cochlearia, nostris Scury-grasse, quam Medicorum nonnulli Plinij Britannicam esse volunt. Tamisis deinde ripis suis contractus Darentum flumen obvium habet, què Suthreia demissus leni alveo undas ducit haud procul à Seven Oke à septem eximia magnitudinis quercubus, ut ferunt, denominatum, ad Otford, nunc Osford, Regijs aëdibus superbat, quas Warhamus Archiepiscopus Cantuariensis tanta magnificentia sibi & successoribus suis construxit, ut ad amoliendam invidiam, cum Henrico VIII. commutare necesse habuerit Cranmerus successor proximus. Lullingston aliquantò inferiùs Darento apponitur, qui ad ostium Darentford, vulgò Dartford, amplum & frequens forum suo nomini adsciscit, sub quo Cretæ rivulus unà commiscetur.

A Darento ad Medweagi ostium nihil suspicit Tamisis præter opidula quædam minuta, inter quæ primas fert Gravesend, notum, si quod aliud Angliæ opidum, utpote statio inter Cantium & Londinum, ubi utramquæ ripam propugnaculis

culis communivit Henricus Octavus. Huic à tergo adjacet Cobham, sedes iandiu Baronum Barones de Cobham, quorum Henricus Brooke Baro de Cobham, quod suis optatis fortuna in omnibus non responderet, impotentis animi effrænatione abreptus, fidem in Principem clementissimum exiit, extremique supplicij sententiam subjicit: superest tamen regiae clementiae exemplar æternum. A Gravesenda Ho regiuncula quasi Chersonessus inter Tamisim & Medweagum flumina interfita hic longè in Ortum se emittit, situ minùs salubri; in qua Cliffe opidum satis amplum à clivo cui insidet ita nominatum. Medweage s. nunc Medway, fontes habet in Anderidalyva, quæ Wealde dicta, & meridianam hujus agri partem latè occupat. Primum dum tenuis est, Penshurst præterfluit antiquæ familiæ Sidnejourum sedem, quæ à Guilielmo de Sidney Casidnejour Regis Henrici II. genus repetit. E qua fuit Henricus Sidnejus celeberrimus ille Hiberniæ Prorex, qui Philippum & Robertum progenit, quorum hunc primùm titulo Baronis Sidney de Penshurst, postea Vicecomitis Insule honoratissimum reddidit Rex noster Iacobus. Philippus autem noster primùm puerum dicitur, cui nomen dedit Henricus Sidnejus, quod nomen etiam Henricus Sidnejus, postea Vicecomes ad Zutphenum Geldriæ cum hoste congressus, fortiter occubuit.

Hinc Medway s. Tunbridg respargit, ubi vetus est castellum, quod Richardus de Clare construxit, cujus successores Glocestriæ Comites

Eltham.

Cochlearia
Vide Nomenclat.
H. Junij.

Otford.

Dartford.

Gravesend.

Ho.

Cliffe.

Sidnejour
familia.Robertus,
& Philippus
Sidneij.

clientelari jure ab Archiepiscopis Cantuariensibus ea lege tenuerunt, ut Archiepiscoporum in *intronisatione* Senescalli, & eorum liberi ipsis in tutela essent. Inde *Medway* delabitur non procul à *Mereworth* ad *Maidston*, quam cum Saxones *Medweageston* dixerint, *Vagniacas* esse illas credo, quas Antoninus memorat, & Ninnius in suo urbium catalogo *Caer Medwag* vocat. Sub posterioribus Imp. *Madus* dicitur, opidumque est frequens, & cultum, magnaque longitudine extensum. In medio Archiepiscoporum Cantuariensium palatium habet: alter item publicus totius hujus agri carcer hic constituitur, immunitatesque plurimas Regina Elizabetha fert acceptas, quæ *Majorem* summum magistratum instituit, pro *Portgrevio*, quem prius habuit, quod adnoto, quia antiquum hoc sit Saxonicum vocabulum, & apud Germanos etiamnum rectorem denotet, ut *Markgrave*, *Rheingrave*, *Landgrave*, &c.

Hic sub *Vagniacis*, ab oriente Sole fluviolus *Medwege* confociatur, qui ad *Leneham* surgit, quæ Antonino, conjectura probabili, *Durolenum* est. In vicinia ad *Boston Malherb* jamdiu habitavit illis *Ranulphus Cestriensis*, è qua nostra memoria effloruit & *Nicolaus Wotton* legum Doctor, qui Henrico VIII. Edwardo VI. Maria & Elizabetha Regibus à consilijs functionibusque vices ad exteros Principes legatus, ter ad pacem inter Anglos, Gallos & Scotos delegatus, longum vitæ stadium magna piæ prudentiæ laude decurrit, & *Edwardus Wotton* ejus è fratre pro nepos, quem ob multiplicem rerum usum *Elizabetha*

Maidston,
Vagniacæ.

Grave Ger-
manis quid

Leneham,
Durolenū.

Nicolaus,
Edwardus Wotton
ni.

zabetha Regina Aulæ regiae censorem constituit, & *Jacobus* Rex Baronem *Wotton de Merlayton de creavit.*

Orientali *Medweagi* ripæ pauld superius vetusta civitas apponitur, Antonino *Durobrus*, *Durobrobrivæ*, & alibi rectius *Durobrovæ*, Bedæ *Durova*, *Rochebrevis*, & inclinante Romano imperio *Rogeis*, unde de addito *Cæster* (quod à Latinorum *Castro* de flexum majoribus nostris civitatem, urbem, si ve castrum significavit) *Hroveccæster* dicebatur, nobisque contractius nunc *Rocheester*, & Latine *Roffæ*, à *Rhoffo* quodam, ut conjectat *Beda*; sed pristini illius nominis *Durobrovis* aliquid in se continere mihi videtur. Nec est cur quis dubitet de nomine, cum præter Itinerariam rationem, & *Bedæ* auctoritatem, *Durobrovis* in charta foundationis Ecclesiæ Cathedralis expresse vocetur. In convalle sedet, muris malè firmis ex parte cincta, situ, ut inquit *Malmesburienensis* *nimum angusta*. sed nunc ad Occasum, Orientem, & Meridiem magnis tumet suburbij. Templum magnificum erexit *Aethelbertus* Rex Cantij, quod & dignitate Episcopali illustravit. Luxta templum flumini impendet castrum opere & situ satis munitum. Sub cujus ponte *Medweagus* violentus & torrens aestuat, & eluctatur, itarimque sedatior navale se exhibet classis omnium quas Sol videt bellico apparatu instructissimæ, & in omnia momenta paratissimæ, quam Serenissima nuper Regina Elizabetha ad suorum tutelam, & hostium terrorem maximis impensis edificavit, ad eamque defendendam propugnaculum in ripa apposuit.

Baro Wot-
ton de
Morlay.

Cæster
quid.

Classis Re-
gia.

Nunc Medweagus lator, & lator, crispantibus undis spectatu amœnissimus, fecundos agros subluit, donec *Shepey* Insulae objectu divisus (quam Ptol. *Toliatin* esse suspicamus) duobus in Tamisis aestuarium ostijs infertur, quorum occidentale *Westwale*. Orientale, quod *Sheppeian* à continenti abscidisse videtur, *Eastwale* dicitur. Hæc ab ovibus, quarum greges numerosos pascit, *Shepey*, id est *Ovium Insula* à majoribus nostris dicta, frugum ubertate singulari, sed sylvis indiga, XXI. milliaria in ambitu colligit. Ad littus septentrionale monasteriolum habuit, sub quo nuper *Brabantus* quidam è saxis in litore repertis bitumen & calcanthum fornacibus excoquere cœpit. Castellum ad Occasum præterdit elegantissimum & munitissimum, quod Rex *Edwardus III* posuit, & *Burgum* adjunxit. Ad Ortum *Shurland* sedet, nunc *Philippi Herberti* filij secundogeniti *Henrici Comitis Penbrochie*, quem uno eodemque die *Baronem Herbert de Shurland*, & *Montis Gomerici Comitem* Rex *Iacobus* creavit. *Feversham* inde vidimus situ percommodo, uberrima enim hujus regionis pars circumjacet, & sinum ad res invehendas & evenhendas habet opportunum, unde inter vicina opida hodie imprimis floret. Iuxta, ut alibi per hunc agrum, hinc inde putei magnæ profunditatis reperiuntur, qui ore angusto, sed inferius capaci spatio, distinctas habent quasi cameras, cum suis è creta columnis. De his variæ feruntur opiniones. Ego autem nihil quod opiner habeo, nisi putei illi fuerint, è quibus cretam albam ad stercorendos agros effoderunt olim

Shepey Insula.

Baro Herbert de Shurland. Feversham.

Putei in Cantio cur facti.

Britan-

Britanni, ut docet *Plinius*. Nisi quis existimet, quod *Anglo-Saxones* in eundem usum, in quem *Germani*, à quibus orti sunt, ejusmodi ipecus defoderunt. Solebant enim illi (ut auctor est *Tacitus*) subterraneos specus aperire, eosque insuper multo fimo onerare, suffugium hiemi & receptaculum frugibus, quia rigorem frigorum ejusmodi locis molliunt; & si quando hostis advenit, aperta populatur; abdita autem & defossa aut ignorantur, aut eo ipso fallunt quod quarrenda sunt.

Inde aperto litore, quod *cochleis* & *ostreis* fecundum, ostreorumque frequens vivarijs, *Re. Reculver, culver* cernitur, *Saxonice Reaculf*, sed Romanis olim & *Britannis Regulbium*, & hanc sanè suam antiquitatem effosis *Impp. Romanorum* nummis testatur. Hodie verò nihil aliud est quàm viculus rusticus, & siquid nominis habet ex monasterio quondam adfito habet, cujus sacræ turres pyramidales usui sunt navigantibus, ad tæniæ quasdam & breviam in *Tamisis* ostio evitanda.

Nunc ad *Tanet Insulam* devenimus, quam tenui intercurrente alveo à continente determinat *Stoure* fluvius, *Bedæ Wantsum*, qui duobus in sylvestri regione, quam *The Weald* vocant, disparatis fluviois coalescens, quam primùm solidus fertur, *Ashford* & *Wy* ampuriola nota invisit. Inde *Chilham*, sive ut alij vocant *Iulham*, ubi castris antiqui rudetum est. Constans fama apud incolas est, *I. Cæsarem* in secunda contra *Britannos* expeditione hic castrametatum fuisse, & inde *Iulham*, id est *Iulij statio*, vel domus di-

ctum:

rebus illis honorabilibus, quibus in
 nefibus onerabatur, ut theca, in qua condita
 fuerunt ejus reliquæ, vilissima pars aurum fue-
 rit. *Gemmis raris, ut inquit, qui vidit, Erasmus,
 & prægrandibus collucebant, nitebant, & fulgurabant
 omnia, templum etiam uniuersum plusquam Regis opibus
 undique luxurauit,*

Verum tot læculis
 accumulatas opes Henricus VIII. disperfit, Mo-
 nachosque dispulit: pro quibus in hoc Christi
 templo Decanus, Archidiaconus, Præbendarij
 XII. & verbi Divini sex præcones sunt collocati.
 qui verbum Diuinum in circumvicinis locis dif-
 feminent. De sedis Cantuariensis dignitate,
 quæ olim longè amplissima fuit, nihil dicam, ni-
 si quod, ut superioribus sæculis in Romana hier-
 archia Archiepiscopi Cantuarienses totius Bri-
 tanniæ Primates, sic cum fugata esset Pontifi-
 cum auctoritas, in Synodo anno 1534. decre-
 tum, ut illo titulo deposito, *Primates & Metro-
 politani totius Angliæ* dicerentur. Quam dignita-
 tem hodie gerit Richardus *Bancroft*, vir in rep.
 Ecclesiastica constabillanda præstanti & animi
 & consilij magnitudine.

Stour jam aquis in unum collectis Hackington
 præterit, de per Fordich laudatis trutis
 fertur: ubi duo itinera

Attitro Intum, in hæc, ab
 Oceano allatur. Hanc Solinus *Atlantaron*
Thamaron dixit, Britanni *Inis Rithin*, Saxones *Tent*,
 & *Tamrland*, nos *Tent*. Terra tota

Thanatos
 Inf. vulgò
 Tenet.

albi

albicanti, frumentarijs campis felix, & ubere
 gleba, octo mill. in longitudine extenditur,
 quatuor in latitudine patet.

Neque hic tacèdum quod in singularem inco-
 larum hujus Insulæ laudem cedit, præcipue eo-
 rum qui juxta stationes *Margat, Ramsgate, & Brod-
 stear* habitant. Sunt enim viri summè industrij,
 qui quasi Amphibij, & mari & terra victum
 quærunt, quique stivam in agro sulcando, jdem
 clayum in navigando tenent. Cumque subinde
 hic naufragia fiant, objacent enim littori formi-
 dolosa illa navigantibus vada, quæ *The Godwyn,*
The Brakes &c. vocitant, strenuam in mercibus
 recuperandis operam navare solent.

Insulan oris
 diligentia
 singularis.

Ad australe *Wantsum* ostium, quod alveum
 mutasse credunt, è regione Insulæ apposita fuit
 urbs, quæ Prol. *Rhutupie*, Antonino *Rhutupis por-
 tus*, hodie *Richborrow*. Cujus nomen, cum *Rhyd*
Tusith Britannicè *Vadum sabulosum* sonet, inde,
 si auderem, libenter deducerem. Longè ce-
 leberrima fuit, Romanis rerum potentibus.
 hinc enim è Britannia in continentem frequens
 trajectus. Nunc verò vestigia ejus omnia tem-
 pus erasit, utque nos doceat Urbium perinde ac
 hominum fata volvi, hodie arvum est, in quo
 platearum tractus, cum seges succrerit, se in-
 tersecantes videas. ubicunq; enim plateæ
 duxerunt, rarefcit seges. Urbis autem area
 nunc aratro profcissa nummos Romanorum au-
 reos & argenteos vetustatis suæ indicia sepenu-
 merò egerit, prolenque suam paulò inferius
 ostendit, quam à sabulo *Sandwyc* dixerunt Saxo-
 nes, nos verò *Sandwich*. Hoc è quinque portuum, *Sandwich*.
 O quos

quos vocant, numero, nunc est incolis satis frequens, licet portus ex aggestis arenis, & magna nave oneraria Pauli III. Papæ in ipso alveo depressa, non sit majoribus navigijs ferendis iusta altitudine.

Cantium
promont.
The Fore-
land.

Sub Rhotupijs Ptol. Cantium promontorium, quasi extremum hujus anguli verticem itatib, quod nobis hodie *The Fore land* dicitur. Verum omnia hæc circumquaque littora à Rhotupijs Rhotupina littora Poëtis dicuntur. Hinc Juvenalis cum Curium Montanum delicatulum ventriconem satyricè iusctaretur, de ostreis ex hoc littore Romanæ delatis.

Circæis nata forent, an

Lucrinum ad saxum, Rhotupinove edita fundo

Ostrea, callebat primo deprendere morsu.

A Cantio promotio in Austrum per aliquot milliaria crebro colle exurgens procurrit litus. Sed cum ad *Sandon*, id est *tumulus arenarius*, & *Deale* castra vicina pervenerit, quæ Henricus VIII. extruxit, subsidet, planumque & apertum mari objacet. Ad *Deale* illud Cæsarem appulisse constans est fama, fidemque etiam facit Cæsar ipse, qui aperto & plano littore se terram conscendisse; difficilique pugna à Britannis exceptum memorat. Huic littori satis longo tractu cumuli, velut aggeres, subsunt, quos ego munitionem, seu potius navalia castra esse existimo, quæ Cæsar confecit, ut in ea afflictas naves subduceret, contraque tempestates, & Britannos, qui eas frustra sunt adorti, tutaretur. Statim à *Deale* cantium eminentia per septem plus minus milliaria ad *Dover* procurrit, ubi autem dehisceit

Dubris

Dubris interjacet, cujus Antoninus meminit, *Saxones Desra* dixerunt, nos *Dover*, Opidium portus opportunitate, quæ jam ferè nulla est, & in Galliam trajectu magis celebre, quam sua vel elegantia, vel frequentia. Celeberrimus enim est trajectus, & è quinque portibus censetur, olimque tenebatur XXI naves ad bellum apparare, eadem forma qua *Hastings*. Sedem præbet Archiepiscopi Cantuariensis Suffraganeo, qui cum gravioribus negotijs Archiepiscopus distinetur, quæ ordinis sunt, non quæ jurisdictionis Episcopalis gerit. E colle, seu potius rupe, quæ à dextra in admirandam altitudinem, quæ mare despectat, exurgit, castellum amplissimum instar urbecula, opere munitissimum, & turribus frequentissimum subiecto freto quodammodo minatur. A Romanis primò conditum ex lateribus illis Britannicis in sacello, quibus illi usi sunt in suis substructionibus, arboror. In altera rupe, quæ est è regione, & æquato ferè iugo, edificij cujusdam perantiqui supersunt reliquæ, quod Ioannes Twinus Cantuariensis, senex eruditus, qui adolescens magna ex parte integrum vidit, pharum fuisse mihi affirmavit, quæ nocturno navium cursui ignes ostenderet, cujusmodi altera ex adverso ad Bononiam Gallia extitit à Romanis posita, & longo post tempore à Carolo Magno restaurata, quæ nunc Gallis *Tour d'Order*, Anglis *The Oldman of Bullen* vocatur. Sub hac rupe Henricus VIII maximo labore, & infinitis impensis molem seu pilam, nos *The Peere* vocamus, eduxit, qua tutius naves subsisterent. Sed optimi Regis studium Oceani furor

passus & ultra latissimè proveniunt. Inde se reducens rectà in Occasum littus fertur, piscorum inter scrupos ferax, quæ racematim numerosa congerie sua sponte succrescunt, & parùm à piscis campestribus sapore differunt, & ad Rotheri usque ostium procurrit, quo alicubi à Southsexia Cantium determinatur.

Hujus decursum à Southsexia parte superius paucis persecuti sumus. A Cantij parte *Newenden* habet, quod fuisse portum illum diu questum, quem Notitiarum liber *Anderidan*, Britannii *Caer Andred*, Saxones *Andredceaster* nuncuparunt, ferè perhadeor. Inferius dispersitis aquis insulam *Oxney* gramine luxuriantem amplectitur, & prope ostium *Apuldore* habet, juxta quod in sylvestri regione sunt *Cranbroke*, *Tenterden*, *Benenden*, & alia vicina opida, in quibus lanificij, sive rei pannariae laus inprimis stetit jamine ab Edwardi III. temporibus, qui propositis præmijs, & plurimis concessis immunitatibus Belgas in Angliam anno regni sui decimo evocavit, uti nostros artem illam panni lanei contexendi edocerent, quæ hodie inter Reip. nostræ columnina merito numeratur.

Odo uterinus Guillelmi Primi frater, primus habetur è Normannico sanguine Cantij Comes, simulque Bajocensis Episcopus, qui post gravissimam quam concitavit seditionem, suis sedibus & fortunis in Anglia à nepote Guillelmo Ruffo ejectus. Deinde Stephanus Angliæ usufructuarius Guillelmum Iprensē Flandrum eo honore exornavit. Non longo post tempore Hubertus de *Bugo*, optimè de rep-

merit-

meritus, eundem honorem ab Henrico III. accepit, quo exutus postea diem obiit: jacuitque hic titulus usque ad Edwardi II. tempora. Is fratri suo juniore Edmundo de *Woodstok* cõtulit, qui securi percussus. Filij tamen duo Edmundus & Joannes successerunt suo ordine, quibus sine sobole mortuis, hunc honorem eorum soror superstes in *Equestrem Holandorum* familiam transtulit. In quibus cum hæc dignitas exactà periodo intercidisset, Rex Edwardus III. Edmundum *Grey* Dominum de *Hastings*, *Weissford*, & *Rubyn* Cantiani Comitibus titulo adauxit, qui *Georgium* filium successorem habuit. Ille ex secunda uxore *Henricum Grey* Equitem suscepit, cujus è filio *Henrico* nepos *Reginaldus* in Comitum Cantij à Regina *Elizabetha* anno 1572. erectus est. Illique sine prole defuncto *Henricus* frater successit, omnibus verè nobilitatis ornamentis vir longè honoratissimus.

Habet hæc Provincia *Parviciis* 398.

DOBUNI.

Regiones, quæ hinc Oceanum Britannicum, illinc *Sabrinianum* fretum, & *Tamisium* fluvium interjacent, obambulavimus omnes. Nunc reliquas instituto ordine perlustremus, & transiisso flumine, ad *Tamisis* fontes, *Sabrinæ*que æstuarium reveci, *Dobunos* videamus, qui olim, ubi nunc *Glocestershire*, & *Oxfordshire*, habitantur. Horum nomen factum à *Dussen* Britan-

Nomen.

Oxney.

Res pannaria primii in Anglia.

Comites Cantij.

nica ditione credimus, quod maxima ex parte loca jacentia et depressa sub collibus infidebant, unde in universos nomen transit. Hoc ut credam, facilius à me impetravi, cum videam Diorem hos populos eadem planè significatione *Bodinnos* dixisse, si litteræ non transponantur. *Bodo* enim, vel *Bodun* profundum antiqua Gallo- rum lingua (quam eundem cum Britannica fuisse demonstravimus) significare auctor est Plinius. Vnde *Bodincomagus* urbs, ut habet ille, ubi maximam Padi altitudo, & *Bodiontij* populi, qui vallem profundam, nunc *Val de Fontenay* ad Lemanium lacum incoluerunt. Cæterum cum Saxones rerum in Britannia potirentur, Dobnorum nomine extincto, pars horum, & circumvicini novo Germanico nomine *Wiccij* vocabantur, unde tamen, nisi cum bona Lectoris ventia, conjectare vix ausim. Si verò *Wic* Saxonibus fluminis finem significat, minimè absurdum erit, si inde *Wiccios* nostros deducam, qui Sabrinæ ostium, quod admodum sinuosum, circumcoluere.


GLOCESTER-SHIRE.

Confinia.

Solum.

Glocestershire, Saxonice *Gleaucesterschyre*, que primaria Dobnorum sedes erat, ab Occalu Monumethensem & Herefordensem Comitatum, à Septentrione Wigorniensem, ab Ortu Oxoniensem & Warwicensem, à Meridie Wiltoniensem, nec non & Somersietensem spectat. Regio amœna, & fertilis, ab Ortu affluvo in Occalum brumalem porrecta. Orienta-

lior



lior pars collibus exurgens, *Cotteswold* vocatur. Media in fertilissimam subsidet planitiem, Sabrinaque nobilissimo flumine, qui glebis quasi vim vitalem infundit, irrigatur. Occidentior pars trans Sabrinam tota sylvis obumbratur. A primaria civitate, inquit Malmesburienfis, regio *Vallis Glocestriae* dicitur, terra omnis frugum optima, fructuum ferax. Cernas tramites publicos vestitos pomiferis arboribus, non insitiva manus industria, sed ipsius humi natura. Regio plusquam alia Angliae provincia vinearum frequentia densior, proventu uberior, sapore jucundior. Vina ipsa bibentium ora non tristi torquent aeredine, quippe quae parum debeant Gallicis dulcedine, &c. Hinc, ut alia taceam, non est cur miremur, tot loca in hac regione à vinetis *Vineyards* vocari, cum vinum protulerit, & certè ex incolarum potius socordia, quam coeli intemperie videatur, quod hodie nullum ferat. Cur verò alicubi in hoc Comitatu (utin statutis nostris legitur) privata consuetudine, quae in legem invaluit, damnatorum patrimonia Regi solummodò in annum & diem cedant, eoque tempore exacto, contra quam in reliqua sit Anglia, proximis haeredibus, nostri instituti non est inquirere. Nunc tres quas dixi partes suo ordine prelustremus.

Occidentior pars trans Sabrinam (quam Silures olim tenuerunt) ad Vagam sive *Wye* fl. Walliae & Angliae limitem, tota profundis sylvis occupatur. *Deane Forest* hodie nos vocamus. Quod nomen si à *Deane* opidulo adjuncto factum non fuerit, ego truncato vocabulo *Deane* ab

Vites, &
vinum in
Anglia.

Forest of
Deane.

ab *Arden* dictam suspicarer. qua dictione & *Arden*, Galli & Britanni pro sylva olim usi videantur. *quid.*

Saltus enim hic erat longè densissimus, & superioribus saeculis itinerum anfractibus, & umbrarum horrore formidolosus. Verùm ex quo opulenta ferri venae hic fuerunt reperta, sylvae illa condensae paulatim rarefcere inceperunt. In hoc saltu antiquissima memoriae est *Abone*, sive *Avone* ab Antonino memoratum, quod primo illo nomine non omninò viduatum, *Avon-Aventon*. *ton* hodie dicitur, viculus sanè exiguus, sed qui exactè ad ix. milliaria, quot ille notat, à *Vento Sylurum* Sabrinæ adsidet. cumque *Avon*, flumen Britannis denotet, non absolum erit, si à flumine sic dictum putemus.

Sabrina flumen, *Heffren* Britanni vocant, cum *Sabrina* fl. longum iter angustioris alveo confecerit, ubi primum hunc agrum ingreditur, Avonam flumen, aliumque rivulum ab Oriente excipit, quibus intersidet *Tewkesbury*, à Theoco, qui heremiticam ibi vitam duxit, denominatum, amplum & elegans opidum, tribus pontibus ad tria flumina pervium, lanæis pannis conficiendis, & sinapi, quod acrimonia plenum altissimè penetrat, celebre. Inde *Deorhirst*, de quo Beda, Sabrina impendet humiliori situ, unde magna damna perfert, cum flumen ita insurgit, ut se non capiat. Huic mediamnis in Sabrina objacet *Oleneag* & *Alney* Saxonice, nunc *The Eight*, ilt est *Monoma* *Infula*, hinc celebris, quod cum assiduis preliis *chia.* & Angli & Dani comminuti fuissent: misso in compendium bello utriusque gentis fata Edmundo Anglorum, & Canuto Danorum regibus

bus commissa fuerint, qui singulari certamine de summa Imperij in hac insula depugnarunt. Sed post ancipitem æquo Marte pugnam, pax convenit, & regnum inter eos dispersitum: verum Edmundo statim neque sine suspitione veneni sublato, universam Angliam occupavit Danus.

Sinuoso volumine à *Deorbis* defluit Sabrina, & statim se diffundens, ut amnicam insulam viridantibus pratis latissimam efficiat, primariam Comitatus præterfluit urbem, quam Antoninus *Glevum* & *Glevum* dixit, Britannii *Caer Glow*, Saxones *Gleancester*, nos *Glocester*, vulgus Latinorum *Gloverniam*, alij *Claudiocestriam*, à Claudio Imperatore, ut fabulantur. Ego, uti *Gleancester* Saxonum à *Glevo* promanavit, ita *Glevum* analogicè à Britannorum *Caer Glow* profuxisse suspicor, *Glow* enim Britannis *pulchrum* & *splendidum* sonat, ut *Caer Glow* sit idem quod *Vrbs pulchra*. Extructa fuit à Romanis, & Silurum quasi cervicibus imposita, coloniaque eò deducta quæ *Colonia Glevum* dicta. Vrbs Sabrinae exporrecta imminet; quæ flumine non alluitur, murus firmissimus alicubi opponitur. Templorum numero, & ædium descriptione sane est elegans. Aldredus Eboracensis Archiepiscopus templum, quod nunc principem locum obtinet, & Decanum cum sex Præbendarijs habet, construxit, cujus templi Australe latus ex oblationibus populi ad sepulchrum Regis Edwardi II. restauratum fuit, qui hic sepultus monumento alabastrino: & non procul ab illò infelix Robertus *Courthose* Guilielmi Primi filius natus maximus Dux, Nor-

mannia

mannia, medio choro in tumulo ligneo. Supra chorum verò in fornice hujus Ecclesie paries in semicirculum angulosum eo artificio constructu, ut si quis admodum submissa voce ad unam ejus partem loquatur, & alter applicet aurem ad aliam partem satis longè distantem, facillimè unamquamque syllabam exaudiat. Episcopali sede patrum memoria adauxit Henricus VIII. qua olim dignitate præclarum fuisse asserit Galfredus Monumethensis, & asserenti fidem non derogo.

○ Sabrina, cum jam Glocestriam reliquit divisaque aquas collegit, alterno maris accessu recessuque plenior, more sævientis pelagi exurgit, Oceanumque crebro sinuosus flexu petit. Sedet verò eodem littore nõ multò inferiùs *Barkley*, Saxonice *Beorkenlau*, castro munitissimo, *Majore*, qui summus est Magistratus, & Dominis suis Baronibus de *Barkley* antiquæ nobilitatis notissimum. Sub hoc *Aven* fluviolus mare subintrat, ad cujus fontes vix VIII. mill. pass. à littore prope *Alderley* viculum lapides cochlearum & ostrearum specie nascuntur, quæ sive viva aliquando fuerint animantia, sive naturæ ludicra, quarant Philosophi naturæ venatores.

Nunc ad Orientalem partem progrediamur, quam collibus attolli diximus, *Cotswold* scilicet, quæ à collibus & ovilibus sic dicta. Mòtes enim & colles *Wolde* olim dixerunt Angli. In his candidissimi ovium greges maximo numero paucuntur, cervice proluxa, & quadrato corpore, quarum lanæ mollissima in maximo apud omnes gentes honore habentur. Sub horum collium

latere

Glevum,
Glocester.

Barkley.

Cotswold.

latere antiquioris notæ quasi in una vicinia hæc celebriora loca cernuntur.

Alexæder
de Hales.
Winchel-
combe.

Campden, vulgò *Camden* mercatus satis celebris. *Hales* Monasterium nuper florentissimū, & alumno suo Alexandro de *Hales* in spinosa illa Theologia coryphæo laudatum. *Sudley*, olim *Sudleaz*, castrum elegantissimum. *Winchelcombe* opidum satis frequens, ubi Kenulphus Mercius monasterium erexit, quod vix credas in quanta celebritate jam pridem fuerit ob reliquias regis Kenelmi pueri septennis, quem soror, ut hæreditatem interverteret, clanculūm è medio sustulit, & in martyrum catalogum majores retulerunt.

Fosseway.

Hæc inter colles; sub collibus verò juxta litem Comitatus orientalem vidimus celebrem illam Roman. viam, *Fosse* noto nomine dictam, quæ à Warwicensibus primū descendit per *Le-mington*, ubi statio Romanorum videatur fuisse ex Romanis numismatis ibi sæpè erutis; deinde per *Stow on the woud*, ventis ob sublimem situm nimis expositam, & *Nortleach* cognominem fluvio alluenti, ad *Cirencester*, quam *Corinium* fl. inter colles, magna molarum opportunitate, in austrum effusus allabatur, nominique adoptat suo. Verustæ in primis memoriæ hæc urbs est, *Ptol. Corinium*, *Antonino Durocornovium*, id est *Cornovium aqua*, exactè ad xv. à *Glevo*, sive *Glocestria*, ut ille annotat, lapidem. Britanni *Caer Coti*, & *Caer Ceri*, Anglosaxones *Cyrenceaster*, dixerunt, nos hodie *Cirecester*, & *Circiter*. Inclaruisse comprobant Romanorum nummi, pavimenta tessellata, & marmora inscripta subinde effossa.

Nunc

Nunc autem vix quarta pars intra mœnia habitatur, reliqua sunt agri compascui, ruinæque cœnobij à Saxonibus, ut ferunt, primū extructi. Lanificio maximum quæstum faciunt incolæ, & Richardi Primi singularem in se benignitatem prædicant, qui ipsos, ut asserunt, septem adjacentibus Centurijs præfecit, ut causas cognoscerent, & multas, aliaque ex causis illis cognoscendis emolumenta sibi ipsi haberent.

Quod ab *Glocestria* Comites attinet, sub Normannorū ingressum Bithritū Saxonem *Glocestria* Dominum fuisse legitur, cujus possessiones à Guilielmo Primo Robertus filius Haimonis Corbulensis vulgò *Fitz-Haimon* dictus accepit. Hujus filium Robertus Henrici Primi filius notus in uxorem duxit, primūque *Glocestria* Comes factus, vulgò *Scriptorum Glocestria* Consul appellatur. Ille hunc honorem Guilielmo filio reliquit, cujus filia natu minor, Richardo *Clave* Comiti Hertfordiæ elocata, Gilbertū de *Clave* *Glocestria* Comitem peperit, cui filius Richardus, nepos Gilbertus II. & pronepos Gilbertus III. ordine successerunt. Post Gilbertum III. sine liberis demortuum Hugo *Despenser* dictus est Comes *Glocestria*. Verū illo suspensō, hunc honorem Hugo de *Andeley* gratiā Edwardi III. accepit. Post ejus obitum in *Du-*

Glocestria
Comites.

Glocestria
Duces.

catum hunc titulum erexit Rex Richardus II. & *Duces*. *Thomam de Woodstoke* Comitem Buckinghamiæ, filium natu minimum Regis Edwardi III. *Glocestria* Ducis titulo primū erexit. Illo extincto, idem Rex *Thomam Despenser* Comitis *Glocestria* titulum contulit, cui paulō post ab Henrico

rico III. exturbatus, ignominiosè degradatus, & Britfoliæ securi percussus. Secundum Glocestriæ Ducem creavit Hunfredum fratrem Rex Henricus V, qui *Regum filius, frater, & patris, Dux Glocestriæ, Comes Penbrochia, Magnus Angliæ Camerarius* (his enim titulis usus est) de rep. & litteris optimè meritis, fraude muliebri apud S. Edmundi burgum sublatas. Tertius, & ultimus Dux Glocestriæ erat Richardus frater Regis Edwardi III. qui postea Richardi III. nomine regnum, sublati scelere nepotibus, occupavit, & post biennium justo pralio cum vita amittit.

Paræcie 280. in hoc Comitatu comprehenduntur.


OXFORDSHIRE.

Confinit.

Solum.

Oxonienſis ager, Saxonice *Oxenford-ſchyre*, vulgò *Oxford-ſhire*, quæ etiam ad Dobunos spectasse diximus, Glocestrenſi ad Occasum conjungitur, ab Austro, quâ in maximam latitudinem excurrit, Ifide flumine a *Bark-ſhire* excluditur, ad Ortum Buckinghamienſi agro definitur, ad Septentriones, quâ in conum quasi definit, hinc Northantonienſi, illinc Warwicensi includitur. Regio fertilis est & opima: plana arvis, & pratis sunt exulta, colles crebris sylvis obſeſſi; nec frugibus tantum, sed omni genere animantium, quæ venatu & aucupio ad cibum capi solent, ubique referta: fluvij etiam piscosis irrigua. Iſis enim, qui postea Tamisus, longo

decur-



decurſu Australe littus ſubluit. *Cherwel* piſcoſus fluuiolus, cum Northantonienſes ab Oxoniensibus aliquamdiu ſejunxit, placidè median regionè intermeat, & quaſi in duas diſperit partes. partemque Orientalem Tama ſuis aquis irrigat, feracemque reddit, donec ab Ifide uterque cum influentibus rivulis excipiat.

Isis, cum Wiltonienſes perſtrinxit, ſtatim atque Oxoniensibus adit, Rodcottano ponte coercitus, *Bablack* præterfluit. Inde *Windruſho* fluuiolo primùm augetur, qui è *Cotteſwoldia* profluens ad ripas *Burford* videt, Saxonice *Beorford*. Hinc *Withney* perfundit, antiquum opidum, cui adiacet *Coges*. Iuxta quod *Wichewood* ſaltus latè patet. *Windruſho* recepto ad *Einſham* deferunt Isis, Saxonice *Eignerham*. Sub hoc in Ifidem *Euenloade* fluuiolus emittitur, è *Cotteſwoldia* etiam prolapſus, qui in ipſo agri limite, non longè à ripa antiquum monumentum reliquit, vaſta ſcilicet ſaxa in orbem diſpoſita, quæ *Rollerichſtones* vulgus appellat, hominesque olim fuiſſe, qui in ſaxa ſtupenda metamorphoſi riguerint, ſomniant. Sed victoriæ alicuius monumentum ego crediderim, & forſè à Rollone Dano, qui poſtea rerum in Normannia potitus. Iuxta *Hochnorton* eſt, qui locus ob ruſticitatem incolarum ſuperiori ſæculo ceſſit in proverbium, ut inde natum dicerent, quaſi *Suilliunt*, qui moribus eſſet agreſtioribus.

Nihil aliud memorandum præterfluit *Euenloade*, ſed curſu ſatis longo confecto amniculum admittit, ad quem ſedet *Woodſtock*, Saxonice *Wudeſtock*, id eſt *Locus ſylveſtris*. Aedes hic ſunt regis

regiæ magnificentiæ plenæ ab Henrico Primo constructæ, qui etiam vivarium amplissimum saxeo muro incinctum adjunxit, quod primum fuisse in Anglia vivarium scribit Ioannes Rossus, verum jam inde in eum numerum exceverunt, ut plura fuerint in Anglia, quam in reliquo orbe Christiano habeantur, eouique venandi studium majores nostros provexit. Opidum ipsum, cum nihil habeat quod ostendet, Homerum nostrum Anglicum Galfredum Chaucerum alumnus suum fuisse gloriatur. De quo, & nostris Poëtis Anglicis illud verè afferam, quod de Homero, & Græcis ille Italus dixit:

*Hic ille est cujus de gurgite sacro
Combibit arcanos vatium omnis turba furores.*

Ille enim extra omnem ingenij aleam positus, & Poëtaſtros nostros longo post se intervallo relinquens.

Iam monte potitus,

Ridet anhelantem dura ad festigia turbam.

Isis cum *Euenlodum* jam admisit, diſiſo alveo in plurimas & amoeniſſimas Inſulas diſtrahitur, ad quas *Godſtow*, id eſt *Dei locus*, virginum cœnobiolum erat, in quo cum hoc epitaphio rhythimico ſepulta quondam *Rofamonda Clifſfordia*, Henrici II. deſicia, quæ formâ adeò eximîâ & liberali erat, ut *Rofa mundi* vulgò diceretur.

*Hoc jacet in tumulo Roſa mundi, non Roſamunda,
Non redolet, ſed olet, quæ redolere ſolet.*

Necdum in unum ſe colligit Isis, cum *Cherwellum*, qui agrum hunc quaſi intermeat, è Northantoneni provincia obvium habet. Hic *Banbury*,

Banburij. *burij*, quondam *Banesbyrig*, primùm perfundit, opidum consiciendo caelo notissimum. Sub hoc Roman. Imp. numismata reperta ad loci vetustatem afferendam faciunt. Nec hic omitendum quod proximum est *Broughton* sedes *Richardi Fienes* sive *Fenis*, cui & hæredibus de corpore Potentissimus Rex *Iacobus* anno regni sui primo recognovit & confirmavit nomē, stylum, titulum, gradum, dignitatem, & honorem *Banones de Sayronis de Say & Sele*; utiq; qui à *Iacobo Fienes* Barone de *Say & Sele*, & Magno Angliæ Thesaurario tempore Regis *Henrici VI.* recta linea genus deduxit. Iam inde longo à *Banburia* decursu nihil præter cultissimos agros & lætissima prata cernit *Cherwellus*, in quibus confidet *Issip*, olim *Ghislip*, *Edwardi* Regis illius, quem ob pietatem & continentiam *Confessoris* nomine dignati sunt majores, locus natalis.

Cherwellum hic ab ortu insluit rivulus, qui *Burcester* præterfluit, antiqui nominis opidulum. Ad occasum adjacent desertæ stationis antiquæ pauca reliquæ, *Alcheester* vocant, per quod via militaris à *Wallengfordia*, ut credunt vicini, ad *Banburiam* duxit, cujus agger in planitie de *Omore* per aliquot milliaria adhuc extat manifestissimus. Vbi verò cum *Iside* confluit, & amœnissima insule aquarum divortijs sparguntur, in campelstri planitie eminet celeberrima Academia *Oxonia*, Saxonice *Oxenford*, à boum scilicet vado, quo etiam sensu *Britannis* nostris hodie *Rhid-yehen*, vulgò *Oxford*, Athenæ nostræ nobilissimæ, Angliæ *Museon*, imò *Sol*, *Oculus*, & *Anima*, litterarum & sapientiæ clarissima scaturigo

rigo, unde *religio*, humanitas, & doctrina in omnes regni partes uberrimè diffunditur. Vrbs egregia & nitida, sive privatorum ædificiorum elegantiam, sive publicorum dignitatem, sive situs salubritatem & amœnitatem spectes. Planitiem enim ita obvallant nemorosi colles, ut hinc pestilenti Austro, illinc tempestuoso Zephyro excluso, tantum serenantem Eurum, & Aquilonem corruptionis vindicem admittat, unde ab hoc situ *Bellostum* quondam dictam fuisse produunt Scriptores. Prudens antiquitas (ut in annalibus nostris legitur) hanc urbem etiam Britannico sæculo Musis consecravit, quas Græcoladà (quæ jam tenue in Comitatu *Wiltoniæ* opidulum) huc tanquam in felicius plantarum transfulerunt. Postea cum communem temporum inclinatione sortem subiisset, piētissimus Rex *Aelfredus*, Danica utcunq; sedata tempe- 882, state, Musis jamdiu exulantibus sua adyta restituit, tribus constructis Collegijs: Grammaticis uno, Philosophis altero, & Theologis tertio. Sed hanc redivivam felicitatem paucis post annis una & altera tempestas excepit, adeo ut tristissimum studiosiorum exilium subsecutum fuerit, & Academia luctuoso spectaculo quasi intermortua ad *Guilielmi* *Normannici* usq; tempora jacuerit. Tunc autem *Robertus de Oili* 1074, nobilis *Normannus*, cum in militiæ præmium latifundia in hoc agro à *Guilielmo* *Victore* accepisset, castrum ad occidentalem urbis partem magnis aggestis molibus extruxit, & in eo Ecclesiam *S. Georgij* parochialem. Mœnibus etiam novis, ut creditur, ipsam urbem incinxit, que

quæ nunc senfim expugnat *vetustas*. Aliquam-
 diu post uti legitur in Chronico Cœnobij Osne-
 jensis, *Robertus Pulenius scripturas divinas, quæ in An-*
glia absoluerant, apud Oxoniam legere cepit. In ean-
 dem etiam sententiam scribit Ioannes Rossus
 Warwicensis, *Procurante Rege Henrico Primo, lectu-*
ra Theologia, quæ diu cessaverat; Oxonia restorere ce-
pit, & novam Aulam ibi edificavit. Sic ædificijs
 recreata urbe, huc quasi ad doctrinæ & virtutis
 mercatum confluere cœperunt plurimi, & re-
 florerunt literæ, operâ inprimis Roberti illius
 Pulenij, Regis Henrici Primi à cubiculis, viri ad
 remp. litterariam promovendam nati, qui nihil
 non egit ut arida quasi urbis visceribus obstru-
 ctos Musarum fontes denuò aperiret, favente
 inprimis Henrico I. Henrico II. & Richardo
 ejus filio, de quo modò dixi. Subsequenti tem-
 pore, ut Deus urbem hanc Musis, ita optimos
 Principes, & præfules huic urbi magno nume-
 ro progeniit. Tantaque jam erat eruditorum
 copia, ut Matthæus Parisiensis *Unversitatem Oxo-*
niensem secundam à Lutetia Ecclesiæ scholam, imò Eccle-
sia fundamentum disertè appellavit. Iam boni Mæce-
 nates urbis interiora, & suburbana angustis-
 simis Collegijs, Aulis, & Gymnasijs, & earum
 redditibus opimis animare cœperunt. In-
 sequentibus sæculis, cum Collegia varia, tum et
 Schola Théologica eâ elegantia extracta est, ut
 illud Zeuxidis ei jure inscribi possit, *Invisurum sa-*
cialius aliquem, quam imitaturum; atque Bibliothe-
 cam in ejus superiori parte institutam centum
 viginti novem selectissimis libris, quos magnis
 impensis ex Italia compararat, exornavit Ham-
 fredus

fredus ille *Bonus Dux* Glocestriæ bonarum litte-
 rarum summus admirator. Sed hos quorum-
 dam privata avaritia publico usui jampridem
 invidit. Nunc verò, quod felix faustumque
 sit, ex Equestri ordine vir clarissimus Tho-
 mas Bodley hujus Academiae alumnus, magno
 sumtu, & studio numquam satis laudato, eodem
 in loco optimis libris undique conquisitis no-
 vam instruit Bibliothecam. Potentissimus Prin-
 ceptus Henricus VIII. ad Urbis dignitatem, Epi-
 scopum, & ad Academiae ornamentum, publi-
 cos Professores instituit. Collegium quoque
 omnium amplissimum & elegantissimum, à
 Thoma *Wolseo* Cardinale inchoatum, adjuncto
 Cantuariensi Collegio, magnis redditibus dota-
 vit, & *Academ Christi* dixit. Ita ut nunc Colle-
 gijs, numero xvi. & Aulis præterea viii. ele-
 ganti structura, opimis redditibus, & instructis
 Bibliothecis adeò floreat nostra Oxonia, ut re-
 liquas orbis Christiani Academies superet
 omnes. Bibliothecis vero animatis (sic enim
 meritò viros doctissimos cum Eunapio vocare
 licet) maximarum artium disciplinis, & reip.
 litterariæ politia concedat nulli.

Cum verò sub Oxonia Isis & Cherwellus in
 unum alveum aquas confociarunt, Isis solidus
 & concitator in Austrum fertur, nec multa
 emensus est milliaria, cum ecce *Tama* è Buckin-
 ghamsiensi agro effusus occurrit, qui ubi pri-
 mum hunc agrum subintrat, *Tamam* mercatori-
 um opidum nomini adoptat suo, quod inter flu-
 mina situ admodum grato interfidet. *Tama*
 enim partem septentrionalem, & duo influen-

tes rivuli, alter ab Ortu, ab Occasu alter includunt. Inde Tama prope Ricot ædes elegantes defertur, quæ per Ioannis Guilielmiadæ, sive Williams, Militis filiam devolutæ sunt ad D. Henricum Norrissum, quem Elizabetha Regina Baronem Norrissum de Ricot dixit, virum cum generis claritate conspicuum, tum bellicosissimam prole, quod Belgica, Lusitania; Britannia Armorica, & Hibernia contestentur, longè clarissimum. Demùm Tama Dorcestriam adit, quæ nobis Dorchester. Bedæ civitas Dorcinia. Hanc à Romanis habitatam fuisse eorum nummi sæpius eruti persuadent, & annales nostri Episcopali sede diu celebrem fuisse produnt. Quam post 460. annos, ne, quod Canonibus prohibetur, in tam modica Civitate Episcopi nomen vilesceret, Remigius, regnante Guilielmo Primo, Lincolniam transtulit. Iam inde sensim deficere cœpit, & nuper viâ publicâ hinc deflexa, ita elanguit, ut vix opidi nomen tueatur. Sub hoc Tama & Iis confluentes, quasi in manus conveniunt, & conubio junguntur, utque undis, sic nomine cœunt, ut Ior & Dan in terra Sancta, Dor & Dan in Gallia, unde Iordan, & Dordan. TAMISIS enim jaminde composito vocabulo nominantur.

Hinc magno circumducto ambitu Tamisis in se ferè reflectitur, Centuriam de Henley amplexus collibus surgentem & sylvis densiorem, quam Ancalites tenuisse, qui se in Cæsaris fidem permiserunt, suspicantur nonnulli. In hac sunt Greyes Rotherfeld, habitatio nunc Guilielmi Kyolles Aulae regie Thesaurarij, quem Rex noster

Iacobus titulo & honore Baronis Kyolles de Ro-Baro Kyoltherfeld ob fidelem operam R. Elizabethæ præstiles de Rotam, & sibi præstandam exornavit. Iuxta Hen-therfeld. ley ad Tamisim in ipso Comitatu confinio se ostendit, cujus incolæ maximam partem navi-ularij subvehendo Londinum ligno, & distrahendo frumento quæstum præcipuum faciunt. Ab Henley colles Chilterniæ perpetuo dorso in Aquilonem procurrit, & Oxoniensem hunc agrum à Buchingamiensi determinant, ad quorum radices plura subsunt opidula, inter quæ notissima sunt Watlington mercatus tenuis, & Sfirburne, Chamberlanorum sedes.

Oxonienfis Comitatus titulus diu floruit in Oxonia familia de Vere, quæ genus à Guinarum Comitibus, cognomen à Vere Zelandiæ opido repetit. Amplitudinis in Anglia initium ad Henricum Primum refert, qui Albericum de Vere ob eximiam prudentiam varijs ornavit beneficijs, filiumque ejus Henricum, Matildis, & Henricus filius, suis seorsim Chartis, Oxoniæ Comitem crearunt. Inter posteros maximè inclaruerunt Robertus de Vere, qui maxima apud Richardum II. gratia, Marchionis Dubliniæ, & Ducis Hiberniæ novis & inauditis honoribus auctus, brevi post tempore procerum invidia de gradu dejectus, extorris miserimè vitam peregit. Ioannes, qui magna in rebus bellicis scientia, & integerrima in Lancastrensem familiam fide, contra Edwardum III. subinde in acie conflixit. Ioannes item alter regnante Henrico VIII. in omnibus vitæ partibus tam temperans, ut Boni cognomen reportaverit, qui proavus fuit

Henrici jam Comititis ex hac stirpe XVIII. & avus Francisci & Horatij Vere fratrum, qui singulari rerum bellicarum scientia, & rebus fortissimè & felicissimè in Belgio gestis, antiquæ nobilitati plurimum splendoris addiderunt.

• *Ecclesiæ Parochiales 280 complectitur hic Comitatus.*

CATTIEVCHLANI.

DObunis ad Orrum contermini, quos Pro-
pro exemplarium varietate *Cattieuchlanos*,
Cattidudanos, *Cathicludanos*, & Dio *Cattuellanos* vo-
cat, Ego hos olim *Cassios* fuisse dictos existima-
vi, ab his *Cassijs* eorum Principem *Cassivellaunum*,
sive *Gasibellinum* denominatum, & à *Cassivel-*
launi nomine hunc ipsum populum *Cattuellanos*,
Cathuellanos, & *Cattieuchlanos* à Græcis appella-
tum. *Cassij* enim inter Britannia gentes à Cæsa-
re memorantur, quos certo certius est his in lo-
cis confedisse, & à quorum nomine regiuncula
in hoc tractu non minima *Caisbow* etiamnum
appellatur. Cùm autem *Cassivellaunus* huic
tractui cum imperio præfuerit, & in ejus no-
mine *Cassiorum* appellatio se prodat: satis pro-
babile videatur, *Cassivellaunum* sic dictum quasi
Cassiorum principem. Id ni esset, cur hunc *Cas-*
sivellaunum vocarit Dio *Suellan* pro *Vellan*, &
Ninnius Britannus non *Cassibellinum*, sed *Bel-*
linum, quasi illud esset proprium vel viri vel di-
gnitatis nomen? Nec novum videatur si princi-
pes olim à sua gente nomina sortiti fuerint.

Card

Catti in Germania suum *Cattimarum*, Teutones
suum *Teutomarum*, & *Teutobochum*, *Daci*
Decebalum, *Gotti* *Gottisonem* habuerunt. Et
quid impedit quo minus nostri *Cassij* suum
Cassibellinum habuerint? cùm *Belinus* protritum *Belinus*.
fuerit in hac Insula nomen, & nonnulli puta-
rint *Cinobellinum* qui inter *Icenos* regnavit, quasi
Icenorum *Belinum* fuisse nuncupatum. Vnde
autem *Cassiorum* nomen hic populus induerit,
mihi minimè compertum, nisi fortè à virtute
bellica. *Servius* enim *Honoratus* viros bello
strenuos antiquis *Gallis* (qui eadem cum *Britan-*
nis lingua usi) *Gessos* dictos prodit. Bellica au-
tem laude hos floruisse manifestum est. conti-
nentia enim ante *Cæsaris* adventum cum vici-
nis bella gesserant, & imperium suum ac nomen
longè lateque protulerant. Vniformi autem
Cassiorum, sive *Cattieuchlanorum* appellatio-
nis insigniti erant, qui nunc tres agros sive Comi-
tatus occupant: scilicet *Buckinghamshire*, *Bedford-*
shire, & *Hertfordshire*, de quibus jam ordine pau-
cis dicendum.

BUCKINGHAM-SHIRE.

Buckinghamshire cùm fagis sit passim feracissi-
ma, quas Anglo-saxones *Bucken* vocant, à
fagis primarium opidum *Buckingham*, & inde to-
tus ager denominatus videatur, Regio enim
fagifera in Germania *Buchonia* vocatur, & apud
nos opidum in *Norfolcia* *Buckenham* dictum, fa-
gis circumsitum esse accepimus. Hic ager mi-
nori

Nomen

Cassij

Cassivel-
launus.

Consua. nori latitudine conclusus à Tamisi ad Septentriones longitudine sua procurrit. A Meridie Bercheriam Tamisi flumine seclusam, ab Occasu agrum Oxoniensem, à Septentrione Northantoniensem, ab Ortu primum Bedfordiensem, inde Hertfordiensem, & postea Medio-saxones prospicit. Solo est passim uberi, incolis refertissimus, qui rei pecuariae imprimis operam navant. In duas partes dividitur, quarum altera ad Meridiem & Ortum montana, seu potius collina, *Chilterne*, altera huic subjecta ad septentriones *The Vale*, id est *Vallis* dicitur.

Chiltern. *Chiltern* à creta, quam veteres Angli *Cylt*, sive *Chilt* dixerunt, ex soli natura nomen invenit. Tota enim collibus ex argillacea creta albicantibus surgit, fageis lucis & sylvis vestita. In hac, quæ collium radicibus Tamisis flexuoso meatu allabatur, *Marlow* sedet non contemnendum opidulum. Prope hoc in Tamisum editur fluviolus per jacentia loca sibi iter aperiens, & quæ flectitur *High-wickam*, vel rectius *Wicambe* opidum sibi impositum habet. Hoc amplitudine sua & aedificiorum elegantia maximis in hoc agro opidis adequandum, in eo verò quod *Majorem* pro summo magistratu habeat, plerisque merito anteponendum. *Wichombia* ad Boream editissimus hujus regionis locus eminent, unde *Pen* Britannicum nomen etiamnum retinet. Caput enim, & eminentia illis *Pen* dicitur, unde plures apud nos montes nomen invenerunt. Huic vicina est *Bradensham* situ percommode & salubri, quæ jam habitatio est primaria Baronum de *Windsor*.

Wicambe.

Pen, quid.

Fluviolo illo admisso, Tamisis provolvitur per *Actona*. *Actonam* bonarum litterarum plantario celebrem, quod posuit optimus ille & pientissimus Princeps Henricus VI. Post pauca miliaria Tamisum influit *Cole*, qui Buckinghamienses & Mediosaxones hic intermeans, opidum *Colbroke* denominat, quod *Pontes* fuisse quorum neminit Antoninus, utrinque distantia à Gallena & Londino testatur. Nec ipsam alius est locus quæ via à Gallena Londinum ducit, cui Pontium nomen aptius conveniat. *Cole* enim hic in quatuor alveos finditur, qui totidem pontibus ad itineris commoditatem conjunguntur, à quibus nomen factum ipsa nominis notio edocet. His divortijs *Cole* amœnas insulas circumfundit, qui & alium quandam rivulum superiùs ab Occasu infusum secum defert, ad quem primum *Missenden*, & inde in convalle *Amersham*, Saxonice *Agmundesham* vidimus, quæ nec structura, nec frequentia, sed Domino suo Francisco *Russellio* Bedfordiæ Comite superbivit.

Vix tertio hinc ad Septentriones milliari *Chilternicorù* collium dorsum est, quod totam regionem ab Occasu brumali in Ortum æstivum transversam interfecat, & ex quo longè lateque patet prospectus in subjectam vallem, quam alteram agri partem diximus. Hæc tota ferè campestris est, solo item argillaceo, tenaci, & fecundo, pabulosis pratis innumeros ovium greges pascens, quarum mollia & tenuissima vellea ab Asiaticis usque gentibus expetuntur. In hac valle, licet opidis & pagis sit confertissima, per pauca tamen sunt quæ referre convenit, eaque

The Vale.

eaque aut ad *Tamam*, aut ad *Isam*, sive *Vsam*.

Non procul à Tama, quâ Meridionalem vallis partem irrigat, surgenti colloquio infidet emporium amplum, satis frequens, multiplices & amœnissima pratorum & pascuorum viridate incinctum, vulgò *Ailsbury*, unde vallis uiverſa *The Vale of Ailsbury* nominatur. Guilielmi Primitemporibus *Manerium* erat regium; & nonnulla hic terræ *Virgate* à Rege donabantur ea lege ut possessor (observate delicatuli *litteritium*, id est *stramen*, si *Rex* eò veniret, ad Regis lectum inveniret. Nunc autem maxima celebritas est de re pecuaria, & circumquaque ovium greges velleribus onusti maximo numero, magno Dominorum emolumento lætissimè pascuntur.

Vsa, sive *Ousa*, olim *Isa*, & *Isis* secundus, qui Septentrionalem agri partem lectus pererrat, in Comitatu Northamptonensi ortus, statim a fontibus ubi hunc agrum adhuc tenuis sub intrat, præterfluit *Bitteſden*. Inde *Buckingham* totius Comitatus caput invisit, quod (ut habet *Marianus*) vallo & turribus utraqûe ripa anno 915. *Edwardus Senior* contra Danorum irruptiones communiavit. Situ subsidet depressiori, sed magna molarum opportunitate, incingit *Ousa*, nisi à septentrione, & Castrum in medio æggestis molibus, nullis ferè jam reliquijs, quasi interdixit. Magis ad Ortum à flumine, juxta memoratam cernitur *Whaddon*, olim *Giffordorum* habitatio: parumqûe hinc abest *Saulden*, ubi ædes admòdum venustas sibi & suis extruxit *I. Fortescue* Eques honoratissimus juxta ac eruditissimus, Regis *Jacobi* à secretioribus consilijs. Ab altera flumi-

Ailsburij

Buckinghã

I. Fortescue

fluminis parte haud procul à ripa sunt *Leckhamsted*, *Lillingstone*, & *Luffeld*. Superius autem ad fluminis ripam australem celeberrimum est *Stony Stratford* à saxis, strata publica, & vado sic dictum, ædificia enim è saxo struictili surgunt, situm est ad stratam publicam, *Watling-street* vulgò dictam, quæ militaris fuit Romanorum via, vadumqûe habet, sed jam vix vadofum. Opidum est satis magnum, dualqûe ostendit *Ecclesias*. Atque ubi vadum olim fuit, saxeo ponte *Vsa* fluvius continetur, qui hinc *Wolverton*, & *Newport Paine* allabitur. inde per *Terringham*, ad *Oulney* mercatum medioerem defertur, & huc usque vel paulò ulterius, per *Vsam* limitem pertingit Comitatus *Buckinghamiæ*.

Gualterus cognomine *Gifford*, primus, quantum ego hætenus observarim, in Charta *Henrici I.* inter testes citatur nomine Comitatus *Buckinghamiæ*. Hunc secutus est ejus filius eodè nomine, qui *Gualterus Comes Junior* dictus. Longo post tempore jacuit hic titulus quasi obsoletus, donec anno 1377, *Richardus II.* hunc honorem patruo suo *Thomæ de Woodstoke* contulit. Ex hujus filia natus est *Hunfredus Staffordiæ Comes*, quem *Buckinghamiæ Ducem* creavit *Henricus VI.* Illi successit ex *Hunfredo* filio nepos *Henricus*, qui *Richardo III.* tyranno viam ad regnum munivit, statimqûe eundem deurbare machinatus est: sed interceptus capite luit. Hujus filius *Edwardus* in integrum *Henrici VII.* gratia restitutus, pessimis artibus *Wolsæi* Cardinalis *Henrici Octavi* gratia excidit, & *Majestatis læse* damnatus, summo cum bonorum

Oulney.

Buckinghamiæ Comes.

Buckinghamiæ Duces.

rum

rum desiderio securi fuit percussus. Quod cum Carolus V. Imperator audisset, dixisse fertur, pulcherrimum Angliæ damnam à lanij cane fuisse devoratum, utique Cardinalis ille lanij fuerat filius. Iam inde hujus familiæ dignitas ita defloruit, ut posteris titulus Baronum de *Stafford* solummodo superferret.

Reconsentur in hac regiuncula Parocia 185.

Buckinghamia supra cum Oxoniensi Comitatu describitur.

B E D F O R D - S H I R E .

Bedfordiensis ager, vulgò *Bedford-shire*, ab *Botu Meridieg*; *Cantabrigiensi* arque *Hertfordiensi*, ab Occasu *Buchingamiensi*, à septentrione *Northantoniensi* & *Huntingdonensi* conjunctus est, *Vsa*que interfluente in duas partes divisus. Quæ Septentriones spectat, fertilior est, & nemorosa: altera ad Meridiem, quæ multò major, solo est tenuiori, sed non omninò ingrato: hordeum enim plenum, album, & crasum affatim profundit. In medio sylvis nonnihil densior, sed ad Ortum magis siticulosa, & arboribus nuda.

Vsa, ubi hunc agrum ingreditur, primùm *Turvey* invisit aedes Baronum *Mordant*. Deinde *Harewood* viculum præterlabitur, ubi anno salutis 1399. paulò ante motus illos civiles quibus Anglia diu divisula fuit, hic fluvius restitit, & cedentibus utrinque aquis, iter ipso alveo per tria milla-

milliaria non sine admiratione pervium fuit. Postea *Odill*, sive *Woodhill*, olim *Wabull* subllit. Vnde non minùs tortuosus, quàm ipse *Mæander*, fertur per *Bletnesbo*, vulgò *Bletsfo*, nunc sedem illustris familiæ de *S. Iohn*, quæ nostro tempore, Elizabethæ fel. mem. gratiâ, Baronum *Bletnesbo* dignitatem consecuta est.

Hinc *Bedfordiam*, Saxonice *Bedanford* primarium opidum, unde & regioni nomen, appropinquat, & ita dissecat *Vsa*, ut duo viderentur opida, nisi ponte saxeo committerentur, situs amoenitate, & sua vetustate, magis quàm elegancia & amplitudine, licet quinque Ecclesias numeret, prædicandum. *Lactodorum* tamen Antonini fuisse cum alijs non audeo affirmare. *Liswidur* quidem, sive *Lettidur* Britannicè dictum legi; verum id ex Anglico nomine conversum videatur. *Lettidur* enim Britannis diversoria publica sonat, & *Lettidur* diversoria ad flumen, ut *Bedford* Anglis lectos & diversoria ad vadum.

Non longum iter ab hoc confecit *Vsa*, cum *Bedfordiensibus* valedicit, proximè *Bissmed*. Hac ultra *Vsam*, qui à meridie priùs anonymo amniculo, quem *Iuell* tamen nonnulli vocant, augeatur, ad cujus confluentem *Temessord* Danorum Itativis & castro notum, quod tunc construxerunt, cum propugnaculum Britannicum, uti creditur, everterent, cujus locus, nunc *Chesterfield* & *Salndy* dictus, Romana nunifinata vetustatis suæ signa sæpè exhibet. Nec dubito è situ quin hæc fuerint *Salena* illæ quas *Cattievchlanis* adscribit *Ptol.* si *Salndy* sit verum nomen, quod mihi nonnulli assensum runt.

Confinia.

Solum.

Barones Mordant.

Barones S. Iohn de Bletnesbo.

Bedford.

Salndy, Salena.

Ad quintum milliare ab hujus amniculi fontibus, in ipso ferè agri umbilico, colli apponitur *Amphill*, domus ampla, regia, & castris amula, vivarijs undique circumfita. Hinc magis ad Septentriones jacet *Haughton Conquest.* ad Occasum *Woburn*, ubi nunc schola est tenuis à Francico Bedfordiæ Comite posita, olim monasterium floruit insigne, sub quo, ad *Aspely-Cowicz* terram esse quæ lignum in saxa convertit, perhibent, & in ejus argumentum scalam gestatoriam eligno, in illa terra aliquandiu obrutam, totamque saxeam effossam in monasterio illo spectatam audivimus. Haud longè hinc progressi juxta *Hockley in the Hole*, viâ lutosâ, itinerantibus hiberno tempore admodum molestâ, inter agros optimis fabis redolentes, quæ suâ redolentia odorem illam tantum vim, non sine venatorum indignatione, prorsus hebetant, per albicantem collem in *Chiltein* ascendimus, statimque

Terra lignum in saxum convertens.

Dunstable. *Dunstable* devenimus, quod in solo cretaceo situm, incolis satis frequens, & diversortijs plenum, quatuor habet plateas ad quatuor mundi plagas, in quibus singulis, cum solum sit siccissimum; quatuor in publicum usum sunt lacunæ, quæ quamvis pluviali solummodo aqua alantur, nunquam deficiunt: Fontium verò venæ non inveniuntur, nisi puteos in viginti quatuor cubitorum altitudinem agant. Hoc fuisse illam stationem, quam Antoninus Imp. *Magiontium*, *Magiovinium*, & *Magintum* appellat, non est cur ququam dubitet. Nam præterquam quod ad viam militarem Romanorum adfidet, Caesarum nummi in agris circumvicinis à subulcis subinde reperiuntur.

Magiovinium.

perihitur, quod *Madning mouye* adhuc vocant, & parum abest ad ipsum Chilternicorum collium descensum sepimentum militare in orbem circumductum, cujusmodi Britannorum opida fuisse prodit Strabo, quod novem jugera continet, & *Madning-bowye*, seu *Madin-bowye* appellant; in quo nomine parum variato *Magintum* se plausimè ostendit.

Nunc de Bedfordiæ Dominis; Ducibus, & Bedfordiæ Comitibus. Primum fuerunt Barones Bedfordiæ *Duces*, Comitibus. Primum fuit de *Bello campo*, qui Regibus Angliæ *mites*, & die inaugurationis jure hæreditario erant *Electores*, *Barones*, *emofynarij*. Deinde Edwardus III. Engelramum de *Coney*, Sueslionum in Gallia Comitem, cui filiam elocarat, primum Bedfordiæ Comitem creavit. Postea Henricus V. Bedfordiam in Ducatus titulum exivit; tresque Duces habuit, primum Joannem Henrici III. filium tertium, qui Rothomagi sepultus, & cum illo bellica Anglorum in Gallia felicitas. Secundus Bedfordiæ Dux erat Georgius *Neuill* puernulus filius Joannis Marchionis Montifacuti, quos eò honorum statim atque exisset, etiam dejecit Rex Edwardus III. idque auctoritate Parliamentaria: patrem ob perfidiam, cum ab eo defecisset, filium in patris invidiam. Tertius erat Jasper de *Hatfield* Comes Penbrochiæ, à nepote Henrico VII. eo titulo exornatus, qui senex & cœlebs è vita migravit.

Patrum verò memoria in Comitatus titulum recidit, cum Rex Edwardus VI. Joannem *Ruffel* Bedfordiæ Comitem creavit, cui successit filius Franciscus, vir ea pietate, & nobili facilitate,

ut nunquam ita magnificè quicquam in ejus dicam laudem, quin id ejus virtus longè superaverit. Successorem autem reliquit Edwardumque filio Francisco nepotem, avitis laudibus succrescentem.


Habet hæc Provinciola Paræcias 116.

Tabulam infra habes ad Comitatum Northamptonia.

HERTFORDSHIRE.

Confinia. **A** Gro Bedfordienfi ab Ortu, & partim à meridie adjacet *Hertford-shire*, cujus Occidentale latus claudunt Bedfordienses, & Buckinghamienses, Australe Mediosaxones, Orientale Saxones Orientales, & Septentrionale Cantabrigienses. Frumentarijs agris, pascuis, pratis, nemusculis, & limpidis fluviolis felix: veterum verò locorum claritate etiam cum vicinis de palma contendit. vix enim alius in Anglia Comitatus est qui plura vetustæ memoriæ ostendat.

Solum. In ipso Septentrionali limite, quâ Cantabrigiensem Comitatum attingit, sedet *Roiston* opidum notum, sed non antiquum. A Normannicis enim temporibus primum emicuit. Roiffa namque mulier ea ætate celeberrima Crucem ad viam regiam eo loci statuit, atque inde paulatim opidum surrexit, quod *Roiston*, id est *Roiffæ opidum* appellatum, cui nundinas statis temporibus concessit Rex Richardus Primus, & nunc *Roiston.* distra-



distrahendo *Byni* est celeberrimum, & frequen-
tissimum.

Inferius ad Ortum est *Asbwell*, id est Fons in-
ter *fraxinos*, vicus rusticus amplus, & aedificijs
frequens, ubi celeberrima est fontium scaturigo
è *crepidine*, quæ proceris fraxinis undique um-
brofa, unde tanta vis aquarum, perennibus ve-
ris emanat, ut statim intra ripas collecta rotan-
dæ mofæ sufficiat, & quasi subito in iustum flu-
men coalescat.

Indè in agro culto & florenti *Wimondley* se-
det, antiquum & celebre prædium, quod hono-
ratissimo apud nos jure (*Gravi Sergeantie* Jurisper-
riti nostri vocant) tenetur, nimirum ut possessor
Regibus Angliæ quo die inaugurantur primum
ministrèt scyphum, & sit quasi regius pocillaror.
Quem honorem ratione hujus prædij primis
Normannorum temporibus nobiles *Fitz-Tota*
dicti gesserunt, à quibus per filiam ad *Argentio-
nos* devenit. Verùm deficiente tandem & hic
prole mascula Henrici VI. tempore, *Elizabetha*
Argentonia, quæ solidam hereditatem crevit,
Guilielmo *Alington* Equiti marito amplissima
heredia cum hac dignitate attulit, à quo septi-
mus est *Aegidius Alingtonus* hujus familiae hæ-
res, adolescens moribus suavissimis, & indole
verè generosa. In proximo juxta viam publi-
cam inter *Stevenhaug*, & *Knebworth*, sedem clare
familia *Littonorum*, quosdam tumulos satis mag-
nos aggestos vidimus, cujusmodi peremptis
milibus, Duce primum cespitem imponens,
prisci Romani extruere soliti, nisi quis ad limi-
tum rationem pertinere malit,

Sub

Sub hoc magis in meridiem *Lea fl.* fontes ha-
bet, qui leni aquarum ductu primum per *Wher-
hamsfeld*, frumento, unde nomen factum, feracem
defertur, quem Ioannes de *Loço Frumentario*, inde *Jo. de Lo-
co Frumen-
tario.*
Brockett-hall, Equestris familiae *Brockettorum* se-
dem, & *Woodhall* habitationem *Butlerorum* præ-
terfluens, *Bishops Hatfield* ferè accedit in dejecto
collis positum. Postea *Hertfordiam* subluit: quod *Butleri.*
nomen alij *Rubrum vadum*, alij *Cervorum vadum* in-
terpretantur. Hoc Regis *Guilielmi Conquæsto-
ris* temporibus, ut in *Censuali Angliæ libro* le-
gitur, pro decem *Hidis se defendit*, ibiq; fuerunt *XXVI.*
Burgenses, nunc autem est infrequens, & ex eo
maximè celebratum, quod antiquum. Agro ut-
pote universo nomen suum communicavit, &
caput censetur Comitatus. Castrum habet ad
Leam flumen, à *Clarensi* familia, ad quam spe-
ctavit, adauctum. Habuit enim suos Comites è
familia de *Clare*, sed postea patrimonio regiæ
accrevit, & Rex *Edwardus III.* *Ioanni Ganda-
vensi* filio, tunc *Richmondia* Comiti, Castrum, vil-
lam, & honorem de *Hertford* concessit, ubi (sic ha-
bent ipsa donationis verba) juxta status sui exigen-
tiam hospitari, ac decens morari posset.

Hinc *Lea* ad *Ware* statim prolabitur. Hæc *Ware.*
paulatim *Hertfordiæ* primum plurima damna
intulit, & postea sua frequentia quasi obicura-
vit. Confisa enim Domino suo Baroni de *Wake*,
viam regiam ad se deflexit, cum antea viculus
esset, nec curribus illac transire liceret, extentâ
per pontem catenâ, cujus claves penes *Hertford-*

dia

Asbwell.

Alingtonij

Littonorij
familia.

diæ Ballivum erant: Inter hæc duo opida *Hertfordiam* & *Warani*, quæ vix duobus milliariis distant, duobus à septentrione fluviolis augetur *Lea*, ad quorum alteram *Benington* adsidet, alterum *Puckerich*, quod forum mercatorium & nundinas habet. A *Warâ* non multum progressus est, cum rivulum (*Stori* vocant) in se recipit, qui primum per *Bishops Stortford* decurrit, exiguum opidum, quod Rex *Guilielmus I.* Episcopo Londinensibus donavit, unde ab illis denominatio facta. Inde *Hunstonam* prætervehitur, quæ Baronis titulum præbuit *Henrico Cary* gratia *Elizabethæ R.* cui fuit à cubiculo, utique qui, præterquam quod è regia *Somersetrensi* Ducum familia fuerit oriundus, etiam ejusdem Reginae ex matre *Maria* *Bolonia* fuit consobrinus. Hoc rivulo sic admisso, *Lea* jam lætior ad *Tamisum* properat. & quasi gratulabundus *Theobaldenses* ædes, vulgò *Thibauds*, salutat quas ad omnem elegantiam & amœnitatem construxit *Nestor Britannicus* Baro *Burghley* summus Angliæ Thesaurarius, cui inprimis hic flavius è alyeum restitutum debere libenter agnoscit.

Sed ad vetustiora & interiora regrediamur. Ab *Hertfordia* in Occasum ad *xij.* milliare fuit *Verolanium* urbs olim celeberrima, Tacito *Verolanium*, Ptol. *Volanium*, & *Verolanium*. Hæc satis hodie nota juxta fanum *S. Albani* in *Centuria Casibæ* (quam *Casib*, quorum meminit *Cæsar*, proculdubio tenuerunt) *Saxonibus* *Wattlingæster* à via regia *Wattling-streat*, necdum vetustum illud nomen deposuit, *Verulam* enim vulgò dicitur, licet præter mœnium rudera, tessellata pavimenta

Baro Cary
de Hunsdô

Verolanii,
Verulam.

vimenta, & Romana numismata sæpè effossa nihil superfit. Nulla autem re æquè celebre *Verolanium* fuit, quàm quod civem sanctitate & fide in Christum singulari protulerit *Albanum*, qui sub *Dioclesiano* invicta animi constantia mortem pro Christo primus in *Britannia* oppetit. Vnde *Stephanus* noster, & *Britanniæ* *Protomartyr* appellatur. In cujus memoriam *Offa* Rex *Merciorum* potentissimus è regione *Verolamij*, quod jam bellis conciderat, circa annum salutis 795 in loco quem *Holmeburst* dixerunt, monasterium amplissimum construxit; statimque opidum unà surrexit, quod ab eo *S. Albans* *S. Albans* vocant, elegans sanè & amplum, in quo templum adhuc *Monasterij* illius superest, magnitudine, elegantia, & vetustate suspiciendum, quod cum *Monachi* deturbarentur, 400. libris mone-tæ nostræ ab *Opidanis* redemptum ne solo æquaretur, in parochialem ædem fuit conversum: pulcherrimumque habet ex ære solido baptisterium, in quo *Regum* *Scotorum* liberi sacra aqua ablui solebant, quod è *Scotici* belli manubijs *Richardus* *Leus* *Eques*, *Cuniculariorum* *Præfectus*, cum hæc superba inscriptione consecravit. Cum *Latvia* opidum apud *Scotos* non incelebre, & *Edinburgus* primaria apud eos civitas incendio conflagrarent, *Richardus* *Leus* *Eques* auratus me flammis creptum ad *Anglos* perduxit. Hujus ego tanti beneficij memor, non nisi *Regum* liberos lavare solitus, nunc meam operam etiam infimis *Anglorum* libenter condixi. *Leus* *Victor* sic voluit. Vale. Anno Domini 1543. & anno regni *Henrici* *Octavi* *XXXVI.*

Circa hoc opidum, vallum est, quod *Oister-* *Oisterhills*

Albanus
Martyr,

S. Albans

N. Baconus *hils* vulgus vocitat, ego Ostorij Propratoris castra existimo, prope quod Nicolaus Baconus, Magni Sigilli Angliæ Custos, ades posuit se dignas. Huic adjacet *Redborn*, id est, si interpreteris, *Aqua rubra*, cum tamen aqua præterfluens non magis rubeat, quam Mare rubrum. Locus hodie notus, quod *Wenmer* rivulum in proximo habeat, qui nunquam ebullit & insurgit sine præfagio difficultatis annonæ vel difficillimi temporis, ut vulgò creditur. Prope hunc non sine ratione opinemur fuisse *Duro-co-brivas* stationem, cujus meminit Antoninus, quamvis distantia reclamet. Etenim uti *Redborn* nostra lingua, ita *Dur-coh* Britannicâ unum idemque sonat. *Briva* autem illud quod plurimis locorum nominibus adjunctum est, *pontem* vel *trajectum* Britannis præcis & Gallis significasse existimo, cum ad flumina solummodo reperitur. In hac Insula una & altera fuit *Duro-briva*, id est, si me non fallo, *aqua trajectus*. In Gallia *Briva Isara*, nunc *Pontisè*, ubi *Isaram*, *Briva Oderæ*, ubi *Oderam*, & *Samaro-briva*, (hoc enim verum est nomen) ubi *Somam* fl. olim trajecerunt.

Hinc descendi austrum versus ad *Hemsted* mercatorum opidulum inter colles ad fluviolum positum, qui statim alteri confluit per *Berkhamsted* decurrenti, opidum quod Guilielmus Normannus Roberto Moritonij & Cornubiæ Comiti donavit, unde etiam nunc est Ducum Cornubiæ hereditium. Magis ad austrum *Kings-Langley* sedet, domus olim regia, in qua natus & inde denominatus Edmundus de Langley filius Regis Edwardi III. Dux Eboracensis, E regio-

ne ferè hujus alterum etiam est *Langley*, quod *Abbots* quia ad Abbates S. Albani spectavit, *Abbots Langley*. *Langley* dictum, in quo natus est Nicolaus cognomine *Breakspere*, postea Pontifex Romanus Hadrianus III. dictus, qui Norwegos Christianam fidem primus docuit, cives Romanos ad præscam libertatem anhelantes repressit, cui etiam Fridericus I. Imperator stapiam de equo descendenti tenuit, & demùm musca in os involans spiritum præclusit.

Magis ad ortum rectâ duxit via militaris Romanorum à Londino Verolamium, per *Hamsted-beath*, *Edgeworth*, & *Ellestre*, juxta quam eadem distantia, qua Antoninus in suo Itinerario collocat *Sulloniacas*, scilicet, mille passus à Londino *Sulloniacæ*. XII. à Verolamio IX. antiquæ stationis supersunt vestigia, & plurima rudera effodiuntur in colle quem *Brokley-hyll* hodie vocant.

Comites habuit hic Hertfordensis ager ex familia de *Clara*. qui sæpius tamen à *Clara* in Suffolcia, præcipua eorum sede, Comites de *Clara* fuerunt nuncupati. Patrum verò memoria Henricus VIII. Edwardum de *Sancto Mauro*, sive *Seymar*, Comitis Hertfordiæ titulo exornavit, qui etiam postea Dux Somerssetti. Illique successit in hoc Comitatu ejus eodem nomine filius, vir longè honoratissimus, & bonorum litterarum amator singularis.

Parochias habet hic Comitatus 120.

Civitas Ca
sari quid.

CAttiuchlanis adjuncti erant, qui *Casari Trinobantes*, Ptol. & Tacito *Trinoantes*, in illis regionibus, quæ nunc mutato nomine *Middlesex*, & *Essex* vulgò appellantur. Vnde vetustum illud nomen, ne ariolari quidem ausim, nisi sit è Britannico *Trenant*, quod opida in valle sonat. In vallem enim ad *Tamisim* hæc regio quasi tota subsidet. Hi *Casaris* ætate propè firmissima harum regionum civitas erant, (civitatem enim semper vocat ille populum eodem jure utentem) regnumque in ea tunc obtinuit *Imanentius*, qui cum à *Cassibellino* interficeretur, *Mandubratius* ejus filius, fugà mortem vitans, ad *Cæsarem* in Galliam profectus, ejusque fidem secutus, cum illo in Britanniam redijt. Post *Mandrubatium*, *Cunobilinum* hac in parte regnum administrasse certum est. *Adminius* hujus filius à patre pulsus, cum exigua manu ad *C. Caligulam* transfugit, seque dedit: quod juvenis Imperatoris animum ita inflavit, ut quasi universa tradita Insula, magnificas Romam litteras miserit: monitis sæpe latoribus, ut non nisi in æde *Martis*, & frequente *Senatu* *Consulibus* traderent. Romano imperio tandem in Britannia confecto, *Vortigernus* *Britannus* *Saxonibus* in redemptionis pretium, cum illum captivum detinerent, hanc regionem cum alijs tradidit, ut auctor est *Ninnius*, diuque suos Reges habuit, sed *Cantiorum* vel *Merciorum* beneficiarios, è quibus *Sebertus* anno 603. Christo primus nomen dedit, & *Suthredus* ultimus ab *Egberto* devictus anno 804. regnum Occiduis *Saxonibus* reliquit.

Middle

Middlesex à medijs *Saxonibus* nomen habet, *Nomen*. quod ejus incolæ inter *Saxones* *Orientalis*, *Occidentales*, *Australes*, & quos illa ætas *Mercios* dixit, intermedij fuerint. A *Buchinghamiensibus* *Colo* fluvio ad Occasum, ab *Hertfordensibus* ad septentrionem noto limite, ab *Essexia* ad Ortum *Lea* flumine, à *Surreia* & *Cantio* ad austrum *Tamisi* determinatur. Angustioribus spatijs circumscrip̄ta, quâ longissima *XX. mill.* quâ arctissima *XII. mill.* patet. Summa coeli temperie, & soli indulgentia, ædibus & vicis magnificis undique nitida, plurimaque sunt ubique memoranda. Ad *Colum* fl. ubi primum hunc agrum influit, vidimus *Breakespear* vetustas ædes familiae eodem cognomine, è qua *Hadrianus IIII. Pontifex Romanus* fuit, de quo modo diximus. Inde *Harefeld*, olim *Heresfeld*. Magis ad austrum *Vxbridge* recentius opidum, *Vxbrige*. diversorij frequens in longum protenditur. Nec magno hinc intervallo *Tamisim* duplici ostio *Colus*, postquam insulas sparsit, illabitur. *Stanes*, *Saxonice* *Stana*, in primo statim ad Occasum limine se offert, ubi ponte sublicio *Tamisis* conjungitur. Nomen verò accepit à saxo terminali, quod olim hic erectum erat, ad designandam jurisdictionem quam civitas *Londinum* in flumine habet. Inde *Coway stakes* ad *Lalum* præterit, ubi *Cæsarem* *Tamisim* transivisse diximus. Hinc prolapsus *Harrow* monticulum *Harrow*. hujus agri editissimum suspicit, cui ad austrum *hill*. eximia fecunditate agri longo tractu subjacent, præsertim circa *Heston* viculum, è cujus purissimo polline panes *Regibus* *Angliæ* in delicijs

Hanworth licijs iamdiu fuerunt. Vnde patrum adest *Hanworth*, ubi regia adiculae, quas Henricus VIII. impense coluit, utique suis voluptatibus dedicatas. Postea *Hamptoncourt* allabitur, Regiam, in veræ magnificentiæ admirationem, à Thoma Wollæo Cardinale, ad opes ostentandas; cum alioqui prudentissimus præ insolentia sui impotens esset, extractam, & ab Henrico VIII. auctam & perfectam.

Magnò jam flexu in Septentrionem cursum intendit fluvius per *Gistlewoorth*, quæ nunc *Thistlewoorth*. Vbi olim Richardi Regis Romanorum fuit palatium, quod seditiosi cives Londinenses incendierunt: *Ston* inde cœnobiolum cernitur, quod patrum memoria; religiosis exturbatis, in secessum Ducis Somersetti fuit conversum. *Brentford* huic contiguum est, cui *Brent* amniculus nomen fecit. *Fulham*, Anglosaxonice *Fultham*, id est volucrum domus, inde cernitur, cui maximo honori sunt Londinensis Episcopi aedes suburbanæ, & *Chelsey* à pulvino arenario in Tamisi fl. dictum, magnificis ædificijs ab Henrico VIII. & alijs exornatum.

Londinum. Verùm inter hæc omnia LONDINVM totius Britanniae Epitome, Britannicique imperij sedes, Regumque Angliæ Camera tantum eminet, quantum, ut ait ille, inter viburna cupressus. Tacito, Ptol. & Antonino *Londinium*, & *Longidinium* dicitur, Ammiano *Lundinum*, & *Augusta*. Stephano in urbibus *ΛΙΝΔΟΝΙΟΝ*, Cambro-Britannis nostris *Lundayn*, Saxonibus prisca *Londen-caester*, *Londen-byrryg*, *Londenryc*; exteris *Londra*, & *Londres*, incolis *London*, fabulosis Scripto-

ribus *Trojâ nova*, *Dinas Belin*, id est urbs *Belini*, & *Caer Lud*, à Luddo rege. quem & instaurasse, & denominasse volunt. Ego verò, cum Cæsar & Strabo auctores sint, Britatinos antiquos sylvas & nemora, quæ dejectis arboribus obstruxerât, urbes, sive opida vocavisse, eosque ejusmodi nemora Britannica lingua *Llbrwn* appellare audiverim: in eam pænè concessi opinionem, ut Londinum inde dictum existimaverim, quasi *Vrbs* per excellentiam, vel *Vrbs* nemorosa. Sin veritas in hoc me fugit, liceat mihi bona cum venia conijcere, quod unde celebritatem, inde & appellationem sit cõsecuta, à navibus scilicet, quas Britanni sua lingua *Lhong* vocant, ita ut Londinium sonet *Navale*, vel *Vrbs navium*. Urbem enim *Dinas*, unde Latini *Dinum* deflexerunt, nuncupant Britanni. Hinc est quod alicubi *Longidinium* quid dicitur, & in *Nania* antiquissimi Bardi Britannici *Lhongport*; id est *Navium portus*. Sicuti & *Bonia* Gallia, *Bolung-long* alibi dicitur. Et urbes quidem complures à navibus nomina tulerunt, uti *Naupactus*, *Naustathmos*, *Nauplia*, *Navalia* *Augusti*. etc. Sed ex his nulla meliori jure *Navalis* nomen sibi assumere possit, quam *Londinum* nostrum. Ab utroque enim elemento urbs est felicissima, solo læto, & affluentem omnium rerum copia, clivo molliter surgenti. Tamisi adposita, qui placidissimus rerum in orbe nascentium mercator, stans horis Oceani aestibus superbus, alveo tuto, præalto, & navium quam libet magnarum capacissimo, tantas Orientis & Occidentis opes quotidie invehit, ut cum orbis Christiani emporijs de secunda palma hodie contendat, stationem

Vetera Britannorum opida.

Dinas

tionemque præbeat navibus cum fidissimam, tum pulcherrimam. sylvam interlucatam dicas, tot navium malis velisq; undique obumbratur.

Quis primus fuerit conditor obdixit vetustas, & perpauca sanè sunt urbes, quæ suos auctores norunt, cum è parvo sensum excreverint. Quicunque autem considerit, vitali genio constructam fuisse ipsius fortuna docuit, & antiquitate suspiciendam esse innuit A. Marcellinus, qui ante annos 1200. vetustum opidum appellavit: & cum eo C. Tacitus, qui Neronis tempore *copia negotiatorum & comætu maximè celebrem* fuisse prodidit. Hoc solum illo tempore ejus gloriæ defuit, quod nec municipij, nec coloniae nomine insigniretur. Nec certè in rem Romanorum fuisset, si urbs mercimonijs florens, coloniae, vel municipij jure frueretur. Præfecturam itaque ut opinor, constituerunt. Sic enim vocabant opida in quibus undinae agebantur, & jus dicebatur, ita tamen ut Magistratus suos non haberent, sed Præfecti quotannis in ea mitterentur, qui jus dicerent, quod in publicis negotijs à Romano senatu peterent. Hinc est quod Londinum Tacito, Panegyristæ, & Marcellino opidum solummodo voceretur. Quamvis autem non meliori fuerit conditione, fortuna tamen, si qua alia, ampla, opulenta, & secunda, perpetuo ferè tenore sub Romano, Saxónico, & Normannico imperio usa est, vix unquam magnis calamitatibus conflictata. Historiæ nostræ Constantinum Maximum rogatu Helene matris primùm mœnibus è lapide structili, & latere Britannico obsepsisse tradunt, quæ suo

Præfectura

ambiti

ambitua plus minus milliaria colligunt: ita ut urbem forma ferè quadrata, sed non æquilatera includerent, cum ab Occasu in Ortum longior sit, ab Austro ad Septentriones contractior. Horum mœnium pars quæ Tamisi prætendebatur, perpetua fluminis alluvione penitus concidit. Reliqua pars superest, ad septentriones firmitior, quæ non multos ante annos operâ Itocelini *Majoris* instaurata, repentinam quasi induit juventutem: ad occasum verò, & ortum tota sunt lacera, & fatiscientia. Londinenses enim, uti veteris illi Lacedæmonij, præmunitas urbes, quasi muliercularum habitacula rident, urbemque suam satis munitam credunt, quæ viris, non faxis præcingitur: Patent hæc mœnia septem portis præcipuis (minores *Portæ* enim sciens omitto) quæ novatæ, nova etiam assumerunt nomina. Ad Occasum duæ sunt, *Ludgate*, à Luddo rege, sive *Fludgate*, Lelandi opinione, à fluviolo subjecto, quæ nuper à fundamentis denuo extracta; & *Newgate* omnium pulcherrima, à novitate, prius *Chamberlangate*, quæ publicus est carcer: Ad septentriones quatuor, *Aldersgate* ab antiquitate, vel ab Aldricio Saxone, ut alijs placet, *Creplegate* à claudorum hospitio quondam adjuncto, *Morgate*, à paludè vicina, nunc in agrum et ambulacrum amœnum conversa, *Bishopsgate* ab Episcopo. Ad Ortum una sola est, *Aldegate* à vetustate dicta, vel *Elbegate*, ut alijs volunt. Ad Tamisum duas etiam portas præter illam ad pontem exititisse credunt; *Bevingsgate*, nunc cothon recipiendis navibus; & *Dowrgate*, id est *aquaria porta*, vulgò *Dowgate*.

R

Quæ

Quâ murus etiam ad flumen definit, munimenta fuerunt firmissima, quorum alterum superest, vulgò *Turris*; *Londinensis*, Britannicè ab albedine *Brin-gwin*, & *Towrgwin*, Arx sanè nobilissima, mœnibus latè incincta, turribus excelsa, vallo latisque munita fossis, nobili etiam armamentario & domibus aliquot ita instructa, ut opidum æmuletur. Ad Occidentalem urbis partem alterum extitit munimentum, quâ *Flecte* amniculus nunc despectus, olim nâviger, Tamisi confluit. E cujus ruinis tum magna pars templi Paulini extracta, tum in ipsius area cœnobium fratribus Dominicanis fundavit Robertus *Kilwarby* Archiepiscopus Cantuariensis, unde magnitudinem facillè conjectes.

Nec munita solum illo tempore fuit, sed etiam Flamine sublato, & Christiana religione sub optimo Imperatore confirmata, Episcopus in ejus locum substitutus. Concilio enim Arelatensi, quod anno salutis 314. sub Constantino Magno celebratum, Londinensem Episcopum interfuisse constat. Inde verò ea dignitate floruit Londinum, ut *Augusta* dici cœperit, eoque nomine sub Valentiniano Imp. inclaruit. Unde cum à Constantini M. temporibus officina monetaria in hac fuerit instituta, qui huic præfuit sub Comite sacrarum largitionum, Præpositus thesaurorum *Augustensium in Britannia* nominatur. Sed ut hoc honoratissimum nomen deleuit dies, ita vetustius illud *Londinum* confirmavit. Confecto Romanorum imperio, publico Insulæ fato, in Saxonum potestatem devenit: quomodo verò & Scriptoribus non constat. Quamvis autem

*Turris.**Episcopus
sive.**Londinum
Augusta
dicta.
Officina
monetaria.*

eju-

ejusmodi fuerit ea Saxonum ætas, quâ verissimè Martem sua arma concussisse dicas, emporium nihilominus fuit Londinum, teste Beda, *multorum populorum terra marique venientium*. Postea autem cum pacis benignior aura huic defatigatæ Insulæ adspirasset, Saxoneseque Christianæ religioni inservire cœpissent, redvivo splendore reflorescere incepit. Aethelbertus enim Rex Cantij templum hic D. Paulo posuit, quod subinde restauratum in maximum & magnificentissimum excrevit, redditibusque opulentum, unde præter Episcopum Decanus, Præcentor, Cancellarius, Thesaurarius, Archidiaconi quinque, Præbendarij XXX. & alij aliuntur. Orientalem hujus templi partem, quæ recentior videtur, & operosa est; cryptocorticumque habet pulcherrimam (quæ & ipsa est Sanctæ Fidei ædes sacra) ex ruinis arcis illius palatinæ quam dixi, circa annum 1086. substruxit Mauritius Episcopus, eum antea miserabili incendio absorpta fuisset. Occidentalis pars, uti transeptum, spatiosa est, sublimis columnis ingentibus, & concameratione è saxo pulcherrimâ conspicua. Quâ verò hæc quatuor partes se decussant, ampla & excelsa surgit turris, cui imposita fuit pyramis plumbo obrecta, in immanem altitudinem edita (à terra enim pedes 534 in altitudinem ascendit) quæ anno 1087. ignem cœlestem provocavit, arsitque non sine magno torius urbis damno: & restaurata nuperrimè nobis pueris, de cœlo iterum tacta deflagravit, nec hæctenus reedificata.


Di ana templum olim hoc loco extitisse conjectat unt aliqui, & sunt quæ fidem eorum con-

*D. Pauli
templum,*

1361.

R 2

jectura



Iecturae adiungunt. Antiquae aedes adiacentes, in Ecclesiae Archivijs *Dianae Camera* vocantur, & in coemeterio, regnante Edwardo Primo, incredibilis vis bubalinorum capitum effossa fuit, quae tunc cum admiratione tanquam gentilium sacrificia suspexit multitudo, & Tauropolia in Dianae honorem fuisse celebrata norunt eruditi. Nos etiam ipsi pueri cervi caput pilo praefixum, quod Dianae sacrificijs convenire videbatur, magna cum pompa & cornicinum boatu in ipso templo circumgestatum vidimus. Cervumque illum quem illi de *Baude* in Essexia pro terris quibusdam praestabant, ut accepimus, hujus Ecclesiae sacerdotes sacris vestibus induti, & capita corollis è floribus redimiti ad gradus Chori recipere soliti. An hoc in usu fuerit antequam *Baudi* cervum praestare teneretur, nescio, certè Dianae cultum & gentilium errorem, magis quam Christianam religionem hic ritus redolere videatur.

Ceterum ab hoc templo condito, sedes fuit Episcoporum Londinensium, primumque habuit Episcopum sub Saxonibus Melitum Romanum, ab Augustino Cantuariensi illo consecratum, in cuius Augustini honorem, contra quam Gregorius Papa iusserat, Archiepiscopatus insignia & Metropolitana sedes Londino Cantuariam translatae fuerunt.

Praeter hoc non aliud, quod sciam, Saxonum opus Londini extat, nec enim altam pacem diu agitarunt, cum brevi Orientalium Saxonum opes frangerent Saxones Occidentales, Londinumque in Merciorum potestatem cederet.

Post

Post Guilielmum verò Normannum, quem Deus ad Angliae imperium natum voluit, gratanter acceptum, posuere continuo venti, fugere nubes, & verè aurea saecula illuxerunt, insignem nullam calamitatem subivit, Principum indulgentia immunitates consecuta est maximas. *Regum Camera* dici coepit, mercimonijsque ita refloruit, ut G. Malmesburienfis, qui eo ferè tempore vixit, *Urben nobilem, opimam, civium divitijs consipatam, negotiatorum ex omni terra venientium commercijs frequentatam* dixerit; Et Fitz-Stephanus, qui tunc scripsit, eo tempore Londinum 122. Ecclesias Parochiales, & 13. Conventuales numerasse, & factam hominum armigerorum ostensione, quadraginta millia pedum, equitum viginti millia sub signis eduxisse prodiderit. Tunc surgentibus tectis undique accrevit, & exspatiantia ad portas longè se protulerunt suburbia, praecipue verò ad Occasum, ubi frequentissima sunt, in quibus XII. sunt aedificia, *Hospitia* vocant, juri nostro municipali consecrata: è quibus quatuor splendida admodum & ampla, ad forum, sive *Curiam* (ut vocant) spectant: reliqua ad *Cancellariam*. In his nobiles adolescentes tanto numero juris studio sedulo vacant, ut nec Andegavis, nec Cadomo, nec ipsis Aurelij's studiosorum frequentia concedant. Quatuor illa primariae sunt *Templum interius, Templum medium, Graeciae Anne, & Lincolnes Inne*. Iuxta haec *Domum Conventorum* Rex Henricus III. ad eos alendos qui à Iudaismo ad Christianam veritatem converterentur, inter novem & vetus Templum instituit, quam postea ad scrinia & archiva reponen-

R 3

ponen-

The rowles

ponenda destinavit Rex Edwardus III. vnde
The rowles hodie dicitur.

Westmis-
ter.

Hæc suburbia continuatis ædibus, & super-
bis secundùm Tamisum procerum habitationi-
bus ad *Westmonasterium* procurrunt, quæ nunc ur-
bi Londino ita adjungitur, ut ejus pars videatur,
cùm tamen ipsa per se civitas sit, & suis seorsim
gaudeat magistratibus, & privilegijs. *Thorney*
hæc olim à *Spixis*, nunc *Westminster* ab Occiduo si-
tu & monasterio dicitur. Templo autem, fo-
ro judiciario, & Regiâ longè est celeberrima,
Templum Regum Angliæ inauguratione, & se-
pulturâ inprimis est insigne. Apollinis delu-
brum eò loci olim extitisse auctor est Sulcar-
dus, ex cujus reliquijs Seberrus Rex Orientali-
um Saxonum alterum D. Petro erexit, quod à
Danis dejectum renovavit Dunstanus Episco-
pus. Sed postea Edwardus Rex cognomento
Confessor sibi in sepulturam, & *Benedictinis* Mo-
nachis in monasterium ex decimis omnium su-
orum reddituum de integro construxit, & patri-
monijs totâ Angliâ dispersis ditavit. Verùm
post annum 160 hanc Edwardi fabricam sub-
vertit Henricus III. novamque Ecclesiam spe-
ciosa structura, multiplici marmorearum co-
lumnarum ordine, recto laminis plumbeis con-
vestito, quinquaginta annorum opere exædifi-
cavit, quam Abbates ad Occasum plurimum
auxerunt, Henricusque VII. in suam, & suorum
sepulturam, ad ortum, Sacrarium admiran-
dæ elegantia (*Orbis miraculum* vocat Lelandus,
omnem enim elegantiam in illo acervatam di-
gas) adjecit, in quo sepulchrum ejus splendi-
dissimum

dissimum & maximum ex ære solido cernitur.
Monachis auctoritate Parliamentaria ejectis, in
Collegiatam Ecclesiam, imò Ecclesiæ plantari-
um convertit Serenissima Elizabetha, Præben-
dariosq; instituit XII. tot emeritos milites, &
scholasticos XI. (alumni Regij dicuntur) qui suo
tempore ad Academias promoventur, & inde
in Ecclesiam & Remp. transferuntur.

Contumulantur in hoc templo (ut illos etiam
pro dignitatis & temporis quo obierunt ratio-
ne adnotem) Seberrus I. Rex Orientalium Sax-
onum. Haroldus Northus, filius Canuti Dani,
Rex Angliæ. S. Edwardus Rex & Confessor, ejus-
que uxor Editha. Mathildis uxor Henrici I. filia
Malcolmi Regis Scotorum. Henricus III. Ed-
wardus I. ejus filius, & Eleonora filia Ferdinã-
di III. Regis Castellæ & Legionis, illius uxor,
Rex Edwardus III & Philippa Hannonia ejus
conjug. Richardus II. & Anna consors, soror
Wenzelai Imp. Henricus V. cum conjugè Ca-
tharina, filia Caroli VI. Regis Galliæ. Anna
uxor Regis Richardi III. Henricus VII. cum
uxore Elizabetha, & matre Margareta Rich-
mondia Comitissa. Rex Edwardus VI. Anna
Clivenfis, uxor quarta Henrici VIII. Maria
Regina, & quæ non sine laude & lachrymis lo-
quenda, Angliæ amor, Divæ memoriæ Serenissi-
mæ nuper Domina nostra Elizabetha, Prin-
ceps incomparabilis, magnifico monumento,
quod Rex Jacobus piè possuit, deposita. Duces
præterea, & Comites, alijque Magnates panè
innumeri, quique minimè tacendus Poëtarum *Galfredus*
Anglorum Princeps *Galfredus Chaucer*; & qui *Chaucer*

Edmund.
Spenser.

ad illum proximè inter Anglicos Poëtas accessit Edmundus Spenser.

In proximo alterum etiam Canonicorum Collegium erat, quod regiâ magnificentiâ ita restauravit, ut construxisse videatur, Edwardus III. Huic adjunctum erat Palatium, antiqua Regum Angliæ habitatio, cujus reliquiæ sunt Camera illa, in qua Rex proceres, & magnates, cum Comitibus Parliamentaria habentur, conveniunt, & proxima, in qua Comitibus inchoare soliti sunt majores, dicta Camera depicta S. Edwardi.

His contigua est *Aula Alba*, in qua hodie *Requesarum Curia*. cui subjuncta est Aula omnium maxima, quod totius Angliæ Prætorium. In hoc fora judiciaria constituuntur, scilicet *Bancus regius*, *Communia placita*, *Cancellaria*; atque in locis circumvicinis *Camera Stellata*, *Fiscus regius*, *Curia pupillarum* &c. In quibus statim temporibus, (*Termes* vocant) quotannis causæ cognoscuntur.

In proximo propè *The Mues*, (quod rei accipitæ olim dicatum, nunc Equile Regium est) pulcherrimum stat monumentum in memoriam pietissimæ Principis Eleonoræ ab Edwardo I. marito positum, stabitque ejus pietas sempiternis sæculis consecranda. Illa enim, filia Ferdinandi III. Regis Castiliæ, cum marito in terram sanctam profecta, cum ex insidijs à *Muro* quodam gladio venenato ille percussus esset, & medicorum remedijs non tam allevaretur, quam alligaretur, novam atque inauditam, sed amore & pietate plenam illi adhibuit medelam: plagas enim mariti toxico infectas, quæ ipsius veneni vi claudi non poterant, lingua dictim lungebat, sugebatque humorem venenosum, sibi que liquorem dulcissi-

dulcissimum, cujus vigore, dicam veritatis fidei uxorie virtute, sic omnem materiam veneni attraxit, ut integratis vulnerum cicatricibus, ille plenè curatus, illa incolumis evaserit.

Ad Occiduam etiam Urbis partem alia pulchrâ ædificiorum serie procurunt suburbia *Holburn*, sive potius *Oldborn*, in quibus sunt Iuris municipalis studio Collegia nonnulla dicata, & Episcoporum Eliensium habitatio, Episcopis digna.

Ad Septentriones porrò, & Circium magna itidem subsunt Londino suburbia. Nec minora ad Aquilonem, & Subsolanum: in quorum campis dum hæc scriberemus, eruta sunt multa vasa sepulchralia, sigilla, & urnæ, in quibus *Claudij*, *Neronis*, *Vespasiani* &c. nummuli. Et hæc quidem quæ urbs terram spectat.

Quæ verò flumen labitur, ad ripam ejus australem, amplum illum *Baygum de Southwork*, cuius meminimus, ponte etiam conjunxerunt ci-vi-
ves, primùm sublicio, eo loco quo antea in trajicendo pontone pro ponte utebantur: Postea, regnante Ioanne, è vivo saxo opere admirando *Pons Lon-*
novum pontem XIX. fornicibus præter versaci-
lem illum suspenderunt, elegantissimisque ad-
ficijs ad instar plateæ ita continuarunt, ut inter *dinensis*,
Europæ pontes facile primas & magnitudine & elegantia ferat. In hoc *Burgo de Southwork*, ut quæ diruta vel collapsa sunt omittamus, extant adhuc *Hospitale S. Thomæ* ad infirmos alendos à civitate Londini fundatum: *Ecclesia Prioratus B. Mariæ*, quia trans Tamisim ratione urbis Londini, *S. Mariæ Over-Rhe* appellata: *Aedes Epi-*
scopo-

Westmin-
ster-hall.

Pietas con-
jugalis.

Roder. To-
let. lib. 1.

The South-
work.

Pons Lon-
dinensis.

scoporum Wintoniensium à Guilielmo Giffard Episcopo circa annum 1507. successoribus constructæ. Vnde secundùm Tamisif ripam continua in Occasum domorum series procurrit, ubi patrum memoria fuerunt Lupanaria. Verùm hæc interdicta fuerunt ab Henrico VIII. quo tempore libidine & luxuria Anglia maximè laboravit. Nec ab his prostitulis tamen locum hunc *The Stewes* nostra lingua vocatum opinor, sed à vivarijs quæ hic sunt ad faginandos lucios & tincas, & ab olido palustrique nidore purgandos. Luciorum ventres hic cultro apertos vidimus ad pinguedinem ostentandam, coeuntque protinus patentia vulnera tincarum contactu. & earum glutinosa illuvie solidantur. Inter hæc locus est instar theatri ad ursos & tauros à canibus agitandos, & canum cathenariorum dispositæ cavæ, quibus tanta vis & pertinax mordacitas, ut tres ursum, quatuor leonem comprehendant.

Ban dogs
or *Mastines*.

Forma rei-
pub. Lon-
dinensis.

Quo tempore Burgus hic Londino ponte ita conjunctus, non solum amplificata urbs erat, sed etiam optima Reipub. forma descripta, Cives in corpora, sive Collegia distributi, Urbs ipsa in xxvj. regiones divisa, conciliumque Reip. penes totidem senes constitutum, qui ex ætate nostrâ linguâ *Aldermen*, id est *Senatores* dicuntur, quorum singuli singulis regionibus præessent, & cum antiquitatis pro summo Magistratu *Portreeve*, id est *Urbs præfectum* habuissent, duos *Ballivos* instituit Richardus Primus, pro quibus statim Ioannes Rex concessit, ut *Majorem* sive *Prætozem* annum magistratum suis suffragijs

et xij. primarijs corporibus eligerent, duosque Vicecomites, *Shirifs* vocant, quorum alter *Regius*, Urbanus alter dicitur, nominarent.

Hac Reip. forma constituta, incredibile est quantum publicis privatisque operibus crevit, crescitque (reliquis Angliæ urbibus decrescen-
tibus) Nam ut taceam domum Senatoriam *Guildhall* à Thoma *Kyowles* Prætoze pulcherrimè constructam, *Leadenhall* amplum & nitidum opus à Simone *Eire* excitatum, ut publicum esset horreum ad annonam laxandam: *Per Mylium* sive *Bursa*. *Ianum medium*, *Bursam* vulgus, Regina Elizabetha *Excambium regium* dixit, ad negotiatorum usum & Urbis ornamentum à Thoma *Gresham* Equestris ordinis positum, magnificentum illud quidem, sive ædificij structuram, sive gentium frequentiam, sive mercium copiam spectes. Qui etiam *Greshames* summus doctrinæ admirator, ædes quas habuit *Colledge*. in Urbe spatiosissimas bonis studijs consecravit, institutis ibidem bonarum litterarum sex professoribus, videlicet Theologiæ, Iurisprudentiæ, Medicinæ, Astronomiæ, Geometriæ, & Musicæ, cum liberalibus salarijs. Iam ut *Hanseaticæ* societatis domum omitam, & aquas subterraneis cuniculis & siphonibus in omnes urbis regiones corrivatas, illisque recipiendis elegantissima castella, novum etiam aqueductum, quo Petri *Mauritij Hydragogi* Germani solers industria rotâ è Tamisi aquas in magnam urbis partem tubulis certo libramine dispositis nuper deduxit: Templis undique & ædibus sacris ita fulget, ut *Religio* & *Pietas* sibi delubrum hic collocasse videantur. Ecclesias enim CXXI. numerat,

rat, quot nec ipsa Roma ostendit, præter Nofocomia, & Xenodochia, alitque orphanos plus minus 600. in Paidotrophio, quod Christi ædes dicitur, & pauperulos collata stipe circa 1240. &c. Longum esset si sigillatim persequeretur optimas leges & instituta quibus temperatur, Senatorij ordinis dignitatem, in Principem obsequium & fidem, civium humanitatem, ædium nitorem, felicissimorum ingeniorum proventum, suburbanos hortos delicias & herbis exoticis refertissimos, classem numerosam & instructissimam, mercium omnigenarum vim incredibilem (ducenta millia pannorum laneorum præter alia una Antuerpia quotannis hinc accipit) & omnium quæ ad humanæ vitæ cultum necessitatemque spectant, redundantem copiam. Ut verè anonymus quidam ludibundus cecinerit.

*Hæc urbs illa potens, cui tres tria dona ministrant,
Bacchus, Apollo, Ceres, pocula, carmen, ador.
Hæc urbs illa potens, quam Iuno, Minerva, Diana,
Mercurius, arce, feris, ditat, adornat, alit.*

Et Henricus Huntingdonensis in Londini laudem regnante Stephano, luserit:

*Ibis & in nostros dives Londonia versus,
Quæ nos immemores non finis esse tui.
Quando tuas arces, tua mœnia mente retracto,
Quæ vidi, videor cuncta videre mihi.
Fama loquax, & nata loqui, moritura silendo,
Laudibus erubuit fingere falsa tuis.*

Sed hæc & hujusmodi fusius & accuratius persecutus est Io: Stowæus civis Londinensis, & Chronographus celebris in sua quam nuper-

rimè

rimè edidit Londini perlustratione. Quare charissimæ patriæ valedicam, si prius annotavero inclinationem cœli LI. grad. XXXIII. scrup. distantiam ab ultimo Occidente XXIII. part. XXV. scrup. definiri. Fiduciam naturæ Veneris Mercurijque stellam esse Topicam, quæ Horizontem perstringit, nunquam subit: & Caput Draconis verticalem ab Aitrologis censerit.


A Londino Tamisis *Redcliffe* à rubro clivo sic dictum nitidum opidulum & nautarum habitationem rigans, fereque in gyrum magno flexu se circumducens, *Leam fl.* Comitatus hujus ad Orientem limitem admittit, cui nihil in hoc Comitatu memoria dignum adfider. Solum *Enfeld* ædes Regiæ hic visuntur, à *Thoma Louell Georgiani* ordinis Equite aurato, Henrico VII. ab intimis consilijs, ut ex insignibus colligere licet, constructæ.

Paræcia 73. plus minus in hoc agro, extra Urbem numerantur, in urbe, libertatibus, & suburbijis 221.

Middlesexia tabulam supra quare in Cantio.

ESSEX.

Pars altera Trinobantum ab Orientali situ, & Nomen Saxonibus qui occuparunt Anglosaxonice *East-Seaxa*, & *East-Sex-scire*, Normannicè *Essexsa*, vulgò *Essex*, ampla, lata, frugifera, croci *Solumi* tœcunda, nemorosa, & opulenta in primis est regio: hinc Oceano, inde fluminibus piscosis quasi



ESSER 271

quasi coronata, quæ & sua commoda affatim suppeditant. Ad Septentriones *Stour fl.* à South-folcia dividit, ad Ortum Oceanus se insinuat ad Antrum Tamisis jam grandis à Cantio secludit, uti ad Occasum *Ley fluvio*lus à Medio-faxoni-bus, & qui in eum influit *Stort*, sive *Stour minor* ab Hertfordensibus. In hac autem describenda pro instituti ratione, primùm quæ sunt ad *Ley*, & Tamisim celebriora, deinde quæ sunt interitùs, & ad oram maritimam memorabo.

Ad *Ley*, Saxonice *Lygean*, satis longè latequæ saltus expanditur, venationi dicatus, feris, quibus primas ob magnitudinem & pinguetudinem deferunt, refertus; olim *Foresta de Essex* ob excellentiam dictus, nunc *Waltham Forrest*, ab opido *Waltham*, quod Saxonice *Wealdham*, id est *Sylvestris habitatio*. Sedet hoc ad *Ley*, quæ insulas diviso aiveo spargit, & Baronem suum *Baro Deny* nunc habet Edwardum *Deny*, à R. *Jacobo* evo-*de Waltham*. Ad hoc etiam fl. fuit sine dubio *Duroliham*, tum vetustæ memoriæ opidum, ejus meminit Antoninus, quod quæ si conjectare liceat, exillimarem fuisse id quod antiquæ appellationis nota retenta *Leiton* hodie dicitur, id est opidum ad *Leiton*. *Ley*, uti *Durolium* Britannicè *Aquam Ley* denotat. *Durolium* Vicus est hodie sparsum habitatus, ad quintum à Londino lapidem. Paulo inferiùs fluvius ad *Stretford* pontibus conjungitur, ubi divortijs factis tripartitus fertur, & amenissimè viridantia prata circumluit, statimquæ in unum se recolligens in Tamisim placidè exoneratur, vnde *Ley-mouth* locus appellatur.

Tamisim verò, qui jam in immensum auctus multæ

multarum aquarum agmina hæc secum rapit, solummodò quæ meminisse convenit *Bercking* videt, ubi confluit illi *Roding* fluviolus, qui multis viculis affusus nomen impertit suum; & inde *Angre*, ubi præalto in colle castrum sunt vestigia. Ab hujus *Rodingi* ostio, per solum depressius, & plerisque locis subinde demersum, ad *Tilburij* Tamisim appropinquat, quod ex pauculis constat casis: Postea per loca alicubi jacentia & minùs salubria delatus fl. reciprocanti aqua *Convennon* insulam, quæ etiam *Connos* (de qua *Ptol.*) à continente abscindit. Hæc hodie *Canvey* appellatur, & *Essexiæ* littori per V. milliaria objecta jacet, adeò humilis, ut sæpe universis inundetur, præter editiores tumulos, in quibus tutus est ovibus receptus. Oves enim plus minus 4000. pascit, saporis admodum delicati, quas adolescentulos muliebri officio cum sellulis clunibus alligatis mulgere, & caseos ovillos conficere in casearijs illis tuguriolis, quæ ibi *Wiches* vocant, vidimus. Huic Insulæ inter alia adfidet *Leeg* opidulum elegans, strenuisque nautis refertissimum, illique vicinum *Pritwell*, ubi terra in promontorium se projicit, quod *Blacketayle Poynt*, & *Shoberry Nesse* dicitur, à *Shobery* viculo imposito. Hic ripis utrinque deficientibus in Oceanum Tamisim vasto ostio evolvitur.

Introrsum autem *Rochford*, quæ huic *Centuriæ* nomen fecit, locum habet, nunc Baronum de *Rich*, A Tamisim ripa interiori cernuntur suo ordine hæc loca celebriora ab Occasu in Ortum *Havering* antiquus Regum secessus, ab annulo quem peregrinus Regi Edwardo Confessori à

Convennon
insula.

Havering.

Divo Ioanne (ut scribunt) missum eò loci tradidit, denominatus. *Hornechurch*, quod cornutum *Monasterium* olim dictum. cornua enim plumbo efformata ad Orientalem Ecclesiæ partem cernuntur. *Rumford*, cui gloria à foro suario, & ædibus adjunctis *Giddy-hall*. *Brentwood*, & *Engeston* non nisi suis mercatibus & diverforijs nota. Sub his vidimus *Thorndon*, ubi ædes speciosas erexit *Ioannes Petre* Eques auratus, qui nunc *Baro Petre de Writtle*, *Burghsted*, contractè *Bursted*, *Bayo Petre* id est *Burgi locus*, quo nomine plurima loca vestustiora insignierunt majores, & juxta *Billricay* forum satis frequens. Ab his *Raleg* non multum abest opidulum non inelegans, *Ragancia* videtur in libro illo *Domesday*, ubi (ut etiam legitur) unus est *parcus*, & *sex Arpeni vineæ*, & reddit xx modios *Vinum Britanicum*. Quod adnoto, tum propter *Arpenen Gallicam* dictionem, tum propter vinum in hac insula confectum.

Inde ad Septentriones retroacta paulatim littora duos insinuantis Oceani accessus admittunt hunc *Crouch*, alterum *Blake-water* accolæ vocant. In *Crouch* aquarum divortijs quatuor insulae disperguntur, viriditate gratæ, sed alluvionibus paludescunt. Inter hæc interfidet *Centuria Dengy*, quondam *Dancing*, gramine latissima, & re pecuariâ dives, sed solo & coelo minus salubri, ubi casearijs operibus omnia fervent, & casei illi inusitatæ magnitudinis conficiuntur, qui non modò per Angliam, sed etiam per exteras regiones ad saturandos agrestes & opifices distrahuntur. *Dengy* primum hujus *Dengy* est opidum, à Danis, ut incolæ credunt, sic dictum,

Ithancester
Orthona.

Atum, cui vicinum est *Tillingham*: & superius ad boreale littus floruit urbs prisca memoria quam *Ithancestre* majores nostri dixerunt, ego *Orthonam* fuisse quodammodo credo, ubi *Numerus Fortensium* cum suo Præposito, inclinante Romano Imperio, sub Comite Littoris Saxonici contra piraticas Saxonum deprædationes stationem egit.

In *Black-water* sinum, qui boreale hujus Centuriæ latus claudit, & optimis ostreis scater, confluunt duo flumina, quæ magnam agri partem aliuunt, *Chelmer* & *Froshwell*. Illud decurrit primum per *Thaxsted* mercatorium opidulum in colle perquam amœnè situm, & *Tiltey*, ad *Estanes* ad *Turrim*, nunc *Eston*, quam incoluerunt Domini de *Lovanio* dicti, utique Godfredo fratre Henrici sexti Brabantia Ducis prognati. Inde *Dunmow*, opidum situ peramœno in colle modicè pronò, prolabitur. Hinc *Chelmersford*, vulgò *Canonium*. *Chensford* petit, quod satis amplum est opidum in ipso quasi Comitatus medio, inter duo flumina, quæ hic se conjungunt, inter situm, *Chelmerum* ab Ortu, & aliud ab Austro, cui si nomen *Can* (ut aliqui volunt) *Canonium* fuisse non est cur dubitemus, cum distantia à *Camaloduno* planè conveniat.

Ratcliffi.

Froshwell fl. qui veriùs *Pant*, & demum *Black-water* dictus, fonte exili prope *Radwinter*, quod fuit Baronum *Cobham*, emissus, cum longo decursu nihil memoria dignum viderit, *Chelmerum* obvium habet, qui solidus haud procul à *Danburij* in colle satis edito delatus, *Woodham Waters* præterfluit, quæ superiori sæculo in *Redclifforum* stirpem

stirpem per filiam translata, qui ad Comitum Suffexiæ dignitatem proveci *Newhall* aedes magnificas parum hinc distitas incolunt. Deinde *Chelmer* alijs confluentibus aquis insula amnicè divisus, nomineque suo rejecto, & alijs *Blackwater*, alijs *Pante* dictus, vetustam illam Romanorum Coloniam *Camalodunum*, quæ hoc littus illustravit, salutat. In qua urbe indaganda (*Dennum, Melus bone!*) quàm lusciosi fuerunt nonnulli, cum se don suo nomine proderet, & eo vix mutilato pro *Camaloduno* hodie *Maldon* dicatur, Saxonice *Maldune*, & *Mealdune*. Nec hoc solummodo expressum nominis vestigium persuasit, verùm etiam distantia à *Mona* apud Plinium, & ipse situs in antiqua tabula Itineraria, probationem præstant vel apertissimam. Hodie populi opulentia, & sua magnitudine inter primaria Essexiæ opida meritò censetur, *Burgusque de Maldon* à *Iurisperitis* nominatur. Statio satis commoda, incolisque pro magnitudine satis frequens.

Hinc reducta littora mare magno & amœnissimo sinu accipiunt, qui optimorum illorum ostreorum feracissimus, quæ nos *Wallscot* vocamus. In hunc sinum præter alia, *Cobn* fluvius se immittit, qui in Boreali agri parte è diversis fontibus coalescens, allabitur *Heningham*, elegans olim castrum, & *Oxonie* Comitum antiquam habitationem. Cui ad alterâ ripam oppositus est *Sibble Heningham*, locus natalis (ut accipi) Ioannis *Haukwood* (Itali *Ancuthum* corruptè *Io. Hawk* vocant) quem Senatus Florentinus propter in-wood signia merita equestri statua, et tumuli honore in eximia fortitudinis fideique testimoniū ornavit.

Colonia,
Colchester.

Hinc *Coln fl.* per *Hawsted.* & *Earles Coln* à Comitum Oxoniæ sepulturâ sic dictam, *Coloniam*, cujus meminit Antoninus, accedit. An à Colonia huc deducta, vel à *Colno* flumine nomen sit factum, Phœbus dixerit: à flumine malim ego, cum viderim opidula plura illi imposita *Colne* dici, ut *Earles Colne*, *Wakes Colne* &c. Hanc Britannii *Caer Colin*, Saxones *Cole-cestre*. nos *Colchester* vocamus. Vrbs est elegans, frequens, & amœna, collis supercilio ab Occasu in Ortum porrecta, muris incincta, Ecclesijs XV. exornata. In media urbe castrum eminet vetustate collapsurum. Floruisse verò hanc urbem vel maximè Romanis temporibus infinita vis antiquorum numerorum quotidie eruta planissimè docet: in nullo tamen Gallieno antiquiores incidimus.

Helena Cō
stanti M.
mater.

*Fl. Iuliam Helenam Constantini Magni matrem suam alumnam fuisse asserunt: & in memoriam crucis ab illa repertæ, crucem nodosam inter quatuor coronas interpositam publico in digmate gerunt. Sub hoc, ubi *Coln fl.* maximè cœtur, *S. Osithæ* extat opidulum, cujus antiquum nomen *Chic* abolevit regia illa virgo *Ositha*, quæ à Danicis piratis ibi confossa, Sanctæ honores apud majores obtinuit. Nunc verò sedes est primaria Dominorum *Darcy*, qui de *Chic* dicti, & ad amplissimam Baronis dignitatem ab Rege Edwardo VI. provecti.*

Barones
Darcy de
Chic.
Nesse pro-
mont.

Hinc vastè projectum litus ad *Nesse* promontorium, Saxonice *Eadulfes-nes*, promuberat. Quid hoc in loco repertum fuerit, habe verbis & fide Radulphi de *Coggesball*, qui ante annos 350 scripsit. *Temporibus Regis Richardi in litore maris in Villa*

que

qua vocatur *Eadulfnesse* inventi sunt duo dentes cujusdam Gigantis tantæ magnitudinis, ut ducenti dentes quos nunc habent homines ex his secari possent. Hos apud *Cogball* & vidimus, & admirando contrēctavimus. Et nescio quid aliud Giganteum primis R. Elizabethæ annis à Nobili R. *Candisb* juxta hunc locum effossum. Nec distebor ego quin fuerint homines qui ob magnitudinem & roboris firmitatem miraculo erant; suspicari tamen liceat quod *Suetonius* scripsit, prægrandia immanium belluarum membra & alibi, & hoc etiam regno inventa, *Gigantum ossa* vulgò dicta & habita fuisse.

Ab hoc promontorio paulatim reflectitur litus ad *Stouri ostium*, ubi nunc *Harewich* turissima statio. Iste *Stourus* est qui *Essexiam* & *Susfolciam* pro limite intermeat, nec procul ab ejus fonte est *Bumsted*, & quæ hæc regio *Cantabrigienses* spectat *Barklow*, ubi ebulum quod sanguineis baccis hic circumquaque copiosè provenit, non alio nomine quàm *Danes-bloud*, id est *Danicum sanguinem*, etiamnum appellant, ob multitudinem Danorum, qui ibidem ceciderunt anno 884. navali inter ipsos & Anglos prælio.

Walden, à croco denominatum *Saffron-walden*, *Saffron-emporium* paulò est inferius inter agros *blan-walden*. dissimo croco ridentem. Mense enim Julio, tertio quoque anno, cum bulbi fuerint eruti, & post 20. dies, ingestâ glebâ reconditi, sub finem Septembris florem cyaneum fundunt, è cujus medio tria flammae stamina croci (*Chives* nos vocamus) dependent, quæ bene manè ante So-

lis exortum decerpuntur, & è flore extracta lento igne siccantur. Tantusque est proventus, ut è singulis jugeribus octoginta, vel centum plus minus croci, dum humidum est, pondo colligantur, quæ siccata ad viginti pondo conficiunt. Quodque magis mireris, solum quod tres continuos annos crocum protulit, hordeum sine stercoreatione annos 18. affatim profundet, denuoque crocum non recusabit.

Comites
Essæxiæ.

A Normannorum adventu Matildis Imperatrix Anglorum Domina (eo enim usa est titulo) Galfredum de *Magnavilla*, vulgò *Maudevill*, primum Essæxiæ Comitem creavit. Hunc secuti sunt duo filij Galfredus & Guilielmus sine prole sublati. Postea Galfridum Petri de *Ludgershall*, Angliæ Iustitiarium, accepta magna vi pecuniæ, ad hunc honorem extulit Rex Ioannes. Duo huius Galfredi filij, Galfredus & Guilielmus, ascito sibi nomine *Magnavill* sive *Mandevill*, hoc honore gavisi sunt. Illis sine prole defunctis subrogatus est Humfredus de *Bohun* Herefordiæ Comes, & Angliæ Còstabularius. Ex huius posteris masculis Comites Herefordiæ & Essæxiæ multos annos successerunt. Vltimi autem Bohunorum filia primogenita *Æleonora*, Thomæ de *Woodstok* Duci Gloucestriæ in uxorem cum Essæxiæ titulo data, Annam filiam peperit, quæ in secundum maritum Guilielmum *Bourchier*, cui Rex Henricus V. dedit Comitatum *Eu* in Normannia, accepit. Hic Henricum *Bourchier* ex illa genuit, quem Rex Edwardus III. Comitatus Essæxiæ honore investivit. Ille alterum Henricum è filia nepotem successorem habuit, qui equo sternaci senex

senex excussus, expiravit, Anna filia unica relicta. Qua neglecta Henricus Octavus statim Thomam *Cromwell*, quo administro in Pontificia auctoritate profliganda usus erat, ut majore cumularet honore, Essæxiæ Comitem, Magnum Angliæ Camerarium, & Georgiani Ordinis Equitem auratum simul fecit, quem antea, ob solertiam, Præfectum rotulorum, sive Secretarium, Baronem *Cromwell* de *Okeham*, Vicarium Regis generalem in Spiritualibus, privati quique sigilli Custodem constituerat; & hæc omnia quinque annorum curriculo. Sed quinto Comitatus mensè hanc fabulam vitæ cruento exitu, ut plerique maximarum rerum administri, capite plexus peregit, idemque Rex Guilielmum *Parr*, cui Annam filiam unicam & heredem Henrici *Bourchier* in uxorem dederat, etiam Comitis Essæxiæ dignatus est titulo. Demùm verò *Parr* sine liberis defuncto, Gualterus d' *Evreux* Vicecomes Herefordiæ, cuius proavia erat *Cecilia Bourchier*, soror Henrici *Bourchier* quem modo dixi, Regiæ Elizabethæ gratia hanc Comitis Essæxiæ dignitatem accepit, filioque Roberto reliquit, qui (proh dolor!) dum ipse aura populari abreptus spes suas anteire properaret, in exitium se præcipitavit. Filiolum autem ejus Robertum in integrum, & paternum honorem auctoritate Parlamentaria Iacobus noster Rex serenissimus regia benignitate restituit.


Computantur in hac regione Parochiales
Ecclesiæ 419.

Regionem Trinobantibus proximam quæ postea *East-anglia* dicta, & Suffolciam, Norfolciam, Cantabrigiensemque agrum cum Huntingdonensi complectitur, occuparunt olim *Iceni*: quos confuso vocabulo *Cenimagnus* apud Cæsarem fuisse dictos jam pridem existimavi: & ut ita existimarem, fecit ipsa arctissima affinitas, quæ inter hæc nomina *Iceni*, & *Ceni magni* intercedit, suavitque Taciti & Cæsaris consensus. Hic enim *Cenimagnus* se Romanis dedidisse scribit, quod item *Icenos* fecisse memorat Tacitus. Sed quod maximum est, in libro manuscripto pro *Cenimagni*, *Ceni Agni* diviso vocabulo concipitur, pro quibus, si non audaculus viderer, *Iceni Regni* substituerim ego. Nec alicubi sanè *Cenimagnus* in Britannia comperias, si à Regnis & *Icenis* diversi fuerint. Cæterum *Iceni* nominis hoc in tractu reliqua sunt vestigia plurima, ut *Ikenfworth*, *Ikenhorpe*, *Ikborrow*, &c. Quæ nominis sit ratio, conjectare non aulam, nisi quis à cuneata regionis forma deducat, & in modum cunei Oceano incumbere dicat. Cuneum enim suo idiomate *Iken* vocant Britanni, eodem etenim nomine locus in Wallia ad *Lhintergid* lacum, *Lhan-yken* ab illa forma dicitur.

Gens hæc erat, ut inquit Tacitus, valida, & postquam se Romanorum in fidem permisisset, ad Claudij tempora prælijs non concussa. Tunc enim, cum Ostorius Proprator flumina castris communiret, & Britannis arma detraheret, contractis copijs se opposuerunt: sed perrupto à Romanis aggere quo se obsepserant, non sine glade magna devicti. Hoc bello sic sopito, vii

XIII. agebatur annus, cum Prasutagus Rex Icenorum, ut calamitatem à sua gente vel suis privatis incommodis redimeret, Neronem Imp hæredem scripsit, tali obsequio ratus regnum & domum suam procul injuriâ fore, quod contra vertit: adeo ut regnum per Centuriones, domus per servos velut capta, vastarentur. Hinc funestissimum bellum exarsit, cui faces addidit Seneca avaritia, qui sub id tempus quadringentes festeritium (trecenta scilicet millia librarum nostrarum) maximis usuris cumulatam acerbius exigebat. Hoc bello, ut summarim dicam, Boodicia illa Prasutagi uxor octoginta millia Romanorum & sociorum occidione occidit, Camalodunum Coloniam, & Verulamium municipium excidit, Legionem ix. fudit, Carum Decianum procuratorem fugavit, sed tandem justo prælio à Paulino Suetonio fracta, invicta animi constantia, ut Tacitus scribit, hausto veneno, ut Dio, morbo diem obiit. Iam inde altum est de *Icenis* apud auctores silentium.

Cum autem Saxones jam suam in hac Insula Heptarchiam confirmassent, in Orientalium Anglorum regnum cessit hæc provincia, quam ab Orientali situ *East-angle-ryc* dixerunt, id est *Orientalis Angliæ regnum*, Vissamque primum regem habuit, unde *Vskines* successores diu dicti. Quorum soboles cum in Edmundo Sancto defecisset, Dani regionem pervaserunt, & miserum in modum annos plus minus 50. omni bellorum calamitate dilaniarunt, donec Edwardus senior suo Occidentalium Saxonum imperio tandem adjunxit,



Suffolcia, quæ primò dicenda, Saxonice Suth-
 folc, id est *Populus australis*, ratione Norfolkia, *Confinia*
 ab Occasu habet Cantabrigienses, ab Austro
 Oceanum Germanicum, à Septentrione duos
 fluviolos *Ouse minimum*, & *Waveney*, qui ex eo-
 dem quasi fonte in diversa fluentes, à Norfolkia
 disterminant. Regio satis ampla, portuosa, so-
 lo, nisi ad orientem, admodum pingui, utpote
 ex argilla & marga composito, unde latissima
 ubique arva, & uberrima saginando pecori pa-
 sca, caseique magno numero conficiuntur, qui *Casii Angli*
 in omnes Angliæ partes, magno cum incolarum *glicani*
 commodo, distrahuntur. Nec desunt sylvæ, &
 vivaria quàm plura nobilium ædibus adjuncta,
 feris repleta.

Dividitur hæc politicè in tres partes, quarum *Divisa*
 una *The Geldable*, altera *Libertas S. Edmundi*, tertia
Libertas S. Etheldredæ dicitur. Verùm nos Cho-
 rographicè hanc obeamus, & ab Occasu exor-
 si, posteriora loca perlustremus,

Quà Occasum & Cantabrigienses spectat, in
 ipso limite *Ixning* sedet, maioris olim, quàm ho-
 die famæ. Siquidem vicinitate *Novi fori*, quod
New-market dicimus, quò certatim res venales *New-mar-*
 undiq̃ue comportantur, decrescere, cœpit. Hic *ket*
 circumquaque longa patet planities *New-market*
beath inde nominata, arenosa & sterili, at virenti
 tamen terrâ, in qua fossa illa admiranda vide-
 tur, quam quasi à diabolo ductam *Devils dike* vul-
 gus vocat, cum certum sit ex istis fuisse, quibus *ke*,
 contra hostiles irruptiones incolæ se pramuni-
 erunt

Interius

S. Edmunds Bury. Interius opidum est *S. Edmundi* celeberrimum, quod Saxonico sæculo *Bederic-gueord*, & Britanico, ut videtur, *Villa Faustini*, cuius meminit Antoninus, sic enim existimavit Talbottus vir antiquitatis bene peritus, & in hac Angliæ parte verfatissimus. Quæcunq; verò fuerit, cum Edmundi Christianissimi Regis corpus, quem Dani exultis supplicijs trucidassent, huc transtulisset populus, *Edmundi Burgus*, vulgò *S. Edmunds Bury*, & contractè *Bury* dici cœpit, mirumque in modum floruit, præcipuè verò ex quo Canutus Rex novo opere Ecclesiam instauravit, coronam suam *S. Martyri* obtulit, Monachos cum suo Abbate induxit, prædia multa & magna, & inter alia ipsum opidum integrum donavit. Quale verò sit hoc opidum, & quantum fuerit Monasterium, dum stetit, audi, qui vidit, Lelandum. Sol non videt urbem situ elegantiore, sic molli delicata pendet in clivo, & rivulus ad Orientem desluit: aut Cœnobium illustrius, sive quis dotationem, seu amplitudinem, aut magnificentiam incomparabilem aquis rationibus expendat. Diceret planè Cœnobium urbem esse: tot porta, partim etiam aenea, tot turres, & templum, quo nullum magnificentiis, cui alia tria egregio opere nitentia uno & eodem cœmiterio sita subserviunt.

† Nunc tãtã duo.

Iermini.

Lidgate.

Intra hunc Edmundi Burgum cernitur *Ryssh-brok* sedes claræ & Equestris familiæ *Ierminorum*, nec longè *Ikesworth*, & magis ad Boream *Fernham* *S. Genovesæ*, unde haud procul distitus est *Lidgate* viculus, qui hoc nomine neutiquam tacendus, quod in lucem Ioannem *Lidgate* monachum ediderit, cuius ingenium ab ipsis Musis effectum videatur, ita omnes Veneres & elegantie in
ejus

ejus Anglicis carminibus renideat. Hæc ad Occiduum Suffolciæ partem sunt memoriæ celebrioris.

Ad Austram *Stour* fl. statim à fonte in amplam paludem, *Stour mere* vocant, stagnare vidimus, sed mox intra ripas se colligens, primum *Clare* præterfluit viculum nobilem, qui præter dirutam arcem, quam ostendit, *Clarorum* nomen, honoratissimæ familiæ, quæ à Gisleberto Comite Normanno descendit, & Ducatus titulum Leonello Edwardi III. filio impertivit. Quicum uxorem ex illa familia oriundam duxisset, Ducis Clarentiæ titulum à patre accepit, cum prius Comitis Gisleberti posterus, Comites de *Clare* fuerint dicti. Leonello deinde sine mascula prole defuncto, Rex Henricus III. Thomam filium minorem, Clarentiæ Ducem instituit. Quo & ipso sine sobole mortuo, satis longo post tempore Edwardus III. hunc honorem Georgio fratri contulit, quem post graves inimicitias & acerba odia in gratiam receperat, tandemq; tamen in carcere extinxit in dolio vini Cretici (ut fama obtinet) immersum.

A *Clara* per *Long Melford* Hospitalis pulcherrimum ab optimo viro Guil. Cordallo Ordinis Equestris nuper positum, ad *Sudburij*, id est *Australis Burgus*, accedit *Stouris*, quæm hujus agri quondam præcipuum fuisse, & ratione *Norwicæ*, id est *Viciis Septentrionalis*, hoc nomine signatum credunt. Nec dum vicinis inferior censeris aquo animo ferat. Est enim populosus: & pannis conficiendis opulentus, *Majoremque* pro summo Magistratu habet, qui singulis annis ex *Alder-*
mannis

Clare.

Duces Clarentiæ.

Sudbury.

mannis septem eligitur. Haud procul hinc abest *Edwardston* haud magni nunc nominis, & post pauca milliaria *Bretona* fluviolo augetur *Stow*, qui non longo decursu, duo alluit antiqui nominis opida. Ad fontes *Bretenham* cernitur opidulum exile, ubi vix ulla urbis facies videtur, quod tamen *Combretonium* esse, cujus hoc tractu *Antoninus* meminit, nominis tum affinitas, tum significatio persuadet. Ut enim *Bretenham* Anglis domum vel mansionem ad Bretonum: sic *Combretonium* Britannis vallem aut depressiorem ad Bretonum locum denotat. Hinc parum ad *Orrum Nettlested* conspicitur, vicinutiq; est *Oston*, id est *Offa Regis Merciorum* opidam. Infra hanc *Hadley*, Saxonice *Headlege*, sedet, lanceis pannis conficiendis hodie insigne.

Hinc Bretonus petit *Stourum*, qui confociatis aquis non longè à *Bentley* defluens, post pauca milliaria propè *Arwerton* hodie claræ familiæ *Parkerorum* aedes, Oceanum subit; ipsoque ostio *Orwell* sive *Gipping* fluvius unâ evolvitur. Hic in ipso quasi hujus agri umbilico exortitur è duobus fontibus; altero prope *Wulpett* opidum mercatorium, quod Latine sonat *Luporum fossa*: altero ad *Gipping* viculum. Nescio in quam vanam spem auri inveniendi ad *Norton* opido illi vicinum cupiditas credula Regem *Henricum* Octavum pellexit: sed suffossiones loquuntur.

Ad eundem fluvium cernuntur *Stow* & *Needham* mercatoria opidula, nec procul à ripa *Hemingston*, in qua tenuit terras *Baldwinus Le Petiteur* (notato mihi nomen) per *Sciantiam* (loquitur ex antiquo libello) pro quo debuit facere die natali

Domini

Domini singulis annis coram Domino Rege Angliæ unum *Tentura leopida*, unum *suffletum*, & unum *bombulum*, vel ut alibi legitur, per saltum, sufflum, & pettum, id est si intelligo, ut saltaret, buccas cum sonitu inflaret, & ventris crepitum ederet. Ea fuit illorum temporum aperta & læta hilaritas, Proprius ostium *Ipswich*, olim *Gippewich* urbem humiliori situ vidimus, quæ hujus Comitatus quasi ocellus, portu satis commodo, mercimonijs frequens, magna habitatorum multitudine referta, templis quatuordecim ornata, ædibus amplis & magnificis exulta. Corpus Politicū (ut accepi) constat ex duodecim *Burgensibus* (*Portmen* vocant) è quibus pro summis Magistratibus quotannis eliguntur duo *Ballivi*, totidemque *Iustitiarj* ex *xxiii.* alijs. Hæc ad *Australem* hujus agri partem.

Hinc incurvatum litus (hæc enim plaga Orientalis tota mari obversa est) in Septentriones procurrens, mox *Debeno* fluviolo (*Throding* alij vocant) se aperit, qui fontes habet juxta *Mendlesham*, cui jus mercatus & nundinarum. Hinc *Debenus* affunditur, & nomen facit *Debenhamia* mercatorio opidulo, quod *Depenham* alij rectius dici volunt, quod exargillaceo & humidiori solo viæ circumquaque sunt profundiores, & impeditiores. Inde defluit per *Wfford*, & huic alterâ ripâ appositam *Rendelisham*. Hinc ad *Woodbrig* descendit opidulum nitidis ædificijs excultum, & post pauca emensa milliaria, ab Oceano ad *Badfwey* portum suscipitur.

Iam litus sensum in Ortum proreptans ad *Framlingham*, Ori fluminis ostium, quod juxta *Framlingham* castrum

strum, profunditur, statimque ad occidentum
ejus latus quasi in lacum diffunditur. Castrum
hoc est pulcherrimum, aggere, fossa, & mu-
ro magna crassitudinis, in quo tredecim tur-
res, firmatum, interiusque adificijs in usum
commodissimis instructum. Hinc anno salutis
1553. Maria Regina regnum auspicata, fren-
dente contra Henrici VIII. filias Northumbriae
Duce Dudleio, Parrham opidulum deinde Orus ac-
cedit, & postea Glemham præterlapsus, ad Ore-
ford, cui nomen facit, in mare descendit. Am-
plum & frequens hoc fuit opidum, sed de Ocea-
ni ingratitude hodie conqueritur, qui sensim
se subducit, & portus commoditatem invidere
cœpit. Tempore Henrici Regis (inquit Radulphus
de Coggehall) cum Bartholomæus de Glaxvile custo-
diret castellum de Oreford, contigit ut piscatores homi-
nem sylvestrem inter retia sua comprehenderent, qui spe-
ciem humanam omnibus membris prætendebat, capillos
habebat, barbam prolixam & pincatam, circa pectus ni-
mium pilosus erat, & hispidus, qui tandem clam aufugit
ad mare, & nusquam comparuit.

Non multo superius, tuto & peramœno situ
interjacet inter vallem *Slaugden*, quæ mare ab
Ortu diverberat, & flumen ab Occasu, *Aldburg*
statio nautis & piscatoribus satis commoda, &
inde satis frequens. Injuxta cum ex coeli injuriâ
segetum spicæ per Angliam anno 1555. suffo-
catae essent, pisa nullâ terrâ circumfusa inter fa-
xa, autumno ineunte, non sine miraculo enata,
annonam laxasse ferunt incolæ. Prudentiores,
legumina naufragijs in littus rejecta subinde
illic renasci solita esse referunt, ut nullus sit mi-
raculo

*Fir mari-
nus.*

*Pisa è ru-
piens enata*

raculo locus. Verum hujusmodi suâ sponte
quotannis inter scrupos in Cantij littore enasci
jam antè diximus.

Hinc littora legentes ad X. milliare *Dunwich*
offendimus, Saxonice *Dunmoe*, ubi Felix Burgun-
dus, anno salutis 630, Episcopalem sedem fixit,
ejusque successores non paucis annis universæ Ori-
entali Angliæ præfuerunt. Nunc verò fluctuum
violentiâ maximâ partem abrepta, & Episcopis
multa ante sæcula sedem suam alio transferen-
tibus, in solitudinem quasi redacta jacet. Paulò
superius *Blish* flumen se in mare exonerat, ad cu-
jus ripam exiguum opidulum *Blishborow* vidi-
mus, quod mercatum habet beneficio Ioannis
Domini *Clavering*.

Procurrit hic longius in Ortum promontori-
um *Easton-ness*, quod totius Britanniaë maximè *Extensio
promont.*
Orientale judicatur, & Ptol. *Extensio* dicitur. In *Eastonnesse*
Australi parte hujus promontorii *Southwold* in *Southwold*
planitie mari littore aperto objacet, opidum
non in frequens portus beneficio, quem *Blish fl.*
ibide exonerans præbet, & accedente aestu ita
undis circumfusum, ut insula videatur, & non
esse superfusum mireris. Interius *Wingfeild* cer-
nitur, & *Dunnington*. Nec multum hinc abest
Huntingfeild, & huic vicinum *Heveningham*, sedes *Hevening-
ghami*,
equestris familiae cui nomen impertit. unde pa-
rum abest *Halefworth*; nunc *Alingtoniorum* opi-
dum, cui *Richardus Argenton* olim Dominus
jus mercaturæ à Rege Henrico III. impetravit.

A Septentrione duos fluviolos, *Onse* scilicet
minorem, & *Waveney* hanc Provinciam à Nor-
folcæa disiungere diximus, qui è palustri loco ad

Lophamsford fontibus parum inter se disparatis emanantes, in diversa per vadosos sinus cursus agunt. Ad *Ouse*, qui in Occasum fertur, nihil memoria dignum hac in parte se offert. Ad *Waveney*, qui in Ortum tendit, primum *Hoxon*, olim *Hegilsdon* cernitur, martyrio Edmundi regis nobilitatum. In proximo ad *Brome* longo jam tempore habitavit Equestris familia *Cornwallleij*, ex quibus Ioannes fuit Seneschallus familiaris Edwardi VI. & Thomas eius filius à consilijs R. Mariæ, eiusque Aulae *Contrarotulator*. Inferius *Eay* sedes, id est *Insula*, sic dicta, quod sit undique aquis irrigua. Inde per *Flixton* pro *Fleton* à Felice primo Episcopo, ut multa alia in hoc agro, denominatum, ad *Bungey* decurrit *Waveney* fluvius, & quodammodo circumfundit. Inde haud multum à ripa *Mettingham* cernitur. Iamque *Waveney* mare propius accedens, dum duplicem in Oceanum viam sibi frustra molitur, alteram cum *Gariene* fl. alteram per lacum *Luthing*, peninsulam efficit non exiguam, quam alij *Loungland*, alij *Luthingland* verius vocant, à lacu illo longo & diffuso, qui à litore Oceanus orsus in *Garienem* fl. emittitur. In cuius ingressu *Lestoffe* angustius opidulum mari impendet, in exitu *Gorlston*. Introrsum ad *Garienem* sedet *Somerley*, & superius, ubi *Garienis* & *Waveney* aquas commiscunt suas, *Cnobersburg*, hodie nobis *Burghcastell*, ubi solummodo lacera nunc sunt mœnia, inter quæ Romanorum numismata subinde eruuntur, adeo ut videatur ipsum *Garianonum*, ubi *Stablesiani* Equi restationem habuerunt.

Flixton.

Luthingland.

Burgcastle,
Garianonum

Primum *Suffolciæ* Comitem Rex *Edwardus* *Suffolciæ* III. dixit *Robertus* de *Wifford*, virum multa domini bellicque gloria. Huic successit filius *Guilielmus*. Quo, post quatuor filios prematurâ morte præreptos, in Comitibus Parliamentarijs mortuo, *Richardus* II. *Michaëlem* *De la Pole* è mercatore ad hunc titulum, & dignitatem *Cancellarij* Angliæ provexit. Cujus filium inde *Guiljelmum* *Henricus* VI. ex *Suffolciæ* Comite, primum *Suffolciæ* *Marchionem* creavit. Postea eundem optimè meritum ad honorem & titulum *Ducis* *Suffolciæ* evexit. Filium reliquit ille *Ioannem*, qui *Edwardi* III. sororem in uxorem duxit, genuitque ex ea *Ioannem* *Lincolnæ* Comitem. Hic cum regni hæres à *Richardo* III. declaratus fuisset, ambitio ejus se continere non potuit, sed illico prorupit contra *Henricum* VII. ad suam ipsius perniciem (nam bello intestino statim cecidit) ad patris interitum (qui dolore confectus animam edidit) & totius familiaris ruinam, quæ simul extincta concidit. Postea verò *Henricus* VIII. *Carolus* *Brandon*, cui sororem *Mariam*, *Ludovici* XII. *Galliarum* Regis viduam, in uxorem dederat, *Ducis* *Suffolciæ* titulo ornavit, cui successit filiolus, & illi *Carolus* frater. Quibus sudore *Britannico* anno 1551. extinctis, *Henricus* *Grey* *Dorcestris* *Marchionem*, qui *Franciscam* eorum sororem duxerat, *Edwardus* VI. eo titulo adauxit, sed ille ob affectatum pro filia regnû sub *Maria* Regina obruncatus, *Suffolciensium* *Ducum* erat ultimus. Iam inde jacuit *Suffolciæ* titulus, donec nuperrimè *Iacobus* Rex *Thomam* *Baronem* *Howard*

Suffolciæ
Duces &
Comites.

Howard de Walden, Thomæ Howard Ducis Norfolkici filium secundogenitum, quem sibi à cubiculo ob perspectam fidem & virtutem constituerat, anno regni sui primo Suffolciæ Comitem creavit.

Habentur in hoc agro Parœcia 575.

NORTHFOLKE.


Nomen.
Confinita.

Norfolciæ, vulgò Northfolke, id est si Latine interpreteris, *Borealis populus*, Suffolciæ ad Boream prætenditur, à qua duobus illis quos dixi fluviolis *Ouse* minimo & *Ware* in diversa fluentibus sejungitur; ab Euro & Septentrione littora magno fremitu diverberat Oceanus Germanicus, qui admodum piscosus, à Zephyro *Ouse* major flumen divortijs suis ludens à Cantabrigiensibus secludit.

Solum.

Regio est ampla, ferè omnis campestris, nisi quæ faciles affingunt colles, admodum opulenta, ovium gregibus fertissima, cuniculique imprimis ferax, & populosis pagis distincta plurimis (præter opida enim mercatoria xxvii. villas & pagos 625. exhibet) aquis irrigua, sylvis non omnino indiga, Solum pro locorum diversitate varium, alicubi pingue, luxurians, & succulentum, scilicet in *Mersland* & *Flegg*; alibi, maxime quæ Occasum spectat, tenue, leve, & sabulosum, alibi argillosum, & cretaceum. Verum soli bonitatem vel ex eo colligas, unde

Varro



Incolæ. Varro colligere jubet, quod incolæ optime nitent, ut taceam ingenia verfurissima, & in iure nostro municipali acerrima: adeo ut fecundissima Iuriconsultorum atrix & olim & nunc habeatur, atque etiam ex infima plebe non pauci reperiantur, qui (ut ait ille) si nihil scilicet, lites tamen ex juris apicibus serere calleant. In hac describenda ab australi latere exorsus, potiora & antiquiora paucis percurram.

Ad *Use* minimum, ubi *Thet* fluviolus è Suffolcia profusus confluit, loco inferiori apponitur vetusta illa quam memorat Antoninus urbs *Sitomagus*, nunc *Thetford*, manente prioris nominis parte cum Germanica adjectione, quæ *Vadium* sonat. Vt enim *Sitomagus* Britannicè *urbem ad Sit fl.* qui nunc *Thet*, denotat (*Magum* etenim urbem significasse docet Plinius) sic *Thetford* Anglicè *vadium Theti* denotat. Raris nunc est habitatoribus, licet satis ampla, olim verò frequens & celebrata, & præter alia vetustatis indicia, molem ostendit in magnam altitudinem aggestam, duplicique vallo munitam, quam Romanorum fuisse opus credunt nonnulli, vel potius Saxoniorum Regum, ut volunt alij, sub quibus longo tempore fuit florentissima.

Ad *Waveney*, qui in Ortum fertur, haud procul à fontibus *Buckenham*, & *Keninghall* cernuntur. Hoc, cui ab *Icenis* nomen relictum videatur, honoratissimæ *Howardorum* familiæ sedes est, quorum gloria major est, quam quæ à *Buchanani* invidia infringatur. Illud verò, cui à *Agis* nomen factum existimo, castrum est longè pulcherrimum, & munitissimum, quod ad *Knevet-*

torum familiam tandem descendit, quæ jamine *Knevettorum* à *Ioanne Knevet* Angliæ sub Edwardo III. Cancellario clarissima, & magnis nuptijs honorata, quasi ramos longè diffudit. Tenetur verò *Buckenham* ea lege ut Domini sint pincernæ in inauguratione Regum Angliæ. Fluvius hinc statim *Disce*, nunc *Dis*, subluit opidulum non ignotum. Inde quamvis sit opidis redimitus, ex illis tamen ne unum quidem vetustatis nomine gloriatur, nisi *Shelton*, quod remotius est, & antiquæ imprimis *Sheltonorum* familiæ nomen impertijt. Sed priusquam mare accedat, *Garieni* flumini se admiscet, Anglis *Gerne* & *Iere*, ab alnis proculdubio, sic Britannicè dictis, quibus obumbratur. E medio hujus regionis emergit, non procul à *Gernston* viculo quem denominavit, viciniquæ habet *Hengham*, magisque ad Orientem *Wimundham*, nunc contractè *Windham*, sepulturâ *Albinojorum*, qui Comes Arundellæ, clarum.

Garieni autem ille non longum in Subsolanum cursum tenuit, cum *Wentsum* rivulum (alij *Wentfar* vocant) ab Austro admittit: ad quem propè fontes vallum est quadratum ad *Tajeshborough*, quod Romanorum videatur castrametatio. Superius ad eundem *Venta Icenorum* florentissima *Venta Icenorum*, hujus populij olim urbecula sedet, sed nunc vetusto nomine amisso, *Caster* appellatur.

Ex hac posterioribus sæculis ortum habuit *Norwicus*, ad tertium hinc lapidem, propè *Garieni* *Norwich*, & alterius fluvij anonymi (*Baridenum* aliqui vocant) confluentes, urbs celeberrima, nobis *Norwich*, Saxonice *North-wyc*, id est *Sinus Aquilonaris*, si *Wyc* Saxonice fluminis sinum significat, ut

Sitomagus,
Thetford.

Magus
quid.

Howardi.

docet Rhenanus : hoc enim loco sicut anfractu-
oso devolvitur flumen : vel *Statio Aquilonaris*, si
Wye, ut contendit H. Junius, Stationem secu-
ram, ubi conjunctioribus ædificijs habitatur,
denotet: vel *Castellum Septentrionale*, si *Wye* castel-
lum sonet, ut Alfricus noster Saxo affirmavit.
Hanc tantum abest, ut vel Cæsar, vel Guitelinus
Britannus condiderit, quod fabulantur quidam,
ut vocabulum *Norwich* ante bella Danicâ nuspi-
am nostra legentibus sese offerat. Verumenim
verò nunc suis opibus, frequentia, ædificiorum
elegantia, templorum pulchritudine, & num-
mero (Parœcias enim plus minus 30 complecti-
tur) civium sedulitate, in Principem fide, in ex-
teros humanitate, inter celeberrimas Britannicæ
urbes meritò connumeranda, per amœno sita in
collis de je ctu sedet, formâ oblongiori à meri-
die in septentrionem mille quingentos passus
protenta, latitudine autem dimidio minore ad
meridiem se sensim quasi in conum contrahente.
Moenibus validis, in quibus crebre dispositæ
turre, & undecim portæ, undique obseptæ,
nisi ad Ortum, quâ flumen, cum sinuoso flexu
quatuor pontibus pervium Septentrionalem
urbis partem interlueo, profundo alveo, &
præcipitibus ripis defendit. Herbertus Episco-
pus, cujus fama ob Simoniacas sordes ad me-
tas hæserat, Episcopalem sedem *Thetfordiæ* huc
transiit, Ecclesiamque Cathedralem ad Orientalem
& inferiorem urbis partem quam speciosam
ex ædificavit. Castrum autem excelso
colli impositum juxta templum in ipsa urbe in-
staurasse creditur Hugo *Bigodus* Norfolkicæ Com-
mes

mes. Atque hæc in primâ quasi Norwici ætate,
Subsequente verò sæculo maxima incrementa
cepit, civibusque opulentissimis floruit, qui ut
pro *Ballivis*, quos prius habuerant, Prætorem
quotannis deligerent, anno 1403. ab Henrico
III. impetrarunt. Domum Civicam quoque
perpulchram in ipsa media urbe prope forum,
quod statis diebus omnibus ad vitam necessarijs
refertissimum est, extruxerunt. Demumque
anno 1583 aquas ex fluvio per tubulos instru-
mento hydragogico in altissimas urbis partes
subdlexerunt, Sed Belgis certè non nihil debent,
qui ~~huc magno numero confluxerunt, & opificium levidensium quorundam pannorum primi intulerunt.~~
huc magno numero confluxerunt, & opificium levidensium
quorundam pannorum primi intulerunt.

A Norwico, Garienis in suum nomen aquis
advenis ascitis, tortuosè volvitur, *Ruffis* pisce ad-
modum fecundus, quo nomine cum Asperum <sup>*Ruffis* pin-
cis</sup> Anglicè significetur, Aspredinem Ioannes Ca-
jus Latine nominavit. Toto enim corpore asper
est, pinnis spinosus, locis gaudet arenosis, Per-
cæ forma & magnitudine, colore per summa
fuscus, per ima cum pallore flavus: duplici per
maxillas semicirculorum ordine notatus, oculo
ex dimidio superiori fuscus, ex inferiori subau-
reus, pupilla niger: linea per dorsum longitudi-
nem exporrecta, & veluti filo transversò corpo-
ri affixa singularis: notis per caudam atque pin-
nas nigris maculosus, quæ pinnae, cum ira sub-
est, inhorrescunt; cum animi conquiescunt, re-
sidunt. Caro Aspredini quæ Percæ, & friabili-
tate & salubritate laudata.

Yarmouth.
Gariensis
ostium.

Cum Gariensis jam mari proximus in Austrum descendit, lingulam facit, quam hinc ipse, inde mare allambit. In hac lingula litore aperitissimo *Yarmouth* vidimus, Saxonice *Garmuth*, & *Ijermuth*, id est *Gariensis ostium*, portum opidumque elegantissimum, loci ingenio, & solerti operâ permunitum. Quamvis enim aquis patè circumvallentur, ab Occasu flumine, quod versatili ponte insternitur, ab alijs partibus Oceano, nisi ad Septentriones, quâ continens est: mœnibus tamen satis firmis, quæ cum flumine formam quadrilaterem oblongiorem efficiunt, pulcherrimè includitur, in quibus præter turres, ad Ortum moles eminet, unde tormentis majoribus in mare subjectum, quod vix quinquaginta passibus abest, longè lateque effulminat. Templum vero unicum habet, & illud amplum, excelsaque pyramide conspicuum, sub quo, ad illud ampliandum, educta visuntur egregij operis fundamenta. Cæterùm ut *Garianonum* fuisse ad *Burghcastle* in *Suffolcia*, quod in altera ripa vix duobus abest milliariibus, mihi persuasi: ita & *Yarmouth* ex ejus ruinis emerisse, & *Caſter* viculum proximum, antiquitatis nomine apud incolas celeberrimum, ex Romanorum castris fuisse ad *Gariensis* etiam ostium jam occlusum, facile credo. Nam perinde ac *Caurus* in *Bataviam* è regione tyrannidem exercet, & agglomeratis arenis medium *Rheni* ostium obturavit: itidem Aquilo hanc oram affligit, & arenas convertens, hoc ostium obstruxisse videatur. Nec tamen fraudi erit, si *Yarmouth* nostrum *Garianono* antiquo adjunctum, *Garianonum* dixerim, cum *Ga-*

Gariensis, qui illi nomen fecit, nunc alveo mutato, sub hoc, quod etiam nomine signavit, Oceanum subintrer. Non possum enim non fateri hoc nostrum *Yarmouth* recentioris esse memoriæ. Cujus incolæ rei potissimum mercatorix, & halecum (quas vulgò vocant) capturæ, quæ in hac orâ totius orbis est uberrima, gnaviter incumbunt. Incredibile enim videatur, quante & quam frequentes nundinæ hic ad festum *Michaelis* habeantur, & quanta vis halecum aliorumque piscium distrahatur. Quo tempore *Portuenses* (sic quinque portuum incolæ dicunt) veteri instituto *Ballivos* suos *commissonarios* constituunt, & huc mittunt, qui ut ex ipsorum diplomate, sive *commissione* loquat, cum *Opidi* Magistratibus, tempore *libere ferix*, *Curiam*, quantum ad nundinas pertinet, regant, regalem justitiam faciant, & pacem Regis conservent.

Hoc etiam ostio alter fluvius, nonnullis *Thym* dictus, unâ cum *Gariene* effunditur, qui effluens juxta *Holt* à nemore sic dictum, & mercatu notum, longo decursu quasi gradum confert per *Blickling*, nunc sedem antiquæ & insignis familiæ de *Clere*, & *Aileſbam* forum non infrequens, ubi prædia habuit olim *Monasterium S. Benedicti de Hulmo*, vulgò *S. Benet in the Holme*, id est in *Insula amica*, quod *Canutus Danus* construxerat, & firmissimis mœnibus propugnaculisque *Monachi* postea ita armarant, ut *Guilielmus Conquestor* expugnare non potuerit, donec *Monachus* ea lege prodidisset, ut *Abbas* crearetur: quod factum, sed statim novus *Abbas* quia proditor, Regis jussu, ut ferunt incolæ, suspensus justas prodi-

proditionis pœnas persolvit. Terra verò adeò palustris in hac Insula, ut resectis fibris & radicibus arborum, aquis innatet, & quovis trahentem sequatur.

*Winterton
promon.*

A Garienis ostio lictus ad *Winterton* notissimum nautis promontoriolum rectâ quasi in Boream tendit, cui nomen inditum à brumali situ suspicor. Oceano enim ventorum & frigoris genitori objacet. Ager tamen circumvicinus (multorum opinione) totius Angliæ & pinguis-
Agger pin-
guissimus.

A *Winterton* statim conversâ ora sine ullâ fere prominentiâ recedit longo tractu & jacenti usque ad *Eccles* ab Oceano, ferè absorptam. Inde celsiori littore per *Branholme* quondam monasteriolum, fastigiato colli impositum, haud procul à *Gimtingham*, & per *Cromer* procurrit ad *Wauburne hope* sinum non ita pridem munitum, à *Wauburne* opidulo sic dictum, cui mercatum & nundinas Rex Edwardus II. concessit. Huic proximum *Clay*, & è regione fluviolo divisa *Blakeney* Carmelitarum collegium superiori sæculo celebre, è quo prodijt Ioannes *Baconthorp*, à loco natali (quæ nunc Equestris prosapiæ *Heydorum* sedes est) nominatus, vir eo sæculo eruditione tam varia & recondita, ut in summa admiratione apud Italos fuerit, & *Docteur Resolutus* vulgò vocaretur. A *Wauborn* ora est depressior ad S. Edmundi promontoriolum, crebris rivulis interscissa, & distincta, à maris injuria

Io. Bacon-
thorp Do-
cteur Reso-
lutus.

tumulis arenarijs, *Meales* vocant, agrè defensa.

Interiori *Walsingham* vix quatuor hinc milliarijs abest. unde à maris vicinitate *Parathalassam* vocat Erasmus. Nunc optimi croci proventu, nuper peregrinatione ad D. Mariam Virginem omnibus Anglis celeberrimis hic erat viculus, quam qui superiori sæculo non inviserat, & dono salutariter, in Deos impius videbatur. Equestrem *Walsinghamiorum* familiam, qui Genealogias rimantur, volunt hinc nomen & originem duxisse: è qua floruit ~~Franciscus~~ Franciscus *Walsingham* Reginae Elizabethæ à secretis, vir ~~illustri~~

Walsin-
gham.
Erasmus
colloq. cui
titulus Pe-
regrinatio
Religionis
ergo.
Walsin-
ghamij.

Walsinghamiæ ad Occasum in littore vicinum erat antiquum illud *Brannodunum*, ubi cum Saxones primùm Britanniam infestarent, Equites Dalmatæ sub Comite Littoris Saxonici præsidium egerunt: nunc verò vicus est rusticanus, nihil præter nominis reliquias retinens, & *Brancafter* nominatur, ubi Romanorum nummi antiqui sæpius eruantur. Percommodè huic loco præsidium impositum fuit, ad S. Edmundi enim sacellum vicinum, & *Hunstanton* ora ad austrum reflectitur, sinumque laxiorem admittit piratis expositum, in quem plura flumina se effundunt. Capturam accipitrum, copiosam piscaturam, gagen, & electrum in hoc littore sæpius repertum sciens omitto, cum & alibi hoc tractu hæc affatim suppetant.

Brannodu-
num,
Brancafter.

Sinum illum nostri *The washes* vocant, Ptol. *The washes* *Aestuarium Metaris*, fortè pro *Maltraith* dixit, quo nomine hujusmodi aestuaria alibi Britanni nuncupant.

The washes
Metaris
aestuarii.
cupa.

lunc.

cuparunt, nec aliud quam æstuarium incertum, quale hoc est, illis significat. Huic, quæ *Ouse* flumen Oceano obnilitur, assidet *Linne*, à diffusis forsitam aquis nominatum, hoc enim *Lbyn* Britannis denotat. Opidum hoc est amplum, profunda fossa & mœnibus latè magna ex parte cinctum, duobusque exiguis fluviolis divisum, qui pontibus plus minus XV. conjunguntur: & quanquam recentius sit, & non ita pridem *Linum Episcopi* dictum, quod ad Episcopos Norwicenses usque VIII. tempora spectarit (è ruinis enim vetustioris emerfit, quæ hodie tamen securitate, quæ est in mœnibus, & æditorum frequentia, ædium pulchritudine, & civium opulenta, si Norwicum excipias, facile inter Icenos primas vendicat.

Mersbland

E regione *Lini* trans flumen *Mersbland* regioncula palustris (quod nomen indicat) subjacet, gleba admodum exuberanti, & pecorum lato proventu, aded ut in loco quem *Tilney Smeth* vocitant, plus minus triginta millia ovium pascantur: sed Oceanus sæpissime gravissimeque ita infestat, ut vix aggeribus cohiberi possit. Celebriora hujus loca sunt *Walpole*, *VVigenhall*, *Tilney*, quæ veteri & Equestri stirpi *Tilnesorum* nomen fecit, & *S Maries* antiquæ familiæ *Carviliorum* sedes.

Norfolciæ
Comites &
Duces.

Radulphum quendam *Eastangliæ*, id est Norfolciæ, Suffolciæ, & Comitatu Cantabrigienti præfecit Guilielmus Conquæstor, qui statim rebus novandis inhians, fuit ejectus. Post aliquot annos, regnante Stephano, Hugo *Bigod* Comes fuit

fuit Norfolciæ. Cui defuncto successit filius Rogerus. Illi Hugo filius, qui genuit Rogerum Comitem Norfolciæ, Angliæque Marefcallum, & Hugonem *Bigod* Angliæ Iustitiarium: cujus filius Rogerus, patruo sine liberis mortuo, in Norfolciæ Comitatu & Marefcalli dignitate sussectus est. Sed cum in Regis Edwardi I. offensionè insolenti contumacia incurrisset, honores & hereditatem ferè universam in Regem transcribere coactus est, in usum Thomæ de *Brotherton* Regis filij. Cum autem illo sine prole fato functus esset, Rex Edwardus II. Thomam de *Brotherton* fratrem suum legitimum Marefcalli & Comitis Norfolciæ honoravit. Ejus autem filiam Margaretam, Norfolciæ Ducissam ad vitam, eodemque tempore Thomam *Mowbraium* Nottinghamiæ Comitem, Margaretæ è filia nepotem, primum Norfolciæ Ducem sibi & hæredibus masculis creavit. Rex Richardus II. Hujus filium Thomam Comitem *Marefcallum* & Nottinghamiæ (nec alio enim ille titulo usus) nova molientem Henricus Lancastris, qui regnum jam occuparat, Henrici III. nomine notus, securi percussit: Frater autem & hæres Ioannes favore Henrici V. excitatus, tandem primis auspicijs regni Henrici VI. auctoritate Parliamentaria, vi diplomatæ à Richardo II. concessi, declaratus est Dux Norfolciæ. Huic successit Ioannes filius, & illi cognominis filius, qui patre superstite Surriæ & Warrenniæ Comes ab Henrico VI. creatus erat. Cujus unicum filiam Annam Richardus Dux Eboraci Regis Edwardi III. filiolum duxit, & unâ titulos Norfolciæ

folciæ, Comitit Mareſcalli, Warrentiæ & Nottinghamiæ à patre accepit. Cùm autem ille & uxor in teneris annis ſublatis eſſent, Richardus III. Rex hunc titulum Ducis Norfolciæ, & Mareſcalli auctoritate Joanni Howard contulit, qui conſanguineus & unus hæredum Annæ Duciffæ Eboraceniſis, & Norfolciæ quam modò dixi, compertus. Hujus filius Thomas, in paternum Norfolciæ titulum ab Henrico VIII reſtitutus eſt, cùm Iacobo III. Scotorum Rege occiſo, Scoticam aciem ad Flodden proſtigaflet. In cujusvictoriæ monimentum Howardorum familiæ conceſſum eſt, ut in media ærea illa, argentea (Benſignibus) quæ in ipſorum clypeo gentilitio cernitur, ſcutum aureum interponeret cum dimidiato leone rubro, ſagittâ ora tranſiſſo, intrâ ejuſdem coloris limbum duplicem utrinque liliatum, quod proximè ad Scotorum Regum inſignia accedit. Thomas filius huic ſucceſſit, cujus è filio Henrico nepos Thomas, læſæ Maieſtatis reus, quod nuptias cum Maria Scotorum Regina cogitaverit, anno ſalutis 1572. capite plexus, Norfolciæ Ducum erat poſtremus. Ex quo tempore ſtirps ejus aliquamdiu ferè inter mortua jacuit, nunc autem vitali Regis Iacobi rore irrigata, redviv eſſo reſcit.

*Sunt in hac Provincia parochiales Eccleſiæ
plus minus 660.*

C A M B R I D G E - S H I R E .

INtrorſus ager Cantabrigienſis, Saxonice Grentbrig-ſeyre, vulgò Cambridge-ſhire, longius in Aquilonem

Aquilonem productus, Norfolciæ & Suffolciæ *Conſinita.* obſect, à meridie Orientalibus Saxonibus & Hertfordenſibus, ab Occaſu Bedfordienſibus & Huntingdonenſibus, à Septentrione Lincolnienſibus, & *Vſa* flumine, qui ab Occaſu in Ortum tranſverſim interſecat, in duas partes diſperſitus.

Inferior & Australis magis culta, magis *Solum.* conſita, ideoque lætior, non perlibrata planitie, ſed exiguè plana, plurima, imò tota, niſi qua crocum copioſè progignit, frumentarijs jacet campis, hordeumque laudatiſſimum aſſarim effundit, è quo ad regetminationem madefacto, liguliſque enatis toſto, *Byne* maxima copia conſiciunt incolæ. Vltior & Septentrionalis pars, quod frequentibus fluminum alluvionibus paludeſcat, & in inſulas diſpergatur, *The Ile of Ely* dicitur, paſcuis uberrimis perviridis & læta, ceterum aquâ alicubi ſubeunte quodammodo ſuſpenſa, nonnunquam verò inundante, maximam partem adopena.

Inferioris partis occiduum latus perſtringit ex Conſularibus Romanorum vijs altera, quæ Huntingdoniam rectâ ducit, per *Raiſton* in ipſo agri limine, de quo jam antea diximus, & *Caxton*, ad *Hatley*, quod à vetuſta familia de *S. Georgio*, *Hatley S. George* denominatur.

Magis ad Occalum hæc partem mediam interluit ſtuviaſolus qui ex *Aſhwell* demiffus ab Auftro in Boream varijs anfractibus contendit per *Shengay*, ubi latiffima hujus Comitatus, prata. Quo nomine hunc fluvium appellant Scriptores, controvertitur; alij *Grantam*, *Canum* alij

Cambori-
tum.

Græcester.

nuncupant: quibus ego potius assentior, tum quod obliquior incedat (hoc enim Britannis tum etiam quod vetus illud opidum *Camboritum*, quod Antoninus alibi memorat, huic adfēdiffe, ex distantia, nomine, & Romanorum nummis hic propè pontem magna copia inventis mihi ferè persuaserim. *Camboritum* enim vadam ad *Camum*, vel *Vadum flexuosum* significat, nam *Rhit* Britannis nostris est vadum. Saxones *Camboritum* *Grantceaster* vocarunt, quod nomen etiamnum retinet, sed unde factum fuerit, nondum video. Hæc circa annum Christi 700. desolata civitacula fuit, ut inquit Beda, nunc autem viculus est, cujus partem Henricus VI. Rex Angliæ Collegio suo Regio in *Cantabrigia* sive *Cambridge* concessit, quæ antiqui *Camboriti* vel pars, vel proles est, adeò & situ, & nomine est confinis. Vrbs hæc, quæ altera Angliæ Academia, alter oculus, & creissima alterum, clarissimæque bonarum litterarum & pietatis officina ad *Camum* sedet, qui cum Occidentale ejus latus insulis ludens perspersit, ad Ortum conversus in partes dispersit duas, ponteque conjungitur, unde recentius hoc nomen *Cambridge* enatum, licet Scriptores Saxonico nomine *Grantbridge* scripius usi fuerint. Ultra pontem castellum cernitur amplum & vetustum, quod sua jam sæta complessè videatur, & Collegium S. Magdalænæ sacrum. Cis pontem, ubi urbis pars longè maxima jacer, platearum descriptione, templorum frequentia, & XVI. pulcherrimis Musarum sacrarijs, sive Collegijs omnia nirent, in quibus eruditissimi viri magno numero aluntur, maxi-

ma-

marumque artium scientia, & linguarum cognitio ita florent, ut litterarum, religionis, & totius doctrinæ fontes jure optimo censeantur, qui Ecclesiæ & Reip. hortos salutaribus aquis suavissimè irrorant. Nec quidquam hic desideres, quod in florentissima Academia requiras, nisi quod è palustri situ aliqua est cœli gravitas.

Cantabrum Hispanum anno ante Christum natum 375. Academiam hanc primùm instituisse, & Sebertum Orientalium Anglorum Regem anno post Christum 530. restituisse perhibetur. Postea Danicis procellis subinde everfa, diu neglecta jacuit, donec sub Normannico imperio omnia dilatare inceperint. Vocat hic me tacita nonnullorum expectatio, ut de antiquitate hujus Academiæ opinionem proferam meam: sed nihil me interpono, nec enim animus est florentissimas nostras Academias *περὸ γὰρ ἰδὲ*, quibus pares non noverim. Vereor tamen ne Nephelococcygias nobis condiderint, qui hujus vetustatem longè supra veri fidem efferentes, Cantabrum illum statim post Roman conditam, multos videlicet ante Christum natum annos, hanc Academiam instituisse tradiderunt. Hoc certum est; quocumque tempore primùm iustituta sit, circa Henrici Primi tempora, bonarum litterarum sedes denuò esse cœpit. Quo autem tempore facta sit Univerfitas, *Robertus de Remington* pro me dicet, *Regnante Edwardo Primo de Studio Grantbridge facta est Univerfitas, sicut est Oxonium, per Curiam Romanam.*

Proximè Cantabrigiam ad Ortum brumale Gogmagoghilem colles eminent editiores, *Gogmagoghils* stuhils.

V 2

diolf

diosi vocant, Henr. Huntingdonensis *amantissima montana de Balsbam* dixit, à vallum subjecto. In horum summitate militare vallum vidimus amplum sanè, triplici aggere firmatum, & planè eo tempore inexpugnabile munimentum, nisi quod aqua longius absit. Æstiva verò fuisse Romanorum, vel Danorum nonnulli existimant. In valle sub his collibus *Salston* cernitur, & magis ad Ortum, primùm *Hildersbam* accurrit, deinde juxta in nemore *Horsbeath*, & *Castle Camps* antiqua *Verorum* Oxoniæ Comitum sedes. Nec procul fossæ illæ magnæ & longæ hinc inde cernuntur, quas Orientales Anglos duxisse certum est ad Mercios cohibendos, qui repentinis incursionibus cuncta obvia immaniter populari solebant. Prima autem harum incipit ad *Hinkeston*, & in Ortum per *Hildersbam* versus *Horsbeath* quinque milliaria plus minùs procurrit. Huic vicina secunda *Brentdich* dicitur, & à *Melborne* per *Fulmer* ducit.

*Sturbridge
saire.*

Sub ipsam autem Cantabrigiam ad Ortum prope *Sturum* amniculum, nundinæ totius Angliæ celeberrimæ, sive convenarum multitudinem, sive mercium copiam spectes, quotannis menſe Septembri habentur. In proximo qua iter erat impeditiſſimum, & itinerantibus molestiſſimum, pulcherrimam aggesto aggere viam non ita pridem per tria plus minus mill. pass. versus *Newmarket*, optimus & integerrimus vir D. G. Hervaus Legum Doctor, & Aulæ Trinitatis Cantabrigiæ Præpositus magnis impensis, sed pio & laudabili sanè instituto substruxit. Vbi hic agger definit, apparet tertia fossa antiquitùs ducta

ducta, quæ ab Orientali *Cami fl.* ripâ exorsa, per *Fenn-Diton*, sive rectiùs *Dichton* rectâ ducit inter *Wilberham* magnam, & *Fulburn* usque ad *Balsbam*. Hæc hodie *Seaven mile dyke* vulgo vocatur, quia septem milliariibus à *Newmarket* abest. Hinc magis in Ortum ad V. milliare introrsum quarta prætentura sive fossa omnium maxima cum suo vallo cernitur, quam vulgus hominum quasi dæmonum, non hominum opus demirans, *Diveles-dyke* appellat, alij *Rech-dyke* a *Rech* mercatorio opidulo, ubi incipit, desinens juxta *Cowledge*.

Superior & Septentrionalis huius agri portio *The Fennes and Isle of Ely.* in Insulas annicas tota dispeſcitur, quas qui incoluerant Saxonico sæculo *Girvij* dicebantur.

id est, ut quidam interpretantur, *Paludicole.* *Ge-Girvij.* nus hominum pro loci ingenio asperum, incultum, reliquis, quos *Vplandmen* vocant, invidum; qui grallis sublimè ut Gigantes spatiantes, rei pecuariæ, piscaturæ, & aucupio omnes incumbunt. Ipsa regio, quæ brumalitempore, & aliquando maximam partem anni aquis *Vſe*, *Grantie*, *Neni*, *Wellandi*, *Gleni*, & *Withamæ*, cum satis capaces meatus non habeant, diffusis inundatur; cum aquæ se in suos alveos receperint, lætissimo gramine, & foëto crassiori (*Lid* vocant) ita luxuriat, ut cum satis superque in usum demessuerint, injecto igne menſe Novembri, ut lætius proveniat, comburant. Quo tempore uliginosum hunc tractum flammis latè vagantibus exardere videas, & admireris. Abundat præterea cespitibus, & caricibus in ignis alimentum, arundinibus ad casas contegendas, alnis etiam, cæterisque

terisque fruticibus aquaticis, præcipuè salicibus est feracissima. E quibus etiam & hic & alibi vocent, ego, ut hoc obiter notem, Martialem non intelligo, nisi de his inter Apophoreta intellexerit in illo disticho :

Barbara de piscis veni Bascauda Britannis.

Sed me jam mavult dicere Roma suam.

Præterea Scordium, quod & Trissago palustris dicitur, juxta fossas copiosè profunditur.

Pars hujus palustris regionis Australior & longè maxima, quæ hujus Comitatus censetur (nam alioqui à Suffoliciæ collimitio ad *Wainstet* in Comitatu Lincolnienfi per 68 milliaria, & myriada jugerum paludes istæ protenduntur) Anglosaxonice *Elig*, nunc *The Isle of Ely* à primaria insula nominatur. Quod nomen Beda ab anguillis deduxit, unde nonnulli *Insulam anguillarum* dixerunt Polydorus Virgilius à Græco *ελος*, quod paludem denotat, repetit; alij ab *Helig* Britannico, quod salices significat, quibus præcipuè abundat, cum aliarum arborum sit impatientior. Tombertum quendam Australium Girviorû principem partem hujus regionis Etheldredæ uxori in dotem dedisse legimus; quæ in primaria ista insula monasterium construxit. Quod cum Danico furore corruisset, restauravit Ethelwoldus Wintoniensis Episcopus, & amplissimis redditibus Reges, virique Principes locupletarunt, adeo quidem ut Abbas, teste Malmesburienfi, mille quadringentas libras suo masipio quotannis annumeravit, Richardusque Abbas ultimus Comitis Gisleberti filius, hisce divitijs qua-

quasi ebrius, & Lincolnienfi Episcopo subesse dedignatus, *auratis verbis* (ut scribunt monachi) & exquisita diligentia cum Rege egerit, ut sedes Episcopali hic constitueretur, quod morte Episcopopræreptus non obtinuit. Statim tamen Rex Henricus 1. hoc à Papa consecutus, Hervæum Bangorensem Præsulem, à Wallis sede sua ejectum, primum Episcopum instituit, cui & successoribus Cantabrigiensem agrum in Dioecesium assignavit, & in his jura quædam regalia confirmavit. Hervæus jam Episcopus constitutus nihil prius habuit, quàm suæ Ecclesiæ dignitatem augere. Successores autem acciso Monachorum numero (è 70. enim solummodò 40. reliquerunt) rerum copia, divitiisque affatim ad patrum usque tempora affluerunt, & dies festos & solennes tanto cum apparatu & pompa celebrarunt, ut reliquis Angliæ monasterijs laudem omnem præripuerint. Unde & Poeta illo sæculo non malè cecinit,

Prævisis alijs, Eliensis festa videre,

Est quasi prævisis nocte, videre diem.

Templum item, quod jam vetustate nutabat, paulatim extruxerunt, & in eam qua nunc cernitur amplitudinem perduxerunt: est autem amplum, excelsum, & elegans, sed Procerum & Episcoporum tumulis non sine summa indiguitate comminutis nonnihil deformatum. Quatuor ad hoc templum sunt à vulgo decantata, quæ hoc rhythmo olim complexus est hujus loci Monachus.

Hæc sunt Eliæ, Lanterna, Capella Mariæ,

Atque Molendinum, nec non dans Vinca vinum.

Ipsa verò *Elye* urbs est non exigua, nec sua sanè vel elegantia vel frequentia prædicanda, utpote ob uliginosum situm, cœlo parum salubri.

Wilsbich.

De *Wilsbich* Episcoporum Eliensium castro ad tredecimum hinc milliaria, quod inter paludes & flumina sedet, & nuper fuit carcer ad Pontificios coercendos constitutus, nihil habeo quod adjungam. Castrum verò lateritium quod nunc cernitur, avorum memoria construxit Ioannes Episcopus Eliensis.

Comites
Cantabrigiæ.

Primus Cantabrigiæ Comes habetur Guilielmus frater Ranulphi Comitis Cestriæ. Postea illos è Regia Scotorum familia qui Comites fuerunt Huntingdoniæ, etiam Cantabrigiæ Comitès fuisse existimare licet, cum ex Archivis regni constet Davidem Huntingdoniæ Comitem tertium denarium de Comitatu Cantabrigiæ accepisse. Longo post tempore Ioannem Hannonium, fratrem Guilielmi III. Hollandiæ, Zelandiæ, & Hannoniæ Comitis, eò honoris evexit Rex Edwardus III. in gratiam Reginæ Philippæ Hannoniæ uxoris suæ, quæ Ioanni illi sanguine conjuncta. In cujus etiam gratiam, cum Ioannes ad Gallum defecisset, Guilielmum Marchionem Iuliacensem, qui ex Philippæ sorore natus, eodem titulo adauxit. His verò exteris defunctis, idem Rex hunc honorem in filium suum quintum Edmundum de *Langley* transtulit. Huic post ea Eboracensium Duci nati sunt filij duo, Edwardus Dux Eboraci, qui aliquamdiu Comitatum Cantabrigiæ tenuit, & Richardus, qui factus Comes Cantabrigiæ pronà Henrici V. gratia, & cum consensu fratris Edwardi. Verum cum

cum iste perfidè & ambitiosè ingratus exitium optimo illi Principi machinatus, capite plecteretur, Cantabrigiensium Comitum titulus unà cum illo omnino evanuit, vel latuit inter titulos filij ejus Richardi, qui postea Dux Eboraci, in integrum restitutus, ut consanguineus scilicet & hæres patruï Edwardi Ducis Eboraci.

Parochiæ 163. in hoc Comitatu continentur.

Hujus tabulam habes in Northamptoniâ.

HUNTINGDONSHIRE.

Cantabrigiensis à dorso contingit ager Huntingdonensis, Saxonice *Huntedunscyre*, vulgò *Huntingdonshire*, eo situ locatus, ut ab *Aufro* Bedfordiensis, ab *Occasu* Northantoniensis, ut etiam à Septentrione, quæ *Avona* fl. dirimitur, & ab ortu Cantabrigiensis spectet. Regio sementi satis apta, pascendo pecori, ad Ortum, quæ palustris est, uberrima, alibi collium apricitate, & arborum opacitate amœna.

Confiniâ.

Solum.

Meridionalem partem *Vîa* fl. quem sæpe dixi, alluit, & floribus vestit. Ad quem inter alia obscurioris famæ, tria adsident notissima opida ubi relictis Bedfordiensibus, hunc agrum subintravit. Ac primum quidem invisit *S. Neoti* sanum, vulgò *S. Nedes* à Neoto viro cum doctore sancto, cujus corpus à *Neotok* in Cornwallia huc translatum fuit. Sub hoc, ad *Hallweston* viculum admodum tenuem, duo sunt font-

Fontes salustares.

fonticuli, alter dulcis, alter quodammodo salinus, huic contra scabiem, & lepram; illum contra oculorum hebetudinem valere perhibent incolæ. Inde haud procul salutat *Vsa Bugden* elegantes Episcoporum Lincolnienfium aedes, & per *Hinchingbroke* nunc Equestris familiae *Cromwellianum* sedem, *Huntingdoniam* accedit, Saxonicè *Huntantun* Mariano, in sigillo publico *Huntersfluæ*, id est *Mons venatorum*, ut interpretatur Henricus hujus Archidiaconus, qui floruit ante annos 400 unde venatorem in insignibus gestat, & novum vocabulum *Venantodunum* Lelandus noster Latina incude nobis excudit. Præcipuum hoc est totius Comitatus opidum, cui & nomen contulit, tam sitis fulgore (ut inquit ille Archidiaconus) quam sui decore, tam paludum vtemitate, quam ferarum & piscium fertilitate, vicinis opidis longè præeminens. Ad Septentrionalem *Vse* ripam editiori siti sedet, longius in Aquilonem productum, & quatuor templis exornatum. Ad flumen prope pontem, qui è saxo vivo speciosus est, moles & area castri cernitur, quod Henricus II. solo æquavit. Ex his Castri molibus longè patente prospectu oculis subijcitur pratum, *Portsholme* vocant, *Vsa* fluivine circumfusum, amplissimum quidem, & omnium quæ Sol videt floridissimum.

Goodmanchester.
Durospite

Citeriori ripa è regione *Huntingdoniæ* stat ejus quasi mater, unde enata fuit, *Goodmonchester* hodie dicta, pro *Gormonchester*. Vicus maximus, & agriculturâ celebratissimus, campo patenti, foluto, & ad Solem recliyi positus. Nec est aliud in Angliâ opidum quod plures habeat strenuos colonos, & plura exercent aratra: Reges enim Angliæ

Angliæ hac itinerantes olim centum octoginta aratris rustica quadam pompa eductis, se excepisse gloriantur. *Willam* suo tempore non inamabilem vocat Henr. ille *Huntingdonensis*, olimque nobilem fuisse urbem verè scribit. Nam ut Romanorum numismata sæpè eruta, & itinerariam distantiam taceam; hanc urbem fuisse illam quæ apud Antoninum *Durosponte* dicitur, ipsa nominis significatio prober, *Durosponte* enim idem sonat Britannis, quod *Pons ad flumen Ose*. *Vse* verò *Ise*, *Ose*, & *Ouse* hoc flumen promiscuè nominari in confessio est omnibus. Sed antiquato sub Saxonibus nomine vetulto, à Gormonè Dano, cui has Provincias, cum pax convenisset, Aelfredus noster concessit, *Gormonchester* vocari cœpit.

Hinc *Vsa* se proripiens, cum Cantabrigienses jam aditurus est, opido nitido inter amœnissima prata affunditur, quod *Slepe* olim Anglo-saxonice, nunc verò *S. Ives* dicitur, ab Ivone Persa Episcopo, qui circa annum Christi, ut *S. Ives*, scribunt 600. Angliam magna sanctitatis opinione perlustravit, divinum verbum sedulo persequitur, suumque nomen huic loco, in quo factis concessit, reliquit. Hinc vix trium milliarum diverticulo vidimus *Somersham* speciosam nuper Episcoporum Eliensium habitationem. Paulò superius erat *Ramsley* monasterium opulentissimum inter paludes positum, quæ stagnant flumina, quum jam mollius solum ibi invenerint. Privata hujus Monasterij historia persequitur pluribus, quomodo Ailwinus vir regio sanguine natus, piscatoris somnio admonitus, extruxerit, *Oswoldus* Episcopus promoverit, Reges &

I CENI,

316
 alij redbitus ita adauerint, ut septem millia li-
 brarum noſtratum ad alendos 60. Monachos
 annuo cenſu collegerit: ſed cum jam dirutum
 fit, hæc plus ſatis nonnullis videantur. Adjun-
 gam tamen ex eodem auctore inſcriptionem
 tumuli Ailwini, cum inuſitatum dignitatis titu-
 lum præ ſe ferat. *Hic requieſcit Ailwinus inclyti Re-
 gis Eadgari cognatus, totius Angliæ Aldermannus, hu-
 jus ſacri Cœnobij miraculoſus fundator.*

Kingſdelfe.
 Wittleſme-
 re lacus.

Hinc ad *Peterborough*, quæ decem plus minis
 miliaribus abeſt, Canutus Rex, quia torrenti-
 bus & alluuiionibus iter impeditius erat, viam
 (Kingſdelfe Hiſtoricis noſtris vocatur) magnis
 operibus hand procul à *Wittleſmere* lacu magno
 conſtravit. Hic vi. mill. paſſ. longitudine, in-
 latitudine diffunditur, in regione admodum pa-
 luſtri, ſed cœli gravitatem piſcationis utilitas,
 paſtionis ubertas, & ceſpitum copia in ignis
 alimentum, facile, ut ajunt accolæ, compenſant.

Cunningtō

Rob. Cot-
 ton.

Mediam hujus agri partem *Saltria* Ciftercien-
 ſium quondam Monafterium exornavit. A quo
 parum abeſt *Cunnington*, quod *de Honore de Hun-
 tingdon* (ut municipaliſ juris periti loquuntur)
tenetur, & per *Iſabellam* Davidis *Huntingdoniæ*
 Comitæ filiam, unâ cum alijs latifundijs, jure
 conjugali deſcendit ad *Robertum Brus*, à cujus
 primogenito filio *Roberto*, qui agnomine *Nobi-
 lis*, *Iacobus* Rex *Magnæ* *Britanniæ* rectâ linæ
 genus ducit, à *Bernardo* autem filio juniore, cui
 hoc *Cunnington* cum *Exton* obtigit, *Robertus Cot-
 ton* vir dignitate *Equeſtri*: qui præter cæteras
 virtutes bonarum artium admirator & indaga-
 tor ſummus, conquiſtis undique monumentis
 vene-

venerandæ antiquitatis hic inſtituit armarium,
 è quo mihi in his tenebris lumen pro ſingulari
 humanitate ſæpenuerò prætulit.

Oriente hujus agri latus *Kynbantum* caſtrum
 nunc *Kymbolton*, condecorat, uti & *Aukenburij*,
 & *Leigton*. Vbi verò fluvius *Nen* hunc agrum ſub-
 intrat, *Elton* alluit, ubi privata *Capella* ſingula-
 ris elegantix cum vitreis fenestris artificioſiſ-
 ſimè depictis. Sed paulò ſuperiùs his omnibus
 vetuſtior urbecula erat propè *Walmeſford*, quam
Henr. Huntingdonenſis *Caer Dorm*, & *Dormiceaſter*
 vocat ad *Nene* fl. & ante ſua tempora penitus
 exciſam memorat. *Durobriva* proculdubid hæc *Durobriva*
 fuit *Antonino*, id eſt fluminis trajectus, & nunc eo-
 dem ſenſu *Dornford* dicitur juxta *Cheſerton*, man-
 iſteſtaque urbis proſtrate indicia præter anti-
 quos nummos exhibet.

Hæc Provincia inclinato jam *Angloſaxonum* *Hunting-
 doniæ* imperio Comitem habuit officiarium *Siwar-*
dum, nec dum enim hæreditarij in *Anglia* *Comi-*
tes, verùm provinciarum præfecti pro uſu
 ejus ſæculi Comites dicebantur, adjectione *Com-*
itatus provincix cui præerant. Hujus filius
Waldeofus titulo *Comitis* huic præfuit *Provin-*
ciæ gratiâ *Guilielmi* *Conqueſtoris*. *Primogeni-*
tum autem *Waldeofi* (ut habet *Guil. Gemiticenſis*)
 accepit *Simon Silvanenſis*, ſive *de S. Lixio* cum *Comi-*
tatu *Huntingdoniæ*, genuitque filium *Simonem*. *Mortuo*
autem *Simone* *Comite*, *David* frater *S. Matildis* *Reginæ*
Angliæ (qui poſtea *Rex* *Scotorum*) duxit uxorem
 ejus, ex qua ſuſcepit filium *Henricum*. Variante verò
 deinde fortuna, & *Regum* favore, nunc *Scoti*,
 nunc *Senlizy* hunc certatim geſſerunt honorem,
 donec

donec Scoti ingruentibus bellis ea dignitate & lautissimo in Anglia patrimonio exciderunt. Edwardus III. satis longo post tempore Guillelmum *Clinton* Huntingdoniæ Comitem creavit. Illi suffectus à Richardo Secundo Guiscardus Angolifimus, & eo mortuo, Ioannes *Holand*, cui Ioannes filius, & Henricus è filio nepos successerunt, qui singuli fuerunt Exoniæ etiam Duces. Et hic ille Henricus Exoniæ Dux est, quem nudis pedibus mendicantem vidit, ut ipse testatur, Philippus Cominæus. Patrum verò memoria hunc honorem Georgio *Hastings* contulit Henricus VIII. cui successit Franciscus filius, illi itidem Henricus filius veræ nobilitatis & pietatis laudibus vir longè honoratissimus, illique sine prole defuncto Georgius ejus frater. Georgio ejus è filio nepos Henricus, qui eodem titulo hodie letatur.

Numerantur in hac regiuncula Paræciæ 78.

Huntingdoniæ tabula Northamptonensi conjungitur.

CORITANI.

Coritani nunc adeundi, qui interiùs ab Icenis longissimè per mediterraneam Insulæ partem diffusi, ad Germanicum usque Oceanum egerunt, in illis utpote regionibus, quæ nunc *Northamptonshire*, *Leicestershire*, *Rutlandshire*, *Lincolshire*, *Nottinghamshire*, & *Derbeshire* vulgò vocantur. Ab horum Etymologia, ne incognita pro cognitis

cognitis habere videar, manum abstinere. Licet enim longè lateque diffusus fuerit hic populus, quod *Gur Tani* Britannis denotat, *Coritanos* tamen hos si inde dictos assererem, nonne ælamudere m? Qui feliciùs hæc poterunt, tutius coniectent. Ego interea singulos quos dixi Comitatus, pro meo instituto, suo ordine pertrahabo.

NORTHAMPTON-SHIRE.

Ager Northantonensis, Saxonice *Northantscyre*, & *Northantonscyre*, vulgò *Northamptonshire*, in ipso quasi Angliæ meditullio positus, ab Occasu brumali, quæ latior est, sensim se contrahendo, in Ortum æstivalem protenditur. Ab Ortu Bedfordienses & Huntingdonenses, ab Austro Buchingamienses & Oxonienses, ab Occasu Warwicensès, Avonâ minori & Wellando fluminibus distincti, sedent. Orientalem partem ab *Ujâ* ad *Dowbridge* militaris Romanorum via, quam *Walingstreet* vocant, percurrit, mediam & occidentalem *Neu fl.* quæ a Scriptoribus etiam *Anfona* dictus, placidissimè intersectat. Campestris, habitatissima, & nobilium villis excultissima est regio, opidis & ecclesijs refertissima, adeo ut nonnullis in locis 22. nonnullis 30. plus minus sacre pyramides vel turres simul aspectui se offerant. Soli admodum ditis, sive arva, sive pasua respiciat: sylvis tamen, nisi in ulteriori parte minus lata. Vbiq; verò, ut etiam alibi in Anglia, ovibus oppleta & quasi obfessa.

Comites Arundeliae, Comites Wigorniae, Comites Derbiae, & Barones Staffordiae quasi progerminarunt.

Graftone à tergo objacet *Sacy* Foresta venationi dicata. Magis ad Ortum viculis omnia sunt aspersa. inter quos nominatissimi sunt *Blisworth* sedes *Wakorum*, *Patebull*, *Greene-Norton*, antea nisi me fallit *Norton Dany*, & *Waydon* Centuria.

Superius ad Boream fontes aperit *Aufona* fl. *Avon* Brit-
tānis quid. (*Avon* enim generali vocabulo omnia flumina Britannicè appellantur) quod *Nen* accolis dicitur. Flumen sanè nobilissimum, & si quid video, à Romanis olim praesidijs munitum. P. enim *Ostorius* (inquit *Tacitus*.) *in* eos castris *Antoniam* (*Aufonam* si ausim, legerim) & *Sabrinam* cohibere parat. Hoc est, ni malè capio, munimentis ad fluvios dispositis statuit coercere Britannos ulteriores, & provinciales, ne mutuas operas in Romanos traderent. Quis fl. hic sit *Antona* dixerit nemo. *Lipsius* nostrae aetatis *Phœbus* aut hanc nebulam dispulit, aut nubes me sanè obduxit. Ad *Northampton* digitum intendit ille, & ego *Antona* pro *Aufona*, ad quem sita *Northamptona*, in *Tacitum* subrepsisse opinor. Iuxta enim Angliae umbilicus sive medietullium habetur, ubi ex uno colle tria enasuntur flumina in dispersum abeuntia, *Cherwel* in Austrum, *Leame*, quem statim alter *Aufona* *Sabrinam* petens suscipit, in Occasum, & hic in Ortum. E quibus hi duo *Aufona* ita Insulam transversam secant, ut ex Borealibus Insulae partibus venientibus alter ex his necessariò sit transeundus, Quare cum *Ostorius* *Sabrinam* & hos *Aufonas* communivisset, non erat

erat cur è Wallia, vel Septentrionali Britanniae plaga suis Romanis & socijs timeret, qui eo tempore proximam Insulae partem solummodò in Provinciae formam redegerant.

Ex his *Ostorij* castris magna illa munimenta & sepimenta militaria videntur, quae hic certuntur ad *Gildsbourog*, & *Dantrey*, quòd hodie diversorijis notissimum. Ad *Aufonae* fontes, ut eò regrediamur, adsidet *Catesby*, quòd nomen fecit *Catesby*. vetustae familiae, verum damnatae jam memoria, ob atrocissimum, teterrimum, & omnibus saeculis inauditum scelus, quòd *Robertus Catesby de Ashby S. Leger*, dedecus gentis, audacia nefarie furens, crudelitate immaniter anhelans, perniciem patriae & Principi impiè molliens, specioso religionis obtentu nuperrimè machinatus. Sed quòd in re leviori antiquus *1605*. Poeta, nos in hac dolenter efferamus.

Excidat illa dies aeo, ne postera credant.

Saecula, nos certè taceamus, & obruta multa

Nocte tegi propria patiamur crimina gentis.

Iuxta est *Fawesley* ubi diu incoluere *Knighlei* Equestri dignitate clari. Magisq; ad Ortum *Wedon* secundum viam Praetoriam. Hanc verò *Wedon*. esse quae in *Antonini* Itinerario *Bannavenna* dicitur, *Bannaven-*
tia, nisi existimarem, veritati sanè vereor ne illuderem; etiamsi antea contra senserim. distantiae enim ratio perexactè convenit, & in ipso *Bannavennae* nomine nomen fluminis *Aufon*, cujus propè sunt fontes, se quodammodo non obscurè subindicat. Paulò magis ad Septentriones vidimus *Althorp* habitationem clarae & Eque-

Baro Spenser de Worcester meileigton.

fris familiæ Spenserorum, è qua nuperrimè quintum non interrupta serie Equitem Robertum, virtutis & bonarum litterarum cultorem eximium, titulo & honore Baronis Spenser de Worcester meileigton Rex noster Serenissimus Iacobus ornavit. In proximo unicum magnificæ structuræ exemplum *Holdenby* ædes elucent, quas construxit Christophorus *Hatton* Elizabethæ Regine à consilijs sanctioribus, magnus Angliæ Cancellarius, & Georgiani Ordinis Eques auratus, vir pietate in Deum singulari, fide in Rempub. spectata, æquitate incorrupta, eleemosynis verò erogandis longè omnium munificentissimus, quiq; dextram salutarem bonis litteris libentissimè porrexit.

Tenui lapsu infra hæc se promovet *Aufona*, statimq; à Septentrione amniculo confluenta augetur, ubi ad ipsos fontes ita sedet urbs à flumine *Northafondon*, contractè *Northampton* dicta, ut hoc ab Occidente, illo à Meridie subluatur. Nomen verò factum videatur à situ ad Septentrionalem *Aufonæ* fl. ripam. Urbs ipsa, quæ tota è saxo constructa fuisse videtur, ædificijs sane est elegans, fatis ampla, & mœnibus inclusa, è quibus spatiosa planities circumquaque oculis subjicitur. Ad Occasum castrum habet vetustum à Simone de *S. Licio*, vulgo *Sendæ* ejus nominis primo *Northantoniæ* Comite constructum, qui etiam speciosum templum Divo *Andree* sacrum sibi in sepulturam adjunxit, & opidum (ut ferunt) instauravit.

Hinc festinat *Aufona* juxta *Cassle Ashby*, cui adjacent *Yardley Hasings*, ad *Wellingborow* forum, ubi

ubi ab Ortu invehitur fluviolus delapsus per *Rushon*, & *Neuton Treshamorum*, *Geddinton*, ubi castrum fuit regium, *Boughton* familiæ Equestris de *Monte-acuto*, *Kettering* forum non infrequens, iuxta quod *Ronwell* equorum nundinis celebre, & *Harrouden*.

Aufona hinc adit *Higham*, Ferrariorum quondam opidum, à quibus *Higham Ferrers* est denominatum. Eximium hujus loci ornamentum fuit *Henricus Chicheley* Archiepiscopus Cantuariensis, qui hic pulchrum Collegium, & simul hospitalem pauperibus domum extruxit. Post eam *Addington*, olim *Verorum*, & *Thorpsion*, vulgò *Thrapston* alluit, huicq; oppositum *Draion*. Inde opidulum elegans ferè circumluit, & denominat, *Oundale* corruptè pro *Avondale* vocitant, ubi nihil visendum præter templum perpulchrum, & scholam pueritiæ informandæ cum ptochotrophio à *W. Laxton* Prætorè quondam Londinensi positam. Huic vicinum est *Barnwell* castellulum, quod nunc novis ædificijs reconcinnavit *Edwardus de Monte-acuto* Eques clarissimus. Postea *Fotheringhay* castrum amœnissimis pratis circumsitum salutatur, ubi *Edwardus Dux*

Oundale.

Fotheringhay.

Eboracensis anno 1415 perpulchram Ecclesiam Collegiatam fundavit, in qua ipse, uti etiam *Richardus Dux Eboracensis* ejus è fratre nepos, ejusq; uxor *Cecilia Nevil* magnifica sepulchra habuerunt, quæ simul cum superiori parte ecclesiæ fuere subversa. In eorum tamen memoriam duo monumenta in inferiori parte ecclesiæ quæ superest *R. Elizabetha* erigi jussit: quæ tamen (ea erat curatorum avaritia) tantis Principibus

piibus, qui Regibus nati, & à quibus Angliæ Reges prognati, parum digna censentur. Quod potentissimæ Principi Mariæ Scotorum Reginae hic accidit, malim silentio involvi, quam memorari: auferat obliuio, si potest, si non, utcunq̃ silentium tegat. Sub optimis Principibus sunt qui semel auctoritate armati privatis suis consilijs sacrosanctam religionem occultis artibus speciosè obtendere norunt. Nec dissidendum est ipsos optimos Principes, ut navium gubernatores, turbida tempestate, quò nolint, aliquando abripi inuitos, quæ autem illi, quò ad Reges faciunt, Deo relinquenda, cuius solius in Reges est imperium.

Iam Huntingdonenses Aufona attingens, pontem pulcherrimum ad *Walmerford* subterfluens, *Durobrivas* urbem antiquissimam prætervehitur, de qua antea diximus, atque inde urbem *Petriburgum* in lujus agri angulo adit, ubi in flumine immensæ profunditatis fuisse voraginem *Medeswell* dictam, appositumq̃ opidum, inde *Medeswellhamsted*, & *Medeshamsted* appellatum tradunt Scriptorum, donec Wolpherus Rex Merciorum monasterium ibidem S. Petro consecravit: Cumque locus esset palustris, *inmansissimos lapides* (ut scribit *Robertus de Swapham*) in fundamentis jecit, quales octo boum paria vix unum traherent. Deinceps *Petriburgus*, *Petropolis*, *Peterborow*, & *Burgh* dici cœpit, monasteriumq̃ fuit longè celebratissimum, donec Monachos exturbavit *Henricus Octavus*, & Episcopum, qui huic agro & vicine *Rutlandiæ* præficeret, Decanumq̃ & Præbendarios hic constituit. Ita ut è Monasterio facta

facta sit Ecclesia Cathedralis, quæ si structuram spectes, est ipsa antiquitate pulchra, frontispicium majestate plenum, claustra satis magna, in quorum vitreis fenestris historia Wolpheri fundatoris cum Abbatum successione exhibetur: Sacellum B. Mariæ amplum, & operosum, chorulq̃ speciosus, in quo duæ, siquæ aliæ, infelicissimæ Reginae, Catharina Hispana, & Maria Scots sepulchra arummarum requiem invenerunt.

Hoc in loco angustissima est regio, inter *Aufonam* enim & *Wellandum* fl. qui terminus est alter ad Septentrionem, vix quinque interjacent milliaria. Ad *Wellandum* hunc prope fontes *Braybrok* castellum est. Iuxta *Rockingham* visitur castrum à Rege *Guilielmo Conquestore*, ut in ipsius Commentario legitur, conditum. Postea *Heringworth* olim *Canteluporum*, nunc Baronum *Barones de Zouch*. *Apthorp* hic etiam cernitur sedes *Antonij Mildemay* Equitis clarissimi. *Thornhaug* in proximo adjacet, sedes honoratissimi viri *Guiljelmij Russelli*, filij *Francisci Comitis Bedfordiæ*, quem Rex *Iacobus* ob virtutes, & fidelem operam in *Hibernia*, cui *Prorox* præfuerat, ad dignitatem Baronis *Russel de Thornhaug* evexit. *Thornhaug*

Ab *Heringworth Wellandus Colliveston* invisit, sub quo lapides tegulares ab omnibus vicinis in ædificiorum usum magnâ copiâ effodiuntur. Mox *Burghley* accedit, ædes speciosissimas, quæ consultiusimum & honoratissimum virum *Guil. Burghley. Cæcium*, magnum *Britanniæ* columnen, *Elizabethæ G. Cæciliæ R.* gratia Baronis titulo honoraverunt, & quas ille suis virtutibus ornavit, magnificentissimis ædificijs nuper condecoravit, & *Parcum* (hoc enim

enim verbo utitur Varro) feris includendis muro è saxo magno ambitu circumdedit. Latomiz hic subfunt antiquæ ad *Berneck*, sub quo publica illa Romanorum via, quam *Forty-foot-way* à latitudine 40 pedum vicini vocant, à *Caster* ad *Stanford* hunc Comitatum interfecat.

Post pauca hinc milliaria *Wellandus* defluens per *Maxcy* & *Peagkirke*, paludes quas sæpè dixi accedit, & *Nen* sive *Aufonam* subintrat, & admodum onerat. *Avona* verò minor, qui alter est è limitibus hujus Comitatus ad Septentriones, proximè *Wellandi* fontes effusus, in Occalum defertur per *Stanford*, super *Avonam* dictum, habitationem familiæ *Cavorum*, & *Lilborne*, quam mansionem olim fuisse Romanorum persuadent situs ad viam militarem, antiqua valla, & monticulus in conum aggestus. In quem cum spe antiquarum opum quidam nuper suffossione penetrarunt, pro auro carbones invenerunt. Ex suffossis autem illis carbonibus, quid si opiner hunc collem pro termino aggestum fuisse? cum *Siculus Flaccus* memoret, aut cineres, aut carbones, aut testas, aut vitrea, aut ossa subcensa, aut calcem, aut gypsum terminis subdi sole-re, & *S. Augustinus* scribat de carbonibus, quod eos substernere soleant qui limites figunt, ad convincendum litigatorem, quisquis post quantalibet tempora extiterit, fixumque limitem, non esse contenderit. Eoque magis in hanc opinionem propendo, quod qui de limitibus scripserunt, monticellos de terra, quos *Botontinos* vocarunt, in limitibus collocatos tradant.

Comitem habuit hic ager primum quod sci-
am

am *Waldeosum Siwardi bellicosi filium*. Cujus *Northan-*
filiam primogenitam Simon de S. Lizio in uxore *toniæ Co-*
rem accepit. Huic successit *Simon II. Invenis ple-*
nius omnium que non licebant, omnium que non decebant.
Filius ejus *Simon III.* diem suum sine liberis
obiit anno 1185. Multis post annis *Guilielmum*
de *Bohun* virum spectatæ fortitudinis *Northan-*
toniæ Comitem creavit *Edwardus III.* Hujus
filius *Humfredus* duas progeniit filias, alteram
Thomæ de Woodstoke filio *Edwardi III.* minimo
natum, alteram *Henrico Lancastrensi*, qui postea
regnum obtinuit, elocatum. *Thomæ* autem de
Woodstoke filia hunc avitum *Northantoniæ* titu-
lum cum alijs in *Staffordorum* familiam suis nu-
ptijs intulit. Cum autem illi honoribus postea
spoliati, *Edwardus VI.* *Guilielmum Par* *Essæxiæ*
Comitem, aulicum omnibus numeris absolu-
tum, titulo *Marchionis Northantoniæ* honora-
vit, qui nostra memoria nulla suscepta prole di-
em supremum obiit. Dum autem hæc recognos-
cimus *Serenissimus Rex Jacobus Henricum Ho-*
ward postremi *Ducis Norfolkæ* fratrem, virum
ingenio splendidissimo, eloquentia profluenti,
optimis artibus ornatissimum, ad consilia pruden-
tem, & in posterum providum, ad statum
& stilum *Baronis Howard de Marnehill*, & hono-
rem Comitis *Northantoniæ* uno eodemque
tempore anno salutis 1603. exivit.

Pertinent ad hunc agrum
Parviciæ 326.

Termini
veterum.

Lib. de ci-
vita Dei
21. cap. 4.

NOrthantonensi ad Septentrionem finitima est Provincia Leicestrensis, in eo libro quo Angliæ lustrum condidit Guil. Normannus *Le-decesterseyre* dicta, vulgò *Leicestershire*, tota itidem campestris, frugibus opima, sed sylvis maximam partem indiga. Ab Ortu Rutlandiâ, & agro Lincolnienfi, à Septemtrione Notinghamienfi, & Derbiensfi, ab Occasu Warwicensfi præcingitur. Occiduum enim partem via militaris Romanorum *Watlingstreet* appellata perstringit, & à Warwicensibus sejungit: Mediam *Soarys* flumen *Trentam* petens alluit: Orientalem verò *VVrekus* fluviolus, qui Soaro demùm commiscetur, placidè pererrat.

Ad Austrum, quâ hinc *Avona* minori, inde *VWellando* fluminibus determinatur, nihil quod relatione dignum sit se offert, nisi ad Wellandum, dum adhuc recens à fonte & tenuis, *Haverburg*, vulgò *Harborrow*, pecuarijs mundinis celeberrimum, & quod hinc parum abest *Carleton*, id est *colonorum opidum*, in quo nati plerique omnes puculari vel soli, vel alia quapiam abdita nature vi, absônè et impedite loquuntur, verbaq; ex imo gutture extrahentes, Rhotacismo quodam laborant. Via illa Romana, cujus agger alicubi extritus, alibi planissimè hic se exhibet, à *Downbridge*, ubi relinquit Northantonenses, primùm *Swifto* flumine interrumpitur, lento quidem illo, etsi nomine veloci, cui tantùm hibernis mensibus responderet. Pons (*Brandfordbridge*, & *Bensford* vocant) quo olim conjunctus hic fuit, longo tempore intetscissus in causa fuit, cur tam celebris via diu minùs frequentaretur, nunc autem publi-

publico sumtu restauratur. Huic adjacent hinc ad Occasum *Cesterover*, sed in Comitatu Warwicensfi; Inde ad Ortum juxta *Swifstum*, hinc *Mister-ton* antiquæ familiæ *Poultieniorum*, inde *Lutterworth* *Fons ligni* cernitur emporiolum, juxta quod fons est ea in saxa *vertens*. Hujus Ecclesiam rexit ille celeberrimus Ioannes *Wickliff*, vir ingenio subacto, *Io. Wick-& sacris litteris versatissimus*, qui cum calamum *liff. 1387.* in Pontificiam auctoritatem & Rom. Ecclesiam strinxisset, non solum gravissimè exagitatus fuit dum viveret; sed etiam anno post mortem 41 in corpus saxatum fuit, quod Senensis Concilij mandato exhumatum fuit, & exustum.

A ponte illo *Bensford*, ascendit via antiqua ad *Higheroosse*, & retulerunt nobis vicini, duas præcipuas Angliæ vias hic se interfecasse, urbemq; ibi florentissimam exitisse nomine *Cleycester*, quæ *Cleycester* suum Senatam habuerit, cujusque pars *Cleybrook* *Claybrook* ad mille ferè passus fuerit, & utrinque ad viam *ke*. magna è saxo quadrato fundamenta sulcis subesse, Romanorumque numismata sæpius aratris eruta, quamvis supra terram, ut ait Poëta etiam ipse perire ruine. Hæc cum distantia à *Banaventæ*, sive *VWedon*, quæ ad amussim respondet, & pons ille *Bensford* dictus inducant, ut hic *Bennones* *Bennones*, sive *Venones*, mansionem quam proximam post *Bannaventam* locat Antoninus, fuisse credam, maximè cum Antoninus viam hic in duas partes se diffidisse doceat.

Hinckley superius ad eandem adfidet viam, & ad tertium hinc milliare *Bosworth* antiquus mercatus, et aliquanto remotius *Asbbye de la Zouche*.

Solum.

Confinia.

Carleton.

Nec silentio hic prætereundum *Cole-overton*, qui locus prænomen invenit à carbonibus lapideis bituminis indurati naturâ, qui hic tanta copia effodiuntur, ut vicinis longè lateque ad extruendos focos abundè sufficiant.

Soarus fl. qui non procul ab hac via conceptus, & crebris perennium aquarum rivulis ad-auctus, leni tractu in Aquilonem lapsus primariam totius agri urbem ab Occasu & Septentrione subluhit, quæ *Legecestria*, *Leogora*, *Legecestër*, & *Leicester* apud Auctores vocatur. Hæc magnam vetustatem, nec minorem venustatem præ se fert. Sub castro, quod sanè amplum & firmum fuit, pulcherrimum est Hospitale Collegiatum, quod Henricus Comes Lancastriæ, cum jam annorum plenus esset, pio studio alendis pauperibus construxit, & in cujus Ecclesiâ ipse, & Henricus Lancastrensis ejus filius sepeliuntur. Quod nomè Romanis temporibus gesserit *Leicester*, minimè compertum est. *Cæcæ Lerion* in Ninnij Catalogo vocari existimo. Antonini verò descriptioni ita exactè congruit situs à *Bennonis* & *Verometo*, ut non possim non *Ratas*, quæ Ptol. *Rage* vocatur, existimare, quamvis nec vola nec vestigium nominis *Ratarum* jam supersit, nisi fortè in vallo militari quod *Redwikes* vocant, passibus Australi *Leicestriæ* porta vix quingentis.

Huic vicinum est *Groby*, opimum & amplum hæredium, ut nostri vocant *manerium*, quod *Isabella Ferraria de Grooby* in *Grejorum* nomen matrimonio intulit, à quo rursus proscriptioe in patrimonio regium tandem recidit. Sed dum hæc revisimus Iacobus Dominus & Rex noster poten-

potentissimus in hunc avitum honorem clarissimum Equitem Henricum *Grey* restituit, cum ante inaugurationem illum Baronem *Grey de Groby*. *Baro Grey de Groby*. by creaverit.

Soarus fl. *Leicestriam* præterlapsus primùm *Mont-soare-hill* nomen præbet, quod nunc tantum mercatu celebre est. Superius ad alteram ripam est *Barrow*, ubi calx laudatissimæ firmitatis effoditur. Inde Soarus post pauca milliaria in *Trentam* fl. definit, parum infra *Loughborroug* mercatorium opidum, quod secundum nunc locum à *Leicestria* inter omnia hujus Comitatus opida sibi suo jure vindicat, si-ve amplitudinem, si-ve structuram, si-ve etiam sylvarum amoenitatem spectes.

Orientalem agri partem, quæ collina est, & numerosos pascit ovium greges, exornarunt celebrioris notæ duo præcipua loca, *Vernometum*, si-ve *Verometum*, cujus meminit Antoninus, & *Burton Lazers* superioribus sæculis admodum celebre. *Vernometum*, nomine nunc deperdito, eo loci sedisse videretur, quem hodie *Burrowbill*, & *Erdburrow* vocitant, nunc autem ager est restitibilis, & re nulla æquè celebris, quam quod hic gymnica quotannis exerceat juvenus circumvicina. Magnum aliquod gentilium Deorum sanum extitisse eo loci ex nomine quis conjectet. *Vernometum* enim antiqua Gallorum lingua, quæ eadem fuit cum antiqua Britannorum, sonat *Fanum* ingens, ut planè docet de *Vernometo* *Gallia Venantius Fortunatus*.

Nomine *Vernometum* voluit vocitare vetustas,
Quod quasi sanum ingens Gallica lingua sonat.

Burton

Leicester.

Rata.

Groby.

Loughborroug.

Vernometum

*Burton
Lazers.*

Burton autem cognominatum *Lazers*, à *Lazæ* retis (sic leprofos vocarunt) Nosocomium erat in primis opulentum, cuius Præfecto omnes *Lazaretorum* in Angliâ ædiculæ quodammodo suberant, ut ille Præposito *Lazaretorum Hierosolymis*. Primis Normannorum temporibus collecta per Angliam stipe constructum ferunt.

*Lepra quâ
do primum
in Angliâ.*

Quo tempore lepra gravissimè vi contagionis per Angliam serpsit. Qui morbus subinde se in Europam profudit, primùm Pompeij Magni ætate, postea sub Heraclio, & alijs, sed nunquam, quod legerim, ante illa tempora in hanc Insulam irrepfit.

*Comites
Leicestriæ.*

Deficiente Saxonica familia, è qua hære ditarios aliquot Comites habuit hæc Provincia, stirpe mascula, Saxonicoque nomine quasi conculcato, Robertus de *Bello-monte* Normannus Leicestriæ Comitatus adeptus est anno Christi 1102. beneficio Regis Henrici Primi. Huic successerunt filius cognomento *Bossu*, nepos cognomento *Blanchemaines*, & pronepos *Fitz-Parnell*, omnes prænomine Roberti, quorum postremus iste sine prole obiit. Paucis post annis Simon de *Monte-forti*, qui Roberti *Fitz-arnell* sororem duxerat, hunc honorem gessit. Verùm illo cum suis expulso, anno 1200. hunc honorem consecutus est Ranulphus Comes Cestriæ, idque Principis gratia. Postea Simon de *Monteforti*, filius Simonis prædicti, hanc dignitatem adeptus est. In quem tanta & tam secunda erat Regis Henrici III. voluntas, ut illum exulantem è Gallijs evocarit, opibus cumularit, Comitatu Leicestriæ, & sororis nuptijs honorarit; ille autem tot

tot beneficijs obrutus (quæ hominum improbitas est) Regem optimè meritum pessimè divexavit, cumque seditiosis Baronibus horrendas intestini belli tempestates (quas tamen religionis & boni publici obtentu ita velabant, ut se exercitum Dei & Sanctæ Ecclesiæ appellarent) excitavit, in quibus tandem ipse cecidit. Honores verò & possessiones Edmundus Lancastriæ Comes Henrici III. filius minor à patre victore accepit. Deinceps verò inter Lancastrensis familiæ titulos diu quasi delituit hic honor, Matildisq; Henrici Ducis Lancastriæ filia, Guilielmo Bavaro Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ &c. Comiti enupta, Leicestriæ etiam titulum adiunxit, disertè enim in Charta anni 35. Edwardi III. vocatur *Guilielmus Comes de Henaut & Leicester*. Sed Matilde postea sine prole defuncta, coaluit de novo ille honor Lancastrensi familiæ. Donec nostra memoria in illo Roberto *Dudley* resplenduit, quem Leicestrensis Comitatus gladio anno sui regni sexto cinxit Regina Elizabetha, Belgica diuturna bellorum tempestate jactata ad gubernacula tractanda communibus votis vocavit, pauloque post neglexit, quique 1588 vitam cum morte commutavit.

Intra hunc agrum sunt Parochiales Ecclesiæ 200.

Leicestriæ tabulam infra habes ad agrum Warwicensem.

RUTLAND-SHIRE.

Rutland. Saxonice *Roteland*, Leicestrensi agro quasi includitur, nisi à Meridie, quâ Wellingando

lum receptus, Ioanni fratri honorem reliquit, & is etiam statim fato evocatus, successorem habet filium Rogerum, qui avitæ nobilitatis jam specimen insigne præbet.

Ecclesijs parochialibus 48. ornatur hæc Provincia.

Rotelandiæ tabulam supra vide ad Northamptoniam.


LINCOLNE-SHIRE.

Nomen.

Rotelandiæ ad Ornum adnectitur Comitatus Lincolnienfis, Saxonice *Lincollseyre*, Normannis sub primum ingressum litteris transpositis *Nicolseire*, vulgò *Lincolshire*, regio amplissima, quæ per 60. ferè milliaria in longitudine jacet, latitudinem alicubi super 30. extendit, alendis frugibus, pascendis pecoribus mitissima, frequentibus opidis exulta, & crebris fluminibus rigata. Quæ solem Orientem spectat, supercilio longè circumducto inflexa Oceano Germanico pulsatur, à Septentrione ad *Abun*, sive *Humber* æstuarium pertinet, ab Occasu Northamptonenses spectat, & à meridie Wellando flumine à Northantonienfibus dicluditur. Hæc omnis in tres dividitur partes, quarum unam *Holland*, alteram *Kesteven*, tertiam nostra lingua appellamus *Lindsey*.

Diviso.

Hollandia. *Hollandia*, Inguilpho *Hoilandia*, ad mare est, & perinde ut *Hollandia* Germaniæ, aquis plurimis in locis permadet, ut pressa hauriat vestigium,



gium, & pedum pulsu tentata quatiatur; unde nomen inditum videatur, nisi quis malit cum Ingulpho *Hoilandiam* verum esse nomen, & illud à fœno impositum. Hæc tota Æstuario illo incumbit, quod Ptol. *Metaris*, pro *Multraith* dicitur, hodie *The Washes*, atque hinc Oceano, illinc magna confluentium aquarum mole ex superioribus regionibus ita oppugnatur; ut hibernis mensibus perpetuas agant excubias, & contra hos infestissimos hostes se objectis aggeribus agrè tueantur. Terra frugum parum ferax, gramine læta, piscibus & aquaticis volatilibus uberrima, solum verò ad eò molle, ut equis sine ferreis soleis utantur, nec lapillum nisi aliunde advectum invenias, cum tamen pulcherrimas è saxo quadrato habeat Ecclesias. Mare longius penetrasse ex aggeribus contra irruentes fluctus jam duobus mill. pass. à litore distantibus, & falsis, quos vocant, collibus propè *Susterton* constat. Dulcium verò aquarum maximus ubique defectus, nec nisi ex pluvia in puteis habent, qui si fuerint profundiores, statim falsescunt, si minùs profundi, statim exarescunt. Nec arenæ Syrticæ desunt, quas attrahendi & constringendi vim admirandam habere & pastores & oviculæ subinde suo cum periculo sentiunt.

Bifariam dividitur hæc *Hoilandia*, in Inferiorem, & Superiorem. Inferior lutulentas voragines, & impeditissimas paludes, ne ipsis quidem incolis cum suis grallis pervias habet, & cum situ sit depressior, hinc contra Oceanum, illinc contra aquas quæ superiorem *Elieusis Insula*

fulæ partem opprimunt, oppositis aggerum mobilibus defenditur. E quibus celeberrimus est *Southbanke*, qui ne interrumpatur immensa illa *Southby-dike alijs.* vi aquarum quæ ab Australi parte, cum flumina intumescunt, & immisso diluvio obruantur, sollicito timore curant. Ad quas tamen exonerandas publico sumtu alveum ad *Clows-crosse* novum vicini anno 1569, inceperunt. Iuxta hunc agrum vidimus *Crowland*, quæ etiam *Croy-Crowland.* *landia* dicta, opidum inter paludicolas celebre, cuius nomen sonat, interprete Ingulpho hujus Abbate, *cruda & cœnosa terra*. Inter altissimas paludes & restagnantes ex cœnosa humo aquas ab omni aditu ita interclusa & circumcisa *Crowlandia* jacet, ut inaccessa sit, nisi à Septentrione, & Ortu, idque per angustos aggeres. Venetiarum, si parva magnis conferre liceat, situm assimilem habet, tribus constat plateis, quæ aquis intercurrentibus divise, salicibus cœnosa, palisque in profundum stagnum demissis extractæ, & conjunctæ ponte triangulari admirando artificio, sub quo ad confluentes aquas suscipiendas puteum in magnam altitudinem adactum retulerunt incolæ. Vbi ultra pontem in solum, ut inquitille, *mutatur biemus*, sedit olim Monasterium religione & opibus admodum celebre spatio sanè angustiori, circa quod, nisi qua opidum jacet, ita paludefcit, ut contus ad tricessimum pedem adigatur, & nihil planè sit circumquaque nisi arundinetum, proximeque ecclesiam alnetum. Incolis tamen satis frequens, qui sua habent pecora remotius ab opido, ad quæ emulgenda cymbulis quæ tantum duobus ferendis

Salihills.

Quickfads.

rendis pares (*Skerries* vocant) devehuntur, sed quæstum maximû faciunt ex piscium & avium aquatiliû captura, quæ tanta est, ut mense Augusto in unum rete expansum semel simulque tria millia anatum cogant, & lacunas suas suos agros vocitent. Fruges enim intra quintum milliare non vident. Nomine autem hujus capturæ piscium & volatiliû CCC. libras singulis annis monetæ nostræ, ut nunc Regi, ita olim Abbati perfolverint.

A Crowlandia agger salicibus convestitus inter Wellandum fl. & profundos mariscos in Septentriones ducit, alteroquæ plus minûs ab illa milliari ad eundem fl. *Spalding* sedet rivulis & incilibus undique conclusum, opidum sanè elegantius quàm hoc tractu inter aquosas restagnationes expectares.

In superiori *Hoilandia*, quæ magis ad Archum vergit, primû *Kirk-ton* ab ecclesia, quæ sanè perpulchra, ita nominata visitur, & deinde ubi *Withama* fl. in Oceanum exit, floret *Boston*, rectiûs *Botolphs town*, à Botolpho enim Saxone sanctissimo, nomen deportavit; Opidum celebre utraquæ Withamæ ripa positum, qui ligneo ponte eoquæ sublimi sternitur, portus non incommodi beneficio satis frequens, forum amplum, & ecclesia sua venustate & magnitudine speciosa, cujus turris sacra in eximiam altitudinem edita itinerantes longè quasi salutat, & navigantes dirigit. Regnante Edwardo Primo, & serpentibus eo tempore per univèrsam Angliam perditis moribus, militares quidam viri, nundinis frequentibus hastiludium hic indidentes,

dicentes, ementito Monachorum & Canoniorum habitu accefferunt, ignem opido plurimis in locis subjecerunt, præcipiti impetu in mercatores irruerunt, multa rapuerunt, plura cremarunt, adè ut nostri historici auri argenti quæ venas (quod de Corintho deleta scribunt antiqui) in commune tunc fluxisse scripserint. Sed meliora tempora Botolphi opidum ex cineribus denuò excitarunt, & mercatus ille lanarum, quem *Wollestaple* vocant, hic constitutus plurimû ditavit, Hanseaticæquæ societatis mercatores attraxit, qui hic suam Gildam sive domum constituerunt. Hodie & ædificijs elegans, & commercijs dives est, incolæ enim tum mercaturæ, tum rei sàginariæ strenuè incumbunt.

Altera pars hujus regionis vulgò *Kesteven*, *Kesteven*. Aethelwardo antiquo auctori *Ceostefne sylvæ* vocatur, Hoilandia ab Occasu adjacens, cœlo multo salubriori, & solo non minûs pingui. Major hæc est, & pluribus undique enitet opidis. In limine ad Wellandum fluvium *Stanford* sedet, *Stanford*. è saxo structili, unde & nomen, ædificatum, opidum frequens, & varijs immunitatibus ornatum, muroquæ firmatum. Politia constat ex *Aldermanno* & *xxiiii. Comburgensibus*. Ecclesijs parochialibus plus minûs septem ornatur, & Hospitale ostendit vetus, idquæ pulcherrimû à Guil. Brown civè fundatum, præter illud novum cis pontem à Nestore Britannia Guilielmo Cecilio Barone Burghleio nuper extructum, qui hic splendido sepulchro in Parochiali S. Georgij ecclesia conditur.

Gausennæ. Licet nonnulla antiquitatis indicia hic supersint, *Gausennas* tamen, quas non procul hinc statuit Antoninus, fuisse fidem non faciunt. Sed cum ad unum hinc milliare sit viculus *Brigcasterton*, quo vel nomine vetustatis nomen apparet, quâ *Guash*, sive *Wash* fl. militarem viam transversam fecat, affinitas nominis *Guash* cum *Gausennis*, distantia non refragante, iussit ut illas *Brigcasterton* dici existimem, donec tempus veritatem in lucem extrahat. Si opiner *Stanfordiam* ex hujus ruinis emeruisse, & hanc agri partem à *Gausennis Kesteven* dici, ut altera pars *Lindsey* à *Lindo* civitate, sit quæso opinio mea, iudicium vestrum.

In Orientali *Kestevenæ* parte, quæ ad Hoilandiam vergit, tendentibus in Boream ordine succedunt primùm *Deping*, id est ut auctor Ingulphus, *profundum pratum*, planities enim quæ subiacet, & plura milliaria ambitu colligit, totius palustris hujus regionis est profundissima, & conceptaculum plurimarum aquarum, quodque mireris, multò inferior alveo *Glen* fl. qui suis aggeribus incinctus ab Occasu præterlabitur. Deinde *Burne*, & magis ad Ortum *Lytham*. Post eâ *Sempringham* nunc perpulchris ædibus, quas Edwardus Baro *Clinton*, qui postea Comes Lincolnix, extruxit, olim religioso ordine Gilbertinorum à Gilberto loci Domino instituto celebrè. Ille enim vir planè mirabilis, ut scribunt, & in custodia mulierum gratiæ singularis, anno à Christo nato 1148. contra Iustiniani constitutiones, verùm Eugenij III. Pontificis Romani auctoritate, ex viris & mulieribus sectam instituit, quæ ita excrevit, ut ipse tredecim cœnobio-

*Gilbertini
fratres, &
sorores.*

orum hujus ordinis fundamenta jecerit, & Gilbertinos fratres 700. Sorores 1100. in suis Cœnobijs vivus habuerit, ~~verum quædam dubia, quædamque eius anni futuri, quædamque~~

~~Itaque hinc quoque dicitur, quod hinc quoque dicitur,~~

~~Itaque hinc quoque dicitur, quod hinc quoque dicitur,~~

~~Itaque hinc quoque dicitur, quod hinc quoque dicitur,~~

~~Itaque hinc quoque dicitur, quod hinc quoque dicitur,~~

~~Itaque hinc quoque dicitur, quod hinc quoque dicitur,~~

~~Itaque hinc quoque dicitur, quod hinc quoque dicitur,~~

Inde *Folkingham*, quod nunc *Clintonorum*, & *Folkinghæ*. huic vicinum *Skrekingham*, de quo loco videtur *Skreking-* Ingulphus loqui, cum scribit, *In Kesteven casi sunt ham,* tres reguli Danorum, quos sepelierunt in villa quæ ante *Laundon*, nunc verò pro trium regum sepultura *Tre-kingham* appellatur.

In Occidentali parte *Kestevenæ*, in hujus & *Leicestrensis* agri collimitio, castrum *Behvor* sive *Beauvoir*, sic dictum à bello prospectu (quodcunque olim fuerit nomen) colli satis acclivi, & hominum opere (ut videtur) aggesto impositus, *Astroites lapides.* qui stellulas connexas representant, in quibus radij eminent singulis angulis quini, & singulis radijs cavitas media subsidet. A *Victoria* hic lapis apud Germanos nomen invenit, quod putant illum qui gestaverit, causam obtinere, & hostes vincere. Vallis autem quæ huic castro subjacet, ac *The Vale of Belver* vulgò vocatur, satis ampla est, & longè amœnissima frumentarijs campis, & paucis admodum læta, & in

tribus Comitatus, Leicestrensi, Nottinghamiensi, & Lincolnensi expanſa.

Hanc agri partem *Withama* fl. lucijs fœcundus, sed exilis perfundit, & à Septentrione circumſcribit. Ad sui cognominis viculum ortum habet, non procul à ruinis caſtri *Bitham*, quod *Guljelmus I.* *Stephano Comiti Albemarle* & *Holderneſſi* donavit, ut inde haberet quo ſuum infantulum ſiligineo pane nutrirer, cum *Holderneſſus* avenaceo tunc tantum veſceretur, qui nunc tamen vix ibi in uſu.

Paunton,
Ad Pontem.

Idem. fl. ſtatim à fontibus *Paunton* opidum habet oppoſitum, quod vetuſtatis nomine ſe vendit, & teſſellata Romanorum pavimenta ſæpe effodit, ponteque hic fl. olim conſtratus erat; nam *Ad Pontem* hoc eſſe, quem ſeptem milliariibus à *Margiduno* ſejunxit *Antoninus*, nomen *Paunton*, cum diſtanta non ſolum à *Margiduno*, verùm etiam *Crococalana* facile convincit. *Crococalana* enim *Antonino* dicebatur illud opidum quod nobis *Ancaſter*, & hodie nihil niſi platea longior eſt ad viam militarem.

Crococalana.
Ancaſter.

Grantham.

Post *Paunton* viſitur *Grantham*: opidum non infrequens, ſchola à *Richardo Fox* *Wintonienſi* *Epilcopo*, & templo ſpecioſo exornatum, cujus ſacra pyramis magnam in altitudinem ſurgit, & fabulis eſt famigerata. Sub hoc, juxta *Herlaxton* viculum, æneum vaſculum patrum memoria aratro erutum fuit, in quo caſſis aurea antiquiſſimæ formæ gemmis diſtincta reperta, quæ dono data *Catharinæ* *Hiſpanæ* *Henrici Octavi* dotarij.

Ad alteram *Withamæ* ripam jacet pars hujus agri

agri tertia *Lindſey*, Bedæ *Lindſi* ab urbe primaria nominata, quæ *Hoilandia* & *Keſtevena* major vaſta fronte in Oceanum procumbit, quo ad Ortum & Aquilonem diverberatur, ad Occidentem *Trenta* flumine, ad Meridiem à *Keſtevena* *Withama* illo & foſſa incili ſejungitur, quam *Henricus I.* per ſeptem milliaria à *Withama* in *Trentam* perduxit, ut *Lincolnienſibus* ad ſubvehenda neceſſaria uſui eſſet. Quæ *Trentam* attingit hæc foſſa, *Torkſey*, Saxonicè *Turceſig* ſeder, opidulum nunc obſcurius, olim admodum celebre. Quæ verò hæc foſſa *Withamæ* conjungitur, prima & præcipua hujus Comitatus civitas locum habet, quam *Ptol.* & *Antoninus* *Lindum*, *Lindum*, *Britanni* *Lindcoit*, à ſylvis, *Beda* *Lindecollinum*, *Lincolne*, & *Lindecollinam* civitatem, an à collino ſitu, vel quod Colonia fuerit, non ego dixerim. *Saxones* *Lindocollyne*, *Lyndcylanceaſter*, *Normanni* *Nichol*, nos *Lincolne*, *Latini* *Lincolniam* vocarunt. Etymon aliunde petunt alij, malim ego à *Britannica* dirione *Lbin*, quæ lacum illis notat, deducere. *Withamam* enim ad *Swanpole* ſub urbe diſſiſſimam fuiſſe, qui etiam jam ſatis diſſiſſus, à civibus accepi. & ut *Lindaw* Germaniæ ad *Acronium* lacum, *Linternum*q; *Italiæ*, ad lacum taceam: in *Britannia* noſtra video *Tal-lbin*, *Glan-lbin*, *Lhinlith*que opida ad lacus. Urbs ipſa ampla & celebris, collis dorſo inſidet, ubi *Withama* in Ortum ſe deſlectit, & tribus modicis alveis diſiſus, inferiorem partem alluit. Antiquum *Britannorum* *Lindum* in ipſo collis cacumine, in quod difficili aſcenſu ſcanditur, fuiſſe, & in *Boream* ultra portam *Newport* procurriffe expreſſiſſima

ffima valli & fossarum profundarum indicia etiamnum demonstrant. Verum Saxones antiquo hoc Lindo diruto, primum Australem colliculis partem occuparunt, & ex antiquioris illius ruinis communierunt, postea ad fluvium descenderunt, & quæ flumini non defenditur, moenibus obseperunt. Guilielmus Primus ad ejus firmamentum, & civium terrorem, in collis supercilio castrum peramplum & munitissimum excitavit: & eodem ferè tempore Remigius Episcopus Dorcestrensis ad ornamentum sedem suam Episcopalem Dorcestriam, quæ in remotissimo erat diocesios angulo, & tenue opidum, huc transfudit, *Mercatisque prædij, in ipso urbis vertice juxta Castellum* (ut habet Henricus Huntingdonensis) *turribus fortissimis eminens, in loco fortis fortem, pulchro pulchram, virgini virginum, fremente fboracensi Præsule, qui loci jus sibi vendicabat, construxit Ecclesiam, & in ea Præbendarios 44. locavit. Quam postea* (ut ait ille) *combustione deturpatam subtili artificio reparavit Alexander Lincolnienis munificentissimus Episcopus.* Nec sanè hi duo, sed etiam Robertus Bloet, qui ante Alexandrum sedit, & successores hoc opus, quod non unius Episcopi esse potuit, ad eam magnificentiam, quæ nunc cernitur, paulatim perduxerunt. Certè ut maximo sumptu, ita insigni venustate & artificio raro tota surgit, præcipuè verò propylæum illud ad partem Occidentalem, quod adventantium oculos ad se quasi rapit, & allicit.

Lincolnienis Episcoporum diocesis, est Henricus II. Eliensem Provinciam, & Henricus VIII. Petroburgensem & Oxoniensem de-

traxerit; jurisdictione tamen, & Comitatum numero, totius Angliæ longè maxima etiamnum censetur, & Parochiales Ecclesias 1247. Episcopus sub se habet. Robertum illum Bloet Rex Guilielmus Rufus magna pecunia, scilicet 5000. libris multavit, caussatus quod non optimo jure ipsam urbem Lincolnensem tenuisset. Iam ut municipium illum Alexandrum taceam, qui insanis substructionibus ad insaniam delectatus, *Quia ipse pro exiguitate corporis penè portentum hominis videbatur* (ut inquit Malinesburienfis) *lulabatur excellere, & foris eminere animus;* duorum tamen Episcoporum Lincolnienis memoria mihi recolenda, quorum alter est Robertus *Grosteft, vir & litteris & linguis supra quam credi possit in illa ætate eruditus, terrificus Papæ re-* dargutor, *Regis sui monitor, & veritatis amator, Prælatorum corrector, Presbyterorum director, Clericorum instructor, scholarium sustentator, populi prædicator, Scripturarum sedulus perscrutator, Romanorum malleus &c.* Alter est præceptor mihi semper observandus Reverendissimus Pater Thomas Cooperus, de rep. litteraria, & Ecclesia meritissimus. è cujus schola me prodijisse & fateor, & gratulor. Vrbs etiam ipsa diu floruit, ab Edwardo III, in *Strapulam*, quam vocant, id est in lanarum, coriorum, plumbi &c. emporium constituta. Sed quam gravioribus malis non sit conflictata, incredibile tamen est, quantum quasi vetustate victa paulatim decreverit; & ex 50 templis, quæ avorum memoria habuit, vix octodecim jam supersint.

Wichama jam Lindum prætergressus desluit haud

Postquam

Obijt anno

1233-

Matth: Pæris.

haud procul à *Wragbye*. Ac deinde augetur *Banū* fluuiolo, qui e media *Lindſeia* primū per *Herecaſtle* deſluit. Inde per *Scrivelby* manerium *Dinocorum*, qui illud tenent hæreditariò à *Marmionis* per *I. Ludlow* devolutum, per ſervitiū magnæ ſerientia (Jurifconſultorum verbis nunc utor)

videlicet quod quādo cūq; Rex aliquis Angliæ coronari debeat, tunc dominus hujus Manerij qui pro temporariis re fuerit, vel aliquis nomine ſuo, ſi idem impotens fuerit, venit bene armatus pro guerra ſuper uno bono dextrario, in præſentia Domini Regis die Coronationis ſuæ, & proclamare facit, ſi aliquis dicere voluerit, quod dictus Dominus Rex non habet jus ad regnum ſuum & coronam ſuam, promptus erit & paratus ad defendendum jus Regis, & regni ſui, & dignitatis corone ſuæ per corpus ſuum verſus ipſum & alios quoſcūq; Inferiùs Banus ad

Tatteſhall. *Tatteſhall* opidulum regione paluſtri ſatis commodè poſitum, & Baronibus ſuis notum, *Withamam* inſluit. Qui mari jam proximus alterum anonymum è Septentrione rivulum recipit, cujus ad fontes *Bollinbroke* caſtrum humiliori ſitu è ſaxo friabili extructum. Hoc verò recepto, infra *Bofſon*, mari ſe tandem confundit.

A *Withamæ* oſtio magno flexu protuberat litus in mare Germanicum uſque ad *Humber* æſtuarium, frequentioribus ubiq; æſtuariolis lancinatum; rarioreſ autem habet urbes, quia rari ſunt portus, & arenoſi pulvini paſſim objacent. Memorandum tamen eſt *Wainſleete*, vel hoc nomine, quod *Guilielmum Wainſleet* *Wintonienſem* Episcopum de litteris virum optimè meritum produxerit. Deinde *Alford*, quod mercatum debet *Leoni Domino de Welles*, qui hoc

hoc jus ab *Henrico VI. Rege* obtinuit. Poſtea *Louth* frequentatum emporiolum, cui *Lud* fluviolus nomen impertijt, qui *Cokerington* ſubluit caput olim *Baroniæ de Scoteny*, & inde *Grimſby*.

Vix ſexto hinc milliari interiùs antiquum apparet caſtrum, quod hodie *Caſtor*, Saxonice *Thong-caſter*, Britannice *Caer Egarry*, utraq; in *Thong-eaſ-* lingua è re nomen habet, à corio ſcilicet diſſe-
cto. Perhibent enim *Annales* noſtri *Hengiftum* Saxonem, *Pictis* & *Scotis* devictis, hoc loco à *Vortigerno* tantum terræ impetraſſe, quantum bubulo corio in tenuiſſimas corrigias (*Thongs* nos vocamus) ſecto circumdare poſſet, in quo hoc caſtrum poſuit. Vnde quidam ad *Vergilia-* nos verſus alludens ita cecinit.

*Accepitque ſolum facti de nomine Thongum,
Taurino quantum poterat circumdare tergo.*

A *Grimſby* retrahit ſe litus magno flexu, ut *Abum* æſtuarium, ſive *Humber* admitat, per *Thornton* olim Collegium, & *Bayton*, ubi trajectus eſt in Provinciam *Eboracenſem* celeberrimus. Iuxtà *Ankam* fluviolus ſæculentus, & idèò anguillarum ferax, in *Humber* exoneratur, prope cujus fontes eſt *Merket-Raſin* à foro quod ibi non infrequens ſic dictum. Deinde verò *Ankam* ponte conjungitur ad *Glanford* tenuem mercatum. Proximè quem intra roborarium *Ketleby* cernitur familiæ *Tirwithorum* Equeſtri dignitate præclaræ ſedes, olim verò, ut ex nomine colligas, *Ketelli* cujuſdam habitatio. *Bye Bye* quid enim habitatio, & *Byan* habitare Saxonice ſignificat, unde tot loci & alibi in Anglia, & præcipuè in hoc Comitatu in *Bye* terminantur.

Toto hoc tractu statis temporibus (ut pisces taceam) Deus bone , quæ copia abundant aves ! non illæ vulgares , quæ summo sunt alibi pretio , quæquedulæ , coturnices , gallinagines , phasiani , perdices &c. sed quas non eloqui est ore Latino , ipsissimæ mensarum delicia , & heroum dapes , gulæ Proceribus expetita , *Puites* , *Godwits* , *Knotts* , id est *Cantui aves* , ut opinor , è Dania enim advolare creduntur , *Dotterells* ob delirantem stultitiam dictæ , quæ imitatrices aves ad lumen candelæ pro aucupis gestu capiuntur , si is brachium expandit , expandunt & illæ alam , si is tibiam , & illæ itidem ; breviter quicquid agit auceps , idem facit avicula , donec reti obvelatur .

Magis ad Occasum in *Humbrum* etiam *Trenta* flumen longo confecto cursu suscipitur , delapsus primùm haud procul à *Stow* . Inde prope *Knath* habitationem nunc Baronis *Willoughby de Parrham* , atque hinc rursus ad *Gainsborough* decurrit . Nec prætereundum quod in hoc tractu apud *Melthwood* floret clara & Equestris familia de *S. Paulo* , *Sampoll* corruptè vocant , quam *Lucemburgica* quæ gestant insignia è Gallia innuunt devenisse , ex quo stirps illa Castilionæ Comitum de *S. Paulo* (quod ante ducentesimum plus minùs annum accidit) per nuptias *Luxemburgicæ* fuit inserta .

Super hoc *Trenta* , *Idell* , & *Danus* flumina ita suis aquarum divergijs ludunt , ut *Insulam* amnicam *Axelholme* , quæ *Lincolniensis* agri pars est , amplectantur . Longitudine 10. mill. ab Austro in Septentrionem , latitudine dimidio minor patet .

Aves delicata.

S. Paulo familia.

Axelholme Insula.

patet . Quæ humilior ad flumina , palustris est , & fruticem odoriferum (*Gall* vocant) profundit . In medio , quæ leviter surgit , ferax est , & fertilis , linumque magna copia præbet , necnon *Alabastricem* , qui tamen minùs solidus , *albarijs* & *emplastris* magis , quàm alijs usibus convenit . *Primarium* opidum olim *Axel* , nunc *Axey* vocatur , sed opidum vix dici meruit , ita sparsim habitatur . Superius est *Botterwic* , cujus Dominum *Edmundum Sheffeld* , primum ex hac familia Baronem *Sheffeld de Botterwic* creavit Rex *Edwardus VI.* Is ex *Anna Vera* Comitissæ *Oxonie* filia suscepit *Ioannem Baronem* secundum , patrem *Edmundi* , qui nunc floret , *Georgiani Ordinis* Eques honoratissimus .

Comites suos *Lincolniensis* hic ager jactat *Lincolniæ* *Guilielmum de Romara* Normannum ; cui defuncto *Robertum de Gant* substituit *Stephanus* . Eo demortuo *Simon de S. Lizio Juvenis* , filius Comitissæ *Simonis* , dono Regis *Henrici II.* accepit filiam ejus unicam cum honore ejus . Hinc *Radulphus sextus* *Cestriæ* Comes hunc honorem ab *Henrico III.* Rege consecutus est , qui paulò ante mortem *Hæwise* sorori suæ per *Chartam* Comitatum *Lincolniæ* dedit , quantum ad se pertinet , ut inde Comitissa existat . Illa itidem contulit *Ioanni de Lacy* *Cestriæ* *Constabulario* , & hæredibus quos è *Margareta* filia sua susceperet . Ille verò *Edmundum* suscepit , qui hunc honorem filio suo *Henrico* fruendum reliquit , atque is ultimus ex ea stirpe Comes fuit , ac honor deinde *Lancastrensi* familiae accrevit . Nomine tamen *Lincolniensium* Comitum honoraverunt Reges *Angliæ* ,

Gall fruticem.

Alabastricem.

Baronet Sheffeld de Botterwic.

Lincolniæ Comites.

Edwardus III. Ioannem de la Pole, & Henricus VIII. Henricum Brandon Suffolciensium Ducum filios, qui ambo sine sobole à vita discesserunt: & Elizabetha Regina Edwardum Baronem Clinton, magnum Angliæ Thalassiarum eodem honore adauxit, quo ejus filius honoratissimus Henricus hodie gaudet.

In hoc Comitatu parochia sunt plus minus 630.

NOTTINGHAM-SHIRE.

Continia,
& Nomen.

L Incolniensi Comitatu ab Occasu confinis est, qui multò minor, Comitatus Nottinghamiensis, Saxonibus *Dnottengabam-scyre*, nobis *Nottingham-shire*, à Septentrione Eboracensi, ab Occasu Darbiensi, & alicubi Eboracensi, à Meridie Leicestrensi terminatus. Partem Meridionalem & Orientalem Trent flumen nobilissimum, influentisque rivuli fœcundant: Occiduum partem saltus de *Shirewood* longè se porrigens totam occupat, Hanc quod arenosa sit, *The Sand*: illam quod argillacea, *The Clay* vocant incolæ, & in has duas partes regionem suam distribuerunt.

Diviso.

Trenta, longo itinere emenso, ubi primùm se in hunc agrum intulit, & primùm *Steanford*, ubi multa prisca vetustatis vestigia superesse accepi, & deinde *Clifton*, antiquæ familiæ *Cliftonorum* sedem præterfluxit, Linum amniculum ab Occasu suscipit, qui exoriens juxta *Newsted*, id est *Novus locus*, nunc vetustæ familiæ *Byronorum* ædes, fer-

ent proxime *Wollaton*. Deinde *Lenton* alluit nunc tantum nundinis frequentibus celebratum: Vbi altera in ripa ad ipsos ferè Lini & Trenta confluentes, declivi situ locum habet, quæ nomen Comitatu præbuit, urbs præcipua *Nottingham*, *Nottinghæ* emollito verbo pro *Dnottenga-ham*. Sic enim Saxones dixerunt à subterraneis speluncis & meatibus, quæ in receptacula & habitationem excavavit antiquitas sub præruptis illis faxis in Australi parte, quâ Linum fluviolum despectat. Urbs est loci ingenio amœna, hinc enim ad flumina, spatiosa procumbunt prata, illinc faciles confurgunt colles; omnibus etiam quæ ad vitam pertinent copiosa: & hinc *Shirewood* lignum in ignis alimentum, illinc pisces Trenta largè suppeditat. Amplitudine denique, structura, tribus elegantibus templis, foro longe pulcherrimo, & munitissimo castro est sanequàm speciosa. In prima castri area per multos gradus descendimus lumine accenso in cryptam subterraneam, & concamerationes ex ipso saxo excisâs, in quarum parietibus scalpuntur historiæ passionis Christi, & alia, manu (ut ferunt) Davidis II. Regis Scotorum, qui ibi in carcerem coñditus.

Hinc clemèti alveo præterit Trente per *Holme*, à Dominis *Holme Pierpoint* dictam, atque inde per *Shelford*, præclaræ Equestris stirpis *Stanhoporum* sedem. Vnde aquas suas devolvit ad *Stoke* exiguum viculum. Haud procul *Subwell* *Subwell*. Collegiata Præbendariorum Ecclesiâ antiqua in primis & celebris surgit, quam Paulinum primum Archiepiscopum Eboracensem fundasse scribunt.

scribunt. Ex quo tempore Archiepiscopi Eboracenses suum hic palatium per amplum, & tria adjuncta vivaria feris referta habuerunt. Inde ab Ortu *Snite* fluviolus Trentæ illabitur, qui dum tenuis est irrigat *Langer*, & *Wiverton*. Iam Trenta se dispescit, & opidum satis amplum subluit *Newarke*, quasi *Novum opus*, dictum, à novo castro, quod *vernantissimum florida constructione*, ut vocat Henr. Huntingdonensis, construxit Alexander munificus ille Lincolnienfis Episcopus. Hinc fluvijs se colligens rectè in Septentriones defertur, nec memorandum quicquam habet, priusquam ad *Littleboroug* pervenerit, ubi ut hodie frequentissimus est mercatus, ita olim celebris fuit illa Statio sive Mansio, cujus Antoninus semel atque iterum meminit, quæque pro exemplarium varietate & *Agelocum*, & *Segelocum* appellatur, & plurimos Romanorum nummos aratoribus indies exhibet, quos quia porci erucando sæpius detegunt, *Swines penis*, id est *porcorum denarios* vocant rustici.

In Occidua hujus agri parte, quæ *Erwasb* fluviolus Trentam petit, *Strellez*, olim *Strellez* se ostendit, quæ familiæ *Strelliorum* Equestri (vulgus *Sturly* vocat) cognomen sedemque præbuit. In trorum *Shirewood*, quam alij *Limpidam sylvam*, alij *præclaram sylvam* interpretantur, omnia olim frondibus adoperuit, nunc verò rarior est, infinitas tamen damas & surgentes in cornua cervus alit, opidaque habet nonnulla, in quibus *Mansfeld*. *Mansfeld* præluet, copiosum admodum forum, unde sunt quæ familiæ *Mansfeldiæ* in Germania suam antiquitatem asserant. Ex hac sylva sca-

tent

tent multi rivuli qui Trentam petunt, præcipuus verò *Idle* censetur, qui defertur haud procul à *Markham* tenari viculo, unde sex ad occasum miliaribus abest *Workesop*, lætissimo glycyrrhizæ proventu notum. Paulò superius ad eundem fluviolum *Blithe* mercatum celebrem conspeximus, idque ultimum ferè est Nottinghamiensis agri ad Septentriones opidum, præter *Scroby* Archiepiscopi Eboracensis opidulum in ipso confinio locatum.

Guilielmus *Conquestor* huic agro Guilielmum *Nottinghamia Domini* *Peverell* filium suum nothum Domini de Nottingham titulo præfecit, cui natus est filius, & illi eundem filius ejusdem cognominis, quem Rex *Henricus II.* hereditate exturbavit. Sub id tempus *Robertus de Ferrarijs* hoc usus est titulo, *Robertus Comes junior de Nottingham*. Sed postea Comitatum cum omni honore de *Peverell* Joanni fratri donavit Rex *Richardus Primus*. Longo post tempore hoc titulo *Richardus II.* *Joanem de Mowbray* insignivit, cui successit *Thomas frater*, qui genuit *Thomam Comitem Marshallum*, capite ab *Henrico III.* obtruncatum, & *Joannem Mowbray*, ambos Duces *Norfolciæ*, & *Nottinghamiæ Comites*. Sed cum eorum proles mascula defecisset, & *Richardus Edwardi III.* filiolus *Nottinghamiæ* titulum cum alijs paulisper gessisset, *Richardus III.* *Guiljelmum Marchionem de Barkley*, & *Henricum VIII.* filium suum illegitimum *Henricum Fitz-roy* (quorum uterque sine liberis obiit) hoc *Nottinghamiæ Comitis* titulo honorarunt. Nuperque anno 1597, *Elizabetha Regina* eodem

Z 3

eodem

eadem honore Carolum Howardum summum Angliæ Thalassiarcham, ob operam (ut est in Charta creationis) fortiter fideiterque bello navali contra Hispanos 1588. & Gadium expugnatione 1596. navatam solemnè investitura exornavit.

Visuntur in hoc agro Ecclesiæ Parochiales 168.


Tabulam habes ad agrum Lincolnensem.

DARBY-SHIRE.

Confinis.

Occiduum Nottinghamiensium latus claudit Provincia Darbiensis, vulgò *Darbyshire*, qua & ipsa clauditur ad medium Solem agro Leicestrensi, ad Occidentem Staffordiensi, ad Aquilonem Eboracensi, formâ quasi triangulari, sed non æquilaterâ. Ab apice enim, qui ad Austrum vix sex pass. mill. patet, ita utrinque exspatiatur, ut quâ Septentriones spectat, triginta plus minus mille pass. in latitudine occupet, in duas partes *Dervatione* fl. intercurrente dividitur, qui è Septentrionali limite profusus, nigricantibus è terra aquis in Austrum devolutus Trentam petit: Trenta enim, quem dixi apicem australem intersecat. Pars Orientalis & Meridionalis culta, non infœcunda, & vivarijs frequens est. Pars Occidentalis ultra *Dervationem*, *Peake* vocamus, totâ petrosa, montibus & aspretis sterilit

Solum.



lescit, plumbi tamen, ferri, & carbonum proventu opulenta, & ovibus pascendis fatis comoda.

Ad *Dove fl.* qui à Staffordiensibus hunc agrum, donec Trentam invehitur, separat, præter *Asborne* mercatum, ubi *Cokainorum* familia diu effloruit, & *Norbury*, ubi diu incoluit *Fitz-Herbertorum* nobilis & vetusta in primis familia, è qua Antonius *Fitz-Herbertus* de municipalis Iuris nostri scientia est optimè meritus, nihil occurrit: à quo parum abest *Shirley* vetusta possessio veteris familiae *Shirlejorum*. Circumsta autem hic sunt plurima loca, quæ nomen & sedem claris familijs fecerunt. Sed hæc illi relinquo qui hunc Comitatum plenè describendum suscepit.

Ad Trentam verò, ubi primùm *Dovum* admittit, *Repandum* cernitur, hodie *Repton*, quod in tenuem viculum ex amplo opido decrevit. Vix quinque hinc milliaria interstitio ad Arcum *Derventio fl.* volvitur, qui fontem è montibus *Peak* derivans, per 30. plus minus milliaria iter quasi recta in Meridiem urget. In tam longo tamen cursu nihil quod suspiciat habet, præter *Chattsworth*, ædes sanè amplas, elegantes, & suspiciendas, quas *Elizabetha*, quæ nunc *Salopiæ Comitissa*, maximis impensis nuper absolvit.

Quæ verò *Derventio* in Ortum se convertit, & *Littlechester*, id est parva urbs, præterit, ubi veteres Romanorum nummi sæpè eruntur, *Darby* cernitur, Saxonice *Northworthig*, & juxta *Danicam* linguam, ut habet *Athelwerdus*, *Deoraby*, universi agri caput, quod & nomen à *Derventione fl.* cui imponitur desumptum universo agro communi.

municavit. Opidum est elegans, nec exiguum, nec infrequens. Ecclesias numerat quinque, quarum maxima Campanile habet & altitudine & singulari artificio eximium. In hac Comitissa *Salopiæ*, quam dixi, diffidens hæredum amori, providè sibi sepulchrum, & in proximo Hospitale alendis XII. pauperculis piè posuit. Celebritas hodie huic urbi è juridicis conventibus pro universo agro, & cervisiâ quam coquit optimâ, nos *Ale* dicimus à *Danica* voce *Cervisia*, *Oel*, non ab *Alica*, ut *Ruellius* deducit. Britanni antiquo verbo *Kyrw* dixerunt, pro quo perperam *Kyrmi* legitur apud *Dioscoridem*. Priscus hic est, & peculiaris Anglorum & Britannorum potus, idemque saluberrimus, quamvis *Henricus Abrincensis Normannus* Regis *Henrici III.* *Danica*. Poëta falsè his versiculis irriserit.

*Nescio quod Stygiæ monstrum conforme paludi,
Cervisiam plerique vocant, nil spiritus illa,
Dum bibitur, nil clarius est dum mingitur, unde
Constat, quod multas feces in ventre relinquit.*

Verumtamen Gallorum doctissimus non dubitat, quin homines hoc potu utentes, si crapulas evitarent, diuturniore vitæ usurâ, quàm qui vinum bibunt, fruerentur, & inde esse, quod apud nos nonnulli cervisiam potantes ad annum centesimum pervenerint. Cæterum hujus oppidi opulenta ferè omnis est ex propolia, scilicet ex frumento emendo, & montanis revendendo, sunt enim incolæ omnes quasi propolæ.

Non longè hinc suas aquas agit *Derventio* per *Elvaston*, unde fuit *Gualterus Blunt*, quem ad *Barones* *Montjoye* dignitatem Rex *Edwardus*

Cokaini.
Fitz-Herberti.

Shirlejorum familia.

Repandum,
Repton.

Darby.

Cervisia,
que Curmi
Dioscoridi,
peram Kyrmi
legitur apud
Dioscoridem.
Priscus
hic est,
& peculiaris
Anglorum &
Britannorum
potus,
idemque
saluberrimus,
quamvis
Henricus
Abrincensis
Normannus
Regis
Henrici III.
Danica.

Turnebus.

Barones
Montjoye.

III. exivit, cujus posteri litterarum ornamentis generis claritatem adaequarunt, & inter illos præcipuè Carolus nunc Comes Devonix, Baro de Montjoy, Hiberniæ Prorex, & Georgiani Ordinis sodalis, virtute & eruditione ita emicuit, ut neminem anteponas, paucos conferas.

Hardwic. In ipso Comitatus orientali limite solo aspero est *Hardwic*, quæ clarè in hoc agro familiae nomen impertijt, & nunc Baronis titulum Guilielmo *Cavendish*, sive *Candish*, Elizabethæ Comitissæ Salopiæ filio secundo-genito, præbet, quem nuper Rex Iacobus honore Baronis *Cavendish* de *Hardwic* honoravit.

Plumbum. Pars Occidentalis ultra Dervationem, quæ tota collibus & montibus eminent, Devo citissimo & limpidissimo fl à Staffordiensibus secluditur. Plumbi autem est adeò ferax, ut de hac regione Plinium locutum arbitrer, cum dixit, *In Britannia summo terre corio plumbum adeò largè eruitur, ut lex ultrò dicatur, ne plus certo modo fiat.* In his enim montibus lapides plumbarij feraces, ut

Opera plumbaria. vocant *Metallici*, quotidie magna copia effodiuntur, quos in collibus *Favonio* obversis juxta *Creach* & *Worksworth*, observatis temporibus cum Favonius flare cœperit, quem omnium ventorum pertinacissimum esse usu deprehenderunt, magna lignorum vi accensa excoquant, & effusis canalibus quibus defluat, in massas, *Soves* vocantur, constant. Stibium etiam, quod *Stibium*. sive *Antimonium*. Officinis Antimonium vocatur, hic in proprijs venis reperitur, quo in tingendis cilijs Græcæ mulieres usæ sunt. Lapidès quoque molares hic excinduntur; cotes item ad ferramenta exacu-

enda; & nonnunquam *Fluor* quidam candidus in fodinis reperitur (Lapides enim è fodinis qui *Fluor apud gemmis sunt similes, Fluores Metallicis* dicuntur) *Metallicos* qui per omnia Crystallo est simillimus. Præter illud *Worksworth*, quod relatu dignum non aliud occurrit, nisi *Haddon* ad *Wie* flumen, cui adjacet *Bakewell*, quod equidem nescio an à thermis hoc nomen mutuatum fuerit, quas *Baden* antiqui Angli, ut Germani sua lingua nominarunt: sanè ad *Wie* fl. scaturiginem non procul hinc *Thermæ*. novem fontes calidis aquis ebulliunt, *Buxtonwell* hodie indigentant, quas cum stomacho, nervis, & universo corpori salubres esse jam usus docuerit, honoratissimus Comes Salopiensis *Georgius* ædificijs nuper illustravit. Quo tempore infelicissima illa *Heroïna* *Mariæ* *Scotorum* regina *Buxtonæ*, *Cæsaris* de *Feltria* versiculos immittans, hoc disticho vale dixit.

*Buxtona, quæ calidæ celebrabere nomine lymphæ,
Fortè mihi posthac non adæunda, vale.*

Antiquitùs etiam has thermas innotuisse, Actus, sive via Romana lapidibus constrata, per septem hinc milliaria ad *Burgh* viculum ostendit. Iuxta quem colli adfigitur vetustum castrum, quondam *Pevecellorum*, *The castle in the Peake* vocatum, Latine de *Alto Pecco*. Sub hoc specus, sive subterraneus meatus (honorem præfabor) *Diaboli* *podex* dictus, magno hiatu patet, multiplicisque recessus habet, quemadmodum & altera in vicina *specus Eldenhole*. Sed quæ memoranda in hac edita & asperâ regiunculâ, quidam hoc te-
trasticho complecti voluit.

*Mira Alto-Pecco tria sunt, barathrum, specus, antrum;
Comuoda tot, plumbum, gramen, ovile pecus.*

*Tot speciosa simul sunt, Castrum, Balnea, Chatsworth;
Plura sed occurrunt quæ speciosa minus.*

*Darbia
Domini, et
Comites.*

Darbiæ Domini è Peverellorum stirpe illi perhibentur quos Nottinghamiæ Dominos jam antè diximus. Postea Rex Richardus I. Ioanni fratri Comitatus & castella de Nottingham, Lancastria, Darbia &c. dedit & confirmavit. Deinde Comites fuerunt è Ferrariorum familia duo Guilielmi, pater & filius: tertius verò Robertus bello civili ita hac dignitate excidit, ut ex posteris nulli, quamvis summo splendore vixerint, in integrum honorem restituti fuerint. Postea Rex Edwardus III. de consilio Parlamenti constituit Henricum de Lancastria, filium Henrici Comitatis Lancastriae. Darbiæ Comitem sibi & hæreditibus, atque inde titulus Lancastrensi stemmati coaluit, donec Henricus VII. eundem Thomæ Stanley contulerit, qui Margaretam Regis matrem jam antè duxerat. Et ex hac familia jam sextus Darbiæ Comes Guilielmus vir longè honoratissimus eo honore letatur.

Parocias includit hic Comitatus 106.

CORNAVII.


PEragratis jam ordine Coritanorum regionibus, qui proximi ad occidentalem Solis plagam fuerunt Cornabij, sive Cornavij sunt perlustrandi: quorum erymon excutiant alij Ego, quod

quod instituti est, Provincias quas ex Prol. descriptione tenuisse videntur, seorsim percurram: scilicet *Warwicke-shire, Worcester-shire, Stafford-shire, Shropshire, & Ches-hire*. In quibus nullum Cornavorum nominis vestigium hodie superest, licet hoc nomen ad inclinatum usque Romanorum imperium mansisse videatur. Sub posterioribus enim Imp. Cornavorum numeri & turmæ meruerunt, ut videre est in libro Noticiarum.

WARVICK-SHIRE.

VArwicensis pagus, qui Anglosaxonibus, uti nobis *Warwick-shire*, ab Ortivo cardine Northatonensibus, Leicestrensibus, & viâ militari, quam dixi; ab Australi Oxoniensibus & Glocestrensibus: ab Occiduo maxima ex parte Wigorniensibus, & à Septentrione Staffordiensibus finitus, in duas distinguitur partes, in *Feldon* scilicet, & *Woodland*, id est in regionem campestram, & sylvestrem. Quas Avona flumen, obliquè per mediam regionem ab Ortivo astitivo in Occasum brumalem defluens, quodammodò sejungit.

Feldon cis Avonam ad Austrum campestri jacet planitie, frugibusque & virenti gramine læta prospectum amœnitate plenissimum despectantibus è colle quem *Edg-hill* vocant, prabet. Ex rubente autem hic terrâ *Redway, Redley*, & pars magna vallis ipsius *The vale of Red-horse* nuncupatur, à forma equi in colle rufescente juxta *Pillerton* à rusticis excisa. In hac parte memoranda sunt *Shippston* in Comitatu Wigornienti, & *Kyn-ton*



Kynton, alterum ovium, alterum vaccarum forum jam olim, unde & nomina irvenerunt: *Compton* in the hole, unde inclyta familia nomen traxit, è qua Henricum Compton ad Baronis dignitatem anno 1572 ~~augustiniana~~ Regina Elizabetha provexit: *Wormeleaston* ovium pasturâ nobile, *Shugbury*, ubi Astroites lapides reperiuntur: *Southam* mercatus haud ignotus, & frequens, necnon *Leamington*, à Leamo fluviolo, qui hanc partem pererrat, sic dictum, ubi fons salvus ebullit.

Hæc in *Feldon*, five campestri parte, quam (nec omittere decet) via illa antiqua *Fosse* transverit intersecat, cujus agger in pascuis jam devijs cernitur prope *Cheserton* habitatio em pervertustæ familiæ *Peitorum*, è qua fuit Guilielmus ille *Peito* Franciscani ordinis, quem Cardinalium & Angliæ Legatum in invidiam Cardinalis Poli Paulus III. P. R. (tanta inerat animis celestibus iræ) frustra creavit, cum Polum Romam accersisset tanquam depravata religionis reum. Verùm Maria Regina, quanquam Romanæ Ecclesiæ devotissima, ita sese opposuit, ut *Peito* Angliam ingredi prohiberetur, & Legativa auctoritas integræ *Polo* relinqueretur, Nescio an hic memorare interfit, quod regnante Edwardo III. quidam scriptis libris conquesti sint, Avaritiam in hoc tractu ovium gregibus, tanquam copijs contractis villas, frequentes obledisse, agricolis abactis expugnasse, & tanta cum clade excidisse, ut ex illis vir eo ævo doctus cum Poëta exclamarit.

Quid facerent hostes capta crudelius arde?

Est enim, ut etiam alibi passim Anglia, ovibus oppletus, & quasi obsessus, quæ, ut Hythodæus *Tho. Mori.* ille dixit, cum, tam mites esse, tamque exiguo ali solerent, nunc, ut fertur, tam edaces atque indomite esse ceperunt, ut homines ut vident, ipsos agros, domos, opida vastent, ac depopulentur.

Ad Avonam verò flumen, ubi adhuc exillis hunc Comitatum subintrat, Rugby se primùm offert lanijs forum frequentissimum. Deinde *Newenham Regis* ad alteram fluminis ripam, ubi tres fontes alumine, ut videtur, percolati erumpunt, quorum aqua lacteo colore & sapore, calculo mederi perhibetur: urinam certè copiosè ciet, vulnera statim consolidat, & sanat, cumq; sale hausta laxat, cum saccharo astringit.

Warwicke. Præcipuum deinde totius Comitatus opidum allabitur Avona, quod nos *Warwicke* vocamus, Saxones *Warryngwyc*, Ninnius & Britanni *Caer Guarnic*, & *Caer Leon*. Quæ omnia nomina, cum à *Guarth* Britannica dictione, quæ præsidium significat, vel a Legionibus, quæ locorum defensionem imponebantur, profluxisse videantur, quodammodò persuaserunt, hoc illud opidum esse, quod *Præsidium* Romanis in Britannia dicebatur, ubi, ut est in Provinciarum Notitia, Præfectus Equitum Dalmatarum sub dispositione Ducis Britanniarum egit. Ea enim, ut obiter notem, provida erat Romanorum prudentia, ut in Provincijs externos milites per præsidia disponerent, quibus cum indigenis, ob morum & linguæ diversitatem, nulla potuit esse conspiratio. Sed hoc *Præsidium* fuisse, & apud nos nostrorum auctoritas docet, qui Romanas Legiones

Milites externi in Provincijs.

WARWICK-SHIRE. 369
hic confedisse memorant, & ipse etiam situs in Provincia pænè umbilico innuit. Nec mirum si præsidium hic Romani habuerint, cum Avonæ flumini rupe satis prærupta immineat, & omnes aditus ex ipso saxo sint effossi. Mœnibus & fossis munitum fuisse apparet, castrum verò & naturâ & opere firmissimum, Warwicensium Comitum olim sedem, ad Africum prætendit, opidumque ipsum ædificijs speciosis est exornatum. Rogerus II. è Normannico sanguine Warwici Comes pulcherrimum B. Mariæ templum in ipso opidi sinu construxit, quod *Bello-campi*, qui successerunt, suis sepulchris condecorarunt.

Inde ad Avonam fl. *Guy-cliffe*, alijs *Gibcliffe*, *se-Guycliff*, det, nunc Thomæ de *Bello-sago*, sive *Beau-foe* ex veteri Normannica prosapia habitatio, & quæ ipsa sedes est amœnitatis. Vnde *Thelley* fluviolus per *Compton Murdac*, nunc Equestris familiae *Vernajorum*; & *Thelifford*, Avonam petit, qui *Strat-Vernajford* mox allabitur emporium non inelegans, quod duobus suis alumnis omnem dignitatem debet, Joanni de *Stratford* Archiepiscopo Cantuariensi, qui templum posuit, & Hugoni *Clopton* Pratori Londinensi, qui Avonæ pontem saxæum quatuordecim fornicibus subnixum, non sine maximis impensis induxit. *Cloptonorum* verò hereditas nostro tempore ad duas sorores cohæredes descendit, quarum altera enupta Georgio *Carew* Equiti clarissimo, Serenissimæ Reginae Annæ Procamerario, quem titulo *Baro Caronis Carew de Clopton* Rex Iacobus ornavit, & ego vel hoc nomine memoro, quod venerandæ *Clopton* antiquitatis sit summus admirator.

Sylvestrem regionem nunc perlustremus, quæ trans Avonam fl. ad Septentriones expanditur spatio multo majori, maximam partem nemoribus infesta, nec tamen sine palcuis, arvis, & varijs ferri venis. Hæc ut hodia *Woodland*, id est regio *sylvestris*, ita etiam *Arden* antiquiori nomine dicebatur, verum eadem planè, ut ego existimo, significatione, *Arden* enim pilicis Britannis & Gallis sylvam significasse videtur, cum in Gallia sylvam maximam *Arden*, opidum in Flandria juxta alteram, sylvam *Ardenburg*, & celebratam illam Angliæ sylvam truncato vocabulo *Den* nominari videamus. ut *Dianam* illam taceam, quæ in antiquis Galliæ Inscriptionibus *Arduenna*, & *Ardoina*, id est, si quid ego video, *Sylvestris*, & eadem fuit, quæ Italiæ inscriptionibus *Nemorensis* nominata. Ad Occiduum hujus latus, *Arrow* fl. ad Avonam properat, qui an à velocitate sic dictus fuerit, ut *Tigris* Mesopotamiæ (*Arrow* enim nobis *sagittam*, ut *Tigris* Persis denotat) vel contra à lento cursu (quod *Ara* pilicis Gallis & Britannis significavit) viderint alij. Huic adsidet *Caughton*, *Throckmortonorum* Equestris familiæ præcipua sedes. Neque multum hinc abest *Ousley*, quæ per filiam unicam Edwardi *Willoughbey*, ad Fulconem *Grevill*: virum & Equestri dignitate, & naturæ facilitate clarissimum devenit, cujus unicus filius eodem itidem nomine, ita veræ virtuti & germanæ nobilitati se consecravit, ut animi nobilitate genus longè exuperet.

Sub hoc in *Arrow* influit *Alne*, sive *Alenus*, qui inter sylvas cursum agens, *Henley* mercatorium

rium opidulum subluit. Ad *Arrow* verò & *Aleni* hujus cunfluentes vidimus *Aulcester*, *Matthæo* Parisiensi *Allencester*, & rectius, quod celebratissimum & antiquissimum esse contendunt incolæ, unde *Oulcester* dictum volunt: Nunc autem in exiguum rerum venalium mercatum decrevit, sed frumentarijs nundinis celebratissimum.

Magis ad Ortum æstivum, ubi rivuli coëuntes lacum inter vivaria diffundunt, qui statim ripis coercitus canalem agit, *Kenelworth*, olim *Kenelwortha*, vulgo, sed corruptè *Killing worth* apponitur, & inde denominatur, castrum amplissimum pulcherrimum, munitissimum, vivarijs circumseptum, quod construxit *Galfridus Clinton* Henrico I. à cubiculo, & ejus filius, ut prolatis tabellis ostendi posset. Verum hujus pronepos *Henricus*, cum prole careret, *Henrico* III. Regi divendidit, qui cum *Æleonora* sorore *Simoni de Montforti* *Leicestris* Comiti in dotem assignavit. Illo autem in bello Baronico post funestissimas turbas sublato, idem *Henricus* Rex hoc castrum in hereditatem familiæ *Lancastrensis* adscripsit. Nuper verò ex Regina *Elizabethæ* munificentia sedes erat *Roberti Dudley* Comitis *Leicestrensis*, qui ad illud instaurandum & ornandum nihil non fecit, adeò ut sive ædificiorum splendorem, sive vivariorum amplitudinem spectes, inter Angliæ castra in terijs consistere quasi dedignetur.

Hinc *Solyhill* vidi, sed in eo nihil visu dignum præter Ecclesiam, deinde *Bremicham* incolis infertum, & incudibus resonans, sicut enim pluri-

*Arden.**Throckmorton.*

mi fabri ferrarij. Inde in extremo hujus agri ad Boream margine *Sutton Colfeild* loco saluoso & ingrato Ioannem *Voyfi* Episcopum Exoniensem alunnum suum prædicat, qui opidulum jamdiu intermortuum, regnante Henrico III. ædificijs, privilegijs, & ludo litterario excitavit.

Coventrey.

Inferius in medio *Sylvestris* hujus regionis *Coventrey* sedet. à conventu dicta, ut credimus, cum ejusmodi Conventum nos nostra lingua *Covent*, & *Covent* appellemus, & sæpius in historijs nostris, & Pontificum decretis *Coventria* dicatur. Superioribus sæculis lancis & pileis conficiendis ditata, unicum fuit harum regionum Emporium, & plusquam mediterranea, frequens: utpote urbs percommodo situ, ampla, nitida, mœnibus munita firmis, & ædificijs exulta pulcherrimis; inter quæ duo rari operis contigua, & quasi æmula exurgunt templa. Ex intima tamen antiquitate nihil habet. omnium enim antiquissimum videtur fuisse Monasterium, cujus parietinas juxta illa templa vidimus. Quod à Canuto Rege fundatum, anno 1040. ampliavit, & quasi de novo construxit *Leofricus* Merciorum Comes, tanto auri & argenti splendore, ut angusti viderentur ipsi parietes Ecclesie thesaurorum receptaculis, miraculo porro visentium oculis, ex una enim trabe 50. argenti *Marcæ* fuerunt crasse. Tantoque ditavit patrimonio, ut *Robertus* de *Linsley* *Lichfeldensis* & *Cestrensis* Episcopus huc sedem quasi ad *Lydiam* arenam transferret: ut ex

Gui. Malmesbur.

ipsis Ecclesie gaxis surriperet, unde Regis manum imple-
ret, unde Papæ occupationes falleret, unde Romanorum
aviditati arriperet. Verum sedes hæc post paucos
annos

Idem scri-
ptor,

annos *Lichfeldiam* remigravit, ita tamen ut
unus idemque Episcopus *Coventrensis* & *Lichfeldensis* diceretur. Primus hujus urbis Dominus, *Coventria*
Domini.
quod novimus, *Leofricus* ille, qui in cives
commonior gravissimos illos tributis oppressit,
quæ nulla alia lege laxari voluit, *Godlivi* uxore
obnixè intercedente, nisi ipsa nuda frequentissi-
ma urbis partem, obequitaret, quod promissi-
simum suis capillis obrecta, à nemine, si fides
sit vulgo, visa præstitit, & *Coventrenses* suos
multis pensitationibus in perpetuum exolvit. Ex
quo verò hic locus *Cornubiæ* Comitatus per *Io-*
annem de *Eltham* fratrem Regis *Edwardi* III. fuit
junctus, maximopere floruit, & Reges varias
immunitates dederunt, præcipuè *Edwardus* III.
qui Prætores duosque *Ballivos* eligere permisit,
& *Henricus* VI. qui, aliquot vicinis opidulis ad-
junctis, concessit, ut integer Comitatus per se
corporatus in re & nomine esset, distinctusque à
Comitatu de *Warwick*, quo tempore pro *Balli-*
vis duos instituit *Viccomites*. Hic ad portam
quæ *Gofford* dicta, ingens os spatulare *Apri* im-
manis spectatur, quem vel *Guidonem* *Warwic-*
ensem, vel *Dianam* *Nemorensem* inter venan-
dum premississe putes, cum puteum illum sive
stagnum eruncasset, quod olim *Swineswell* ap-
pellatum fuisse antiquarum *Chartarum* probat
auctoritas.

1050.

Ad *Watlingstreet*, sic militarem Romanorum
viam cum vulgo vocamus, ubi ponte saxeo
Anker si. conjungitur, *Manduesedum* opidum lon-
gè vetustissimū ab *Antonino* memoratum locum
habuit, quod suo nomine non omnino vidua-

Mandues-
sedum,

Mancester. tum, nunc *Mancester* dicitur, Ninnij Catalogo *Caer Manceged*, quod nomen, cum lapidicina ad-
 jacet, è qua structiles lapides effodiuntur, à
 lapidibus effossis impositum suspiciari liceat.
 Quantum autem, & qualecunque olim fuerit,
 viculus hodie perexiguus vix quatuordecim
 ædiculas numerat. Hinc enim *Atherstone*, mer-
 catus frequens, illinc *Nonn-Eaton* sua vicinitate
 exhausit. *Atherstonia* contiguum *Merival*,
 id est *Vally bilans*, ubi Monasterium erexit Ro-
 bertus de *Ferrarijs*, in quo ipse corio bubalino in-
 tectus sepultura traditus.

Comites
 Warwici.


Henricus, filius Rogeri de *Bello-monte*, primus
 fuit Warwici è Normannico genere Comes.
 Ex hac familia hunc honorem gesserunt Roge-
 rus filius Henrici, Guilielmus filius Rogeri, Wal-
 leranus frater ejus, Henricus filius Wallerani,
 Thomas filius ejus, Margeria Thomæ soror,
 quæ obiit sterilis, cujus tamè duo mariti uxorio
 jure, & Principis gratia in Comitum Warwi-
 censium honorem ascenderunt. His defunctis
 Wallerandus Margeriæ patruus surrogatus est.
 Illo sine sobole mortuo soror ejus Alicia heredi-
 tatem adiit. Postea Guilielmus ejus filius, qui
 sine liberis è vita decessit. Isabella autem eius
 soror Guilielmo de *Bellocampo* collocata War-
 wicensem titulum in *Beauchamporum* famili-
 am intulit. Ex hac stirpe sex floruerunt Comi-
 tes, & Dux unus, nempe Henricus, cui novo
 exemplo concessit Rex Henricus VI. ut hoc ti-
 tulo uteretur, *Henricus Præcomes totius Angliæ*, &
Comes Warwici, Vectæ Insulæ Regulum dixit,
 posteaque in Ducem Warwici creavit. Hinc
 nata

nata est unica filia Anna, quæ teneris annis
 obiit, successoremque habuit Richardum *Neill*
 (qui sororem Ducis illius Warwici duxerat)
 virum invicto animo, sed fluitante fide, fortuna
 quodammodo pilam. Edwardus hujus è filia
 altera, & Georgio Duce Clarentiæ nepos suc-
 cessit, quem puerulum & insontem in suam &
 suorum securitatem capite plexit Henricus VII.
 Iacuit deinde ille titulus, donec Edwardus VI.
 Joanni *Dudleia* genus à *Beauchampis* repetenti de-
 tulerit, qui sub Maria Regina profundam ambi-
 tionem capite luit. Filii autem ejus Ambrosii
 bellica virtute & naturæ facilitate ornatissi-
 mus Regiæ Elizabethæ benignitate illam pa-
 tris dignitatem nostra memoria recepit, cum
 magna laude gessit, & sine liberis diem obiit.

In hoc Comitatu sunt Ecclesiæ Parochiales 158.

WORCESTERSHIRE.

Cornaviorum regio altera, mutato nunc no-
 mine, *Wigorniensis Comitatus* Latine, *Worcester* Nomen
Worcester Anglosaxonice à primario opido, *Wor-*
cester-shire vulgò dicitur. Cujus incolæ cum cir-
 cumvicinis Bedæ ætate *Wiccii* vocabantur. quod
 nomen si à sinuoso firmine, quod accolunt, non
 sit inditum, è salinis factum videatur, quas *Wic-*
ches prælii Angli sua lingua nominarunt. Salinæ
 enim hic sunt nobilissimæ, pluresque salis fontes
 sapius reperti, qui tamèn obstructi, eo-quod



cautum, uno solummodo loco salem excoqui, ut sylvis sit prospectum. Nec mirum utique sit a salinis loca denominari, cum majores nostri Germani, ut auctor est Tacitus, hujusmodi loca proximè propinquare coelo, precesque mortali-um à Dijs nusquam propius exaudiri religiose crediderint.

Hæc regio, cui collimitant ab Ortu Warwicenses, à Meridie Glocestrenses, ab Occasu Herefordenses, & Salopienfes, atque ab Aquilone Staffordienfes, ut uno verbo dicam, coelum & solum aded propitium habet, ut salubritate & ubertate vicinis non concedat; pyrorum inprimis ferax, ex quorum vinoso succo fictitium vinum Pyrry dictum conficiunt, quo plurimum utuntur, quamvis sit, ut id genus alia, & frigidum & flatulentum. Nec ab aquâ sanè minùs est felix, gratissima enim ubique sunt flumina, quæ pisces deliciores affarim suppeditant. Ut enim quæ obscurioris sunt notæ omittam, per mediam regionem à Septentrione in Meridiem fœcundantem alveum intendit Sabrina flumen nobilissimum, & partem Australem perfundit Avona, qui à Warwicensibus descendit, ut Sabrina adeat.

Sabrina primùm in ipso ingressu inter Kidderminster, & Beawdley interlabitur. Hoc à bello situ merito sic dictum, amœnissimè in declivi colle flumini ad Occasum impender, regijs ædibus Tikenhall, quas in Arthuri principis secessum construxit Henricus VII. celebratum opidulum. Illud autem è regione ad Ortum, sed à ripa remotius, opidum sanè nitidum, & rerum venalium

lium forum imprimis frequens, *Stoure* fluviolo interfusio divisum, cui nunc maximo est ornamento Ecclesia perpulchra, in qua ex insigni *Cocksejorum* stirpe nonnulli inhumati.

Obliquior inde *Sabrina Hertelburij* Wigorniensium Episcoporum castrum non procul distitum salutans, ad *Holt*, à sylva densiori sic dictum, se confert. Vnde defluens flumen tot fluviatiles *murænas* alit, ut vivarium hoc in loco illis fecisse videatur natura, cujusmodi olim crescente luxu excogitarunt Romani. *Lampreyes* à Latinorum *Lampetra*, quasi à lambendis petris vocamus quæ anguillis similes sunt lubricæ & nigricantes, prona tamen parte nonnihil carulei, utroque gutturis latere septenis paribus foraminibus acceptam aquam admittunt, cum branchijs omnino careant. Verno tempore maximè probantur utique suavissimæ, ætate namque indurescit nervus interior, qui illis propina. Delicatiores verò faciunt Itali condimento peculiari. Vino enim Cretico necant, muce myristica os claudunt, foramina totidem gariophyllis adimplent, conuolutamque in spiras, additis avellanis tritis, medulla panis, oleo, vino Cretico, aromatibusque, ad temperiores prunas certis momentis in tegano sedulo excoquant. Sed quid mihi cum re coquinaria, & Apicio?

Infra *Holt*, orientalem ripam *Sahwarpo* anni adventanti *Sabrina* patetfacit, qui è Sequentri-
 onali regionis parte promanans, per *Bromesgrave* non ultima sortis mercatum defluit, haud procul à *Grassion* inclytæ familiæ *Talbottorum* sede, atque

atque hinc ad *Droitwich* delabitur, ubi tres fontes gignendo sale fœcundi, fluviolo falsedinis experti interfluente divisi, peculiari naturæ doctescaturium, è quibus sal purissimus & candidissimus sex quotannis mensibus, ab æstivo solstitio ad brumale fornacibus multis circumpositis excoquitur. quo opere quanta lignorum vis absumatur, *Fekyham forest* densissimus quondam saltus, & circumvicinæ sylvæ, si homines taceant, sua raritate indes magis magisque indes eloquantur.

Non quatuor hinc milliaria delatus est *Sabrina*, quæ præcipuam Provincie urbem *Worcester* sibi appositam lentior quasi demirans præterfluit, & admiratione sanè non indigna est, sive vetustatem, sive venustatem spectes. Ejus utique meminerunt Antoninus sub *Branonij* nomine, & Ptol. sub *Branogenij*, quo nomine etiamnum *Caer Wrangon* Britannis vocatur, Saxonibus postea *Weogareceaster*, Latinis *Wigornia*. A Romanis, ut probali est, condita fuit, cum ad Trans-Sabrinis Britannos cohibendos secundum Orientalem *Sabrina* ripam urbes per intervalla disponerent, Posita est in loco modicè acclivi ad flumen, quod turrigero ponte conjungitur, & muro satis firmiter munita. Sed decus est ab incolis, qui sunt numerosi, humani, & lanificio opulenti, ab ædificiorum nitore, à templorum numero, & maxime à sedè Episcopali, quam *Sexwulfus* Merciorum Episcopus anno Christi 680. constituit, constructâ ad Australem urbis partem Ecclesio Cathedrali, quæ sæpius reparata, & paulatim producta ad occasum, ferè usque ad

Murænae,
Lampreyes.

Bromesgrave.

Fontes falsi

Worcester
 Branogenium.

ad Sabrinae ripam, speciosum sanè, & magnificū, est ædificium, monumentis Ioannis Regis, Arthuri Principis Walliæ, & quorundam *Beauchamporum* nobile, doctissimisque viris (Præbendarios vocant) inclytum, quos in Monachorum vicem (qui ampliùs quingentos annos in omnium rerum affluentia quasi rerum potiti fuerant) Henricus Octavus substituit, ludumque litterarium ad erudiendam juventutem erexit. Vrbs, licet non semel conflagravit, & intestinis bellis semel atque iterum conflictata sit, nihilominus è favillis semper se pulchriori forma resuscitavit, politiaque floruit optima, quam duo Ballivi è viginti quatuor civibus electi, duo Seniores sive Aldermanni, duoque Camerarij administrant, cum communi Consilio, quod ex 48. civibus constat.

A Wigornia flumen in Austrum profluens *Porwicke, Hanley, & Ypton* mercatum novissimum, ubi Romanorum numismata sæpenumerò eruntur, inter lætissima & redolentia præterlabitur. Non procul hinc à dextra ripa *Malvernehills* suspicit Sabrina, colles sanè, sive potiùs montes magnos & editos, qui per septem plus minùs mill. pass. ut gradus subinde confurgunt, hunc agrum ab Herefordensibus dirimentes. Ex opposito ferè eadem distantia ab altera ripa *Bredonhills*, colles multò minores, quasi æmuli tamen se collunt. Sub his Bredonij collibus ad Austrum *Washborn* (unde cognomen familie in hoc tractu perverusta & insigni) item viculus unus & alter cernitur in particula hujus Provinciae à reliquo corpore quasi divisa, cujus modi

modi ollæ circumcirca particulae disperguntur, sed quam fuerit caussa non dixerim, nisi forte qui olim præfecti fuerunt, sua patrimonialia vicina regioni cui præfuerant, adjunxerint.

Avona fl. supra, Sabrinam petens, delabitur, qui in hoc agro *Evesham* irrigat opidum satis *Evesham* elegans, notum valle subjecta, *The vale of Eufham* inde denominata, quæ sua fecunditate harum regionum cella penuria dici meruit, ea terræ benignitas in optimis frugibus uberrime profundendis. Ad eundem fl. *Charleon* juxtà sedet nunc claræ familie *Dinglejorum*.

Hæc Provincia à Normannicis temporibus primum Vicecomitem habuit *Vrfum*, sive *Vifonem de Abtot*. Illique successit *Rogerus filius*. Verùm hæc Vicecomitum dignitas per *Emelinam Rogeri hujus fororem* in familiam *Bellocamporum* hæreditariò translata fuit. Paucis interjectis annis *Stephanus Rex Walleranum Mellenti Comitem*, primum *Wigornia Comitem* instituit, urbem *Wigorniam* illi largitus, qui postea monachus factus *Pratellis* in Normannia obiit 1166. Inde usque ad *Richardum II.* tempora nemo quod sciam *Wigornia Comitatus* titulum gessit. Ille autem *Thomæ Percy* contulit, quem cum bello intestino *Henricus III.* interemisset, *Richardus de Bellocampo* ab *Abtotis* oriundus hunc honorem à Rege *Henrico V.* postea accepit. Post illum sine prole mascula defunctum, *Ioannem Tiptoti Wigornia Comitem* creavit *Henricus VI.* Cujus filio sine prole defuncto, & hæreditate inter sorores *Ioannis illius Tiptoti* divisa: *Carolus Somers-*

Somerſettenſis, Henrico Ducis Somerſettenſis filius naturalis, ab Henrico VIII. hoc titulo ornatus eſt, cui recta ſerie ſucceſſerunt Henricus, Guilielmus, & Edwardus qui jam floret, atque inter cæteras virtutis & nobilitatis laudis, bonarum litterarum ſtudijs impenſè favet.

Hic agey Paræclius 152. numerat.

STAFFORDSHIRE.


Tertia Cornavorum regio nunc *Staffordſhire*, cujus incolæ Bedæ, quia Angliam mediam inhabitantur, Angli mediterranei vocantur, ab Ortiva plaga Warwicenſibus & Darbiensibus, à Meridiàna Wigornienſibus, ab Occidia Salopienſibus præcincta, quaſi rhombi formâ ab Auftro in Septentriones procedit, medio latior, & extremis ſe anguſtantibus. Pars Septentrionalis montana & minis læta; Media Trentâ fl. perſuſa lætior, ſylvis amictar, arvis & pratis variata, uti & Meridionalis, quæ etiam carbones foſſiles habet, & ferri venas, ſuo verò commo, an incommodo, norint incolæ, & ipſi dixerint.

In hac Auſtrali parte *Dudley* caſtrum Wigornienſis proximum primùm caput exiit, à Dudone Angloſaxone circa annum ſilutis 700. poſitum & denominatum, quod tandem Richardus *Sutton* Eques auratus cum uxore Somerſiorum hærede accepit, cujus poſteri jaminde Baro.

Conſinia.

Solum.

Dudley caſtell.



Barones de *Dudley* dicti in honoratissimam familiam succreverunt. Post hoc memoratu digna in hoc tractu occurrunt *Chellington* perpulchra ædes & manerium antiquæ & celebris familie *Giffardorum*: *Vulfrunes-hampton*, corruptè *Wolver-hampton*, cujus maxima celebritas est ex Collegio adnexo *Custodi*, sive Decano, & Præbendarij *Windsoræ*: *Theoten-hall*, hodie *Tetnall*, *Wesf-borrow*, & *Walsfall* non infima fortis mercatus. Juxta quem *Tama* fl. aquas agit suas, qui hanc procul exortus per aliquot milliaria Orientalem hujus agri partem Trentam quærens pererrat prope *Draton Bassett* sedem *Bassetorum*. Inde pontem ad *Falkeley* (per quem antiqua Romanorum via transit) penetrans, *Tanworth* subluit, ita agrorum confinio locatum, ut pars altera, *Warwicensis*, altera hujus agri censetur. Nomen verò factum est à *Tama* præterfluente, & Saxonica dictione *Wworth*, quæ ita *Cortim* & *Prædium* significat, ut etiam insulam annicam, vel locum aquis circumfusum denotet, uti & *Keyfers-weort*, & *Bomels-weort* in Germania *Cæsaris insulam*, & *Bomels insulam*.

Ad *Falkeley* pontem quem dixi, ut pedem referam, via illa militaris Romanorum sæpius jam dicta, & dicenda, hunc Comitatum subintrat, & recta quodammodo lineâ interfecans in Occasum ad *Salopienses* tendit. Ad hanc, ea distantia, quam inter *Mannessedum* & *Etocetium* interponit *Antoninus*, in cadaver vetustæ urbeculæ incidi vix mille pass. ad Austrum à *Lichfeldis* Episcopali sede notissima: Loci nomen hodie vulgari lingua *Wwall* à moenium reliquijs quæ

ibidem

ibidem supersunt, & *Castle Croft* appellantur, quasi *castris campis*. Cui antiquam urbeculam ad alteram viæ partem adjunctam fuisse, & ante *Guil. Conquestoris* tempora deletam, ex fama à majoribus tradita referunt incolæ; simulque certissimos vetustatis testes Romanorum *Cæsarium* numismata producant: *Etocetum* ergo jamdiu quæsitum bonis certè avibus hic inveni, meque antea tota via aberrasse ingenuè fateor. Sed quod in primis præstat probationem, hinc ducit militaris via pulchro & continuo ferè aggere, donec *Penck* flumine interrumpitur, & laxo ponte conjungitur ad *Pennocrucium*, ea quam statuit *Antoninus* intercapedine: Quod ipsum nec nomen adhuc deposuit, pro *Pennocrucio* enim *Penckridg* vocatur, sed nunc tantum viculus equorum nudinis celebris.

Trenta, qui suo quasi jure tertium sibi locum inter Angliæ flumina vendicat; in superiori hujus Comitatus parte; quæ Occasum spectat, è duobus vicinis fontibus effluit. Quidam imperiti & male feriati homines à Gallica dictione *Trente* dictum somniarunt. Vnde etiam finxerunt triginta fluvios in illum influere, totidemque piscium genera in eo natare, quorum nomina rhythmo Anglico decantant accola; nec dubitant huic adscribere quod *Tibisco* suo tribuunt *Hungari*, duas scilicet partes aquam esse, tertiam pisces. A fontibus in Meridiem primum multis ambagibus descendit non procul à *Novo castro subter Lymam*, respectu antiquioris quod juxta ad *Chesterton subter Lymam* olim flossuit, cognominatum. Inde per *Trent-ham* ad *Stone* Stone.

B b

merca-

Wwall,
Etocetium.

Pennocrucium,
Penckridg;

Trenta fl.

mercatorium opidum properat, quod Saxo-
nico sæculo enatum, nomen à saxis invenit, quæ
solemni ritu majores congefserant ad designan-
dum locum, ubi Wolpherus Rex Merciorum
paganissimus filios Wulfaldum & Rufinum,
quod Christo nomina dedissent, immani scele-
re trucidavit. Desertur hinc placidè Trenta per
Sandon, quæ nunc sedes hæreditaria *Sampsonis*
Erdeswick viri clarissimi, & venerandæ antiquita-
tis cultoris maximi.

Ab hoc, in ortum Trenta cursum desectit, &
ab Austrò *Canoc* sylvam, vulgò *Cankwood*, longè
lateque diffusam habet, demumque *Sow fl.* fini-
stra ripa suscipit, qui emergit juxta *Healy* cas-
trum, à Baronibus de *Aldeleg* sive *Awley* ex-
structum, à quibus familia *Stanleiorum* Comitum
Derbiæ, sed hæreditas & nomen ad *Touchettos*
descendit, in quorum sobole illa dignitas ad-
huc elucet. Nec silentio hic prætereundæ sunt
ædes *Gerards Bromley* sedes præcipua Thomæ *Ger-*
ard, quem Baronem *Gerard de Gerards Bromley* pri-
mo regni sui anno Rex *Iacobus* creavit.

Sow iste Trentæ quasi parallelus æquali distan-
tia fuit per *Chebsy*, nec procul ab *Ecclesball* habi-
tatione Episcopi *Lichfeldensis*, & *Ellenball*. In-
de *Stafford* subluit, olim *Statford*, & prius *Bethe-*
ney, agri totius caput, cui maximum tamen decus
à *Stafford* castro adjuncto, quod Barones de
Stafford sibi in sedem construxerunt. Sub quo
Penkys fluviolus *Sow* illi commiscetur. Prope
autem *Sowi* & Trentæ confluentes interfidet
Trickball habitatio familiæ *Astonorum*, quæ hoc
tractu imprimis celebris. His susceptis aquis
Trenta

Baro Ge-
yard de Ge-
rard Brom-
ley.

Stafford.

Astoni.

Trenta medium jam agrum in Ortum placidè
fecat, *Chartley* castrum duorum milliarium di-
verticulo à sinistra ripa sejunctum prospiciens.
A dextra ripa eadem ferè distantia inter sylvas
amœnissimè sedet *Beaufert*, cujus quartus jam
Baro *Thomas Pagettus* hodie floret, ac sua virtu-
te & artium optimarum studijs familiæ est or-
namento.

Barones
Paget de
Beaufert

Lichfeldia inde visitur vix quatuor mill. pass.
ab hac dextra Trentæ ripa semota, *Licidfeld* *Be-*
da vocat, quod *Rossus Warwicensis* *cadaverum*
campus interpretatur, & plurimos Christianos
martyrio ibi sub *Dioclesiano* affectos refert.
Urbs est humili situ, satis ampla, & nitida, in
duas partes palude, sive aquâ minùs profundâ,
divisâ, quæ tamen duobus aggeribus, quibus
subiunt sua emissaria, conjunguntur. Australis
pars sive citerior multò major est, & in varias
descriptâ plateas scholam ostendit, & Hospitale
pauperibus sublevandis positum. Vltior mi-
nor est, templo autem spectatissimo insignis,
quod pulcherrimo incœnium ambitu instar cas-
telli, & elegantissimis Præbendariorum ædi-
bus, Episcopi que palatio redimitur, præcullen-
ti specie tribus è saxo pyramidibus in excelsum
furgit, multisque retro antè sæculis Episcopo-
rum sedes fuit. Opidum verò pattum memoria
à Rege *Edwardo VI.* nomine *Ballivorum & Burgen-*
sium primùm fuit incorporatum.

Lichfeldi

Palus ista *Lichfeldensis*, se in alyeum colli-
gens, citò in *Trentam* immergitur, qui in Or-
tum cursum continuat, donec *Tamæ* flumini ab
Austro obviat, cum quo porrò consociatus per

loca Alabastrite foecunda cursum in Septentrio-
nes deflectit, & *Burton* Alabastrinis operibus
celebre opidum ferè circumlambit.

Pars Septentrionalis montibus non magnis
leviter intumescit, qui hinc exorsi, per Angliam
mediam perpetuum dorsum perpetuis jugis
magis magisque elatim ad Scotiam usque, nomine
sape mutato, agunt. Hic enim *Moreland*, inde
Peake, deinde *Blockston edge*, postea *Craven*, dein-
ceps *Sianmore*, & demùm in cornua scissi *Cheviot*
vocantur. Haec *Moreland*, sic dicta quod in mon-
tes & colles celsior surgat, & sit infrugifera (cu-
jusmodi loca *Mooves* nostra lingua vocamus) re-
giuncula sanè adeò aspera, & squallida, & frigida
est, ut nives diu tueatur, & de rusticano hic vi-
culo *Wotton* colli *Wevero* subjecto circumferatur
apud vicinos hic versiculus, quasi Deus locum
nunquam inviserit:

Wotton under Wever,
Where God came never.

Ex his montibus plura in hoc agro emanant
flumina, praecipua verò sunt *Done*, *Hanse*, *Churnet*,
Teyn, *Blith*, & qui singula capit, & ad mare de-
fert *Trenta*. *Dovus*, cujus ripae exstructae sunt è
solida calce, qua adusta ad stercoreandos agros
utuntur, Orientalem hujus agri partem magna
ex parte citus perstringit, & à Derbientibus se-
parat argilloso alveo sine ullo coenoso pulvino
currens, per solum quod è calce illa, quam *Lime-
stone* vocant, unde eam fertilitatem exugit, ut
vel media hyeme prata ex utraque ripa latissimè
vireant, & si ripas excedat, & pratis super-
natet

natet mense Aprili, ita quasi alter Nilus foecun-
dat, ut vulgò accolae latenter dicant:


In April Doves flood
Is worth a Kings good.

Hic fluvius spatio duodecim horarum ita in-
tumescit, ut oves & armenta secum rapiat &
ferat, cum magno accolarum terrore, sed spa-
tio rursus eodem detumescit, & se in suas ripas
revocat, cum *Trenta* semel exurgens & ripas
superans agris totos quatuor vel quinque dies
incumbat.

Dovus ponte è saxo solidissimo constratus,
Vicster, Saxonice *Vitokceaster*, colle molliter ac-
clivi, pratis floridis & re pecuaria magis dives,
quam structurâ elegans, subterfuit. Postea
cum jam *Trentam* propius accidit, *Tutburij* ca-
strum olim per amplum, ex alabastrino colle
subjectae regioni quasi minitans, invisit.

Ceterum *Staffordiensis* titulus à *Roberto de Staffordia*
Stafford, quem *Guilielmus Normannus* magnis
possessionibus accumulavit, ad nostra usque *Comites, et*
Barones.
tempora in ejus progenie permanet. Familia,
siqua alia, clara & antiqua, sed alternantis for-
tunae vices subinde experta. Primum enim *Baro-
nes* erant de *Stafford*, inde *Comites*, postea
Duces Buckinghamiae, & *Comites Staffordiae*.
Nunc verò suo fato ad pristinum *Baronum* titu-
lum reciderunt, & amplissimae hereditatis,
quas honoratissimis conjugijs adierant, quasi
dissugerunt, letiorque successit securitas, quae
cum fortuna in potentium aedibus cohabitare
nescit.

Habentur in hoc Comitatu Parocia 130.



Q Varta ex illis regionibus quas Cornavij olim infedisse videntur, *Starypsyre*, & *Shrobbeseyre* Anglosaxonibus, nobis *Shropshire*, & Latinis Comitatus Salopiensis dicta, cæteris spatio multo major, nec ubertate, aut amœnitate minor, ad Orientem Solem Staffordienses, ad Occidentem Montgomerienses, & Denbighienses, ad Meridiem Wigornienses, Herefordenses, & Radnorenses, & ad Septentriones Cestrenses attingit. Opidis & castris undique stipata est frequentissimis, utpote quæ limitanea fuerit, vel *Ager arcifinius* (ut Siculi Flacci verbo utar) arcendis finitimis Wallis. Vnde majores nostri Anglosaxonico vocabulo *confinia* hujus Comitatus Walliam versus, *The Marches* dixerunt: nobilesq; nonnulli in hoc tractu *Barones Marchia*, quasi *Domini limitanei* dicti. Qui etiam olim *Marchiones de Marchia Wallie* Latine nominati erant, ut constat ex Rubeo libro in *Scaccario Regni*.

Nec tamen universam hanc regionem ad Cornavios spectasse existimam, sed solum *Cis-Sabrina*; *Trans-Sabrina* verò *Ordovicium* fuit, qui latè hic coluerunt, cujus pars aliqua, ut etiam in *Cis-Sabrina* territoriola nonnulla, quæ ad *Dominos limitaneos* spectarunt, non ita pridem auctoritate *Parliamentaria* huic agro adjuncta. In has enim duas partes universa distribui commodè potest, *Sabrina* scilicet ab *Occasu* æquinoctiali in *Orum* hibernum intersecante, In *Trans-sabrina* limitem Australem *Tendus* scilicet *Britannicè Tefidiac* stringit, cui demùm confluit *Colunus*, *Britannicè Colunwy*, & contractè

*Bishops
castle.*

Clun. Hic interius scaruriens non procul è frequentiori opidulo *Bishops Castle* dicto, quia ad Episcopos Herefordenses spectavit, quorum diocesis in hac Provincia late patet, *Coluno-castro*, vulgò *Clune castle* nomen impertit. Vbi verò cum *Temdo* coit, inter vada incerta intereminet antiquæ admodum memoriæ collis, quem *Cæsar Caradoc* vocant, eo-quod circa annum salutis 53. *Caratacus* Britannus Rex clarissimus saxorum vallo præstruxerit, & obfirmato animo cum suis contra *Ostorium* & Romanorum legionarios defenderit. *Ludlow* inde Britannicè *Dinan*, ad ejusdem *Temdi* cum *Corvo* confluentes colle attollitur, majore elegantia, quàm verustate opidum. *Rogerus* enim de *Monte-Gomerico* primus castrum pulcherrimum & munitissimum, quod *Corvo* impendet, struxit, & inde mœnia, quæ plus minùs mille pass. circuitu colligunt, adjecit. Ipsique postea incolæ in ipso opidi sinu, editissimo loco, templum, quod unicum habet, perelegans posuerunt. Tunc in honore esse cœpit, vicinisque præluere, & nunc in primis ex quo Concilium limitaneum nõ dissimile Parlamentis illis Gallicis instituit *Henricus VIII.* cujus Præses hic plerumque forum agit, quod vix unquam refrixisse videres, sive ex amplissima quam exercet auctoritate, sive ex mira Wallorum ad litigandum alacritate. Constat hoc Concilium ex D. Præsidente, tot Consiliarijs quot Principi placuerit, Secretario, Attornato, Sollicitatore, & quatuor Comitatum Walliæ Iustitiarijs.

Temdo nunc Salopienses relinquente, ad ejus ferè ripas, Septentrionem versus, protuberant colles

*Caratacus
Rex.*

Ludlow.

*The Council
in the
Marches.*

colles faciles, *Clechill* vocant, hordei optimi proventus laudati, nec sine ferri venis. Ad horum ramentum *Kinlet* vidimus, ubi *Blunti* floruerunt. *Bluntorum* certè nomen, quod à flavo capillo factum, hoc tractu celebre, familia nobilis, vetusta, & cujus rami longè diffusi. *Brugnorse*, vulgò *Bridgnorth*, inde vidimus ad dextram *Sabrina* ripam, muris, fossa, amplo castro, & *Sabrina*, qui in proximam altitudinem depressus inter rupes defluit, tutum, rupeque situm, è qua via in superiorem opidi partem ducentes sunt excisæ.

Alia sunt itidem hoc tractu opida & castella sparsim, nimirum *Newcastle*, *Hoptoncastel*, *Shipton*, & ad *Corvum fl.* *Corvesham*, *Brancroft*, & *Holgot*, vulgò *Howgate*. Superius sunt *Wenlocke*, nunc calce, sub *Richardo II.* æris fodina notum, *Alton Burnell*, & vix mille hinc passibus *Langley* depressiori situ in vivario nemoroso, habitatio familiæ de *Lea*, quæ inter clariores & verustiores in hoc tractu locum sibi vendicet. His proximum est *Condover*, Manerium nuper *Thomæ Owen* Communium Placitorum Iustitiarij, nunc filij ejus *Rogeri* Equitis aurati multiplici doctrina tanto patre dignissimi, iuxta hoc est viculus *Pitchford*, quem sic à picis fonte dixerunt majores nostri, qui bitumen à picis non internoscebant. Fons enim illic est in privati cujusdam area, cui liquidum bitumen indies, quamvis diligentissimè despumes, innatat, perinde ac in *Asphaltite* *Judeæ* lacu, in *Samofaræ* stagno, & *Agrientino* *Siciliæ* fonte; sed non nisi picis vice utuntur incolæ. Magis ad Occidentem sub *Penderbache* castro jam ruinoso, saltus *Huckstow*

*Fons bitu-
minis.*

Forrest dictus latè inter montes patet, ubi ad *Stipersions* collem magni lapidum tumuli, & quasi rupellæ confertim surgunt, Britanni *Carneddantewion* vocant. Magis ad Septentriones *Caufe* castrum sedet, & antiquissimum *Routon* huic vicinum ad Occiduum agri terminum non procul à Sabrina, quod Romano etiam sæculo eodem nomine floruit, Antonino *Rutinium* dictum, nec in hoc falsi esse possumus, quandoquidem & nomen, & distantia, quam ille ab *Vriconio* notissimo opido ponit, exactissimè conveniant.

Nunc flumine transmissio Cissabrinam partem adeamus, quam *Cornavorum* propriam fuisse diximus. Hanc rursum in duas quodammodo partes dividit *Terna fl.* sic dictus quod è lacu diffusiore (cujusmodi nostra lingua *Teames* vocamus) inter *Staffordiensis* promanat. In harum citeriori sive Orientali parte, ubi *Sabrina* *Terna* consociatur, *Vriconium* fuit, sic Antonino vocatur, quæ *Prot. Viroconium*, *Ninnio Caer Vruach*, *Anglofaxonibus Wrekenceaster*, nobis *Wroxcesster* dicitur, *Vrbs* *Cornavorum* præcipua, quæ Saxonico bello lacerata, Danico prorsus concidit, jamque rusticorum viculus est per tenuis, & Romanos nummos vetustatis suæ quasi testes sæpè aratoribus exhibet. Vbi urbis fuit area, & ea quidem satis ampla, solum magis quam alibi nigrescit, & laudatissimum hoc tractu hordeum affatim profundit. Hujus *Vriconij* nomen antiquum expressius se in monte proximo ostendit *Wrekenhill* dicto, è cuius vertice, qui in antoenissimam procumbit planitiem, gratissimus in subiectam regionem undiquaque patet prospectus.

Nec

Nec procul à radicibus hujus montis in convalle devexa, ad militarem illam Romanorum viam *Watlingstreet* denominatam *Oken-yate* viculus copiosa carbonum fossilium vena bene cognitus ita subsidet eadem distantia, qua *Vroconam* cum à *Viroconio*, tum à *Pennocrucio* sejungit *Antoninus*, ut hanc *Okenyate* illam fuisse *Vroconam* non sit cur quispiam dubitet.

Terna deinde paucis affusus rusticanis viculis *Rodenam* fluviolum in se admittit, & pauca emensus milliaria, prope *Vriconium* quod modò dixi, in *Sabrinam* immergitur. Ad hunc *Rodan*, dum adhuc recens à fontibus, *Wem* sedet, unde parum abest nemoroso in colle, seu potiùs rupe, quæ *Redcliffe* quondam appellata, situ suspiciendo castellum à rufescente saxo *Redcastle*, & *Normannis Castle-rous* dictum, sed jam nihil nisi desolata supersunt moenia. Vix mille hinc pass. demortuæ urbecule jacet cadaver jam ferè absumptum. Vetustatem autem & conditores Romanorum numismata, & lateres illi quibus usi olim Romani contestantur. *Bery*, quasi *Burgum* vocitant vicini.

Inde ad eundem fl. *Morton Corbet* castrum *Corbett* bettorum conspicitur, qui antiquæ sunt in hoc agro nobilitatis. Nec multò inferiùs ad *Sabrinam* antoenissimè assidet hujus agri urbs longè clarissima ex antiqui *Vriconij* occasu exorta, quam nos *Shrewsburij*, & *Shrowsburij* hodie emolito vocabulo dicimus, cum majores *Scrobberij*, *Latinis byrig* vocaverint, quod collis fuerat arboribus condensus, quo sensu & Britanni hanc urbem *Pengwerne*, id est caput alneti vocarunt. Sed unde nunc

nunc illis *Ymrwihig*, & Normannis *Scropesbery*, *Sloppesbury*, & *Salop*, Latinoque nomine *Salopia* vocetur, planè me latet, nisi ab antiquo nomine *Scrobbsbyrig* variè luxato. *Ymrwihig* tamen nonnulli Britannicæ linguæ periti dictam credunt quasi *Placentiam*, à Britannica dictione *Mwihau*, Bardosque ita nominasse, quod præ cæteris olim Walliæ Principibus placeret. Collem occupat subrufescentem, Sabrinaque duobus pontibus pervius, se ferè in circulum ducens ita incingit, ut Isthmo perexiguo debeat, quod nõ sit Insula. Nec natura solum munita, sed etiã arte. Rogerus enim de *Montegomerico*, cui Conquæstoris dono obtigerat, surgenti rupi, quã Boream spectat, dirutis 50. plus minùs ædibus, castrum inædificavit: et Robertus ejus filius mœnibus obvalavit, quã flumine nõ defenditur, alijsq; ædificijs cum publicis tum privatis instauravit, & unã cum illis Ecclesiam S. Georgij. Hoc tempore urbs est eximia, frequens, mercium copiosa, civium diligentia, pannis conficiendis, & Wallo- rum commercijs opulenta. Hac enim omnes ferè Walliæ commoditates, quasi ad commune utriusque gentis emporium confluunt: à Wallis enim & Anglis incolitur, quibus utraque lingua in usu, & quibus inter alia hoc in maximam laudem celsit, quod scholam erudiendis pueris rotius Angliæ numerosissimam instituerint, cui Minerval honestissimum Thomas *Aston* primus Scholarcha, vir optimus & integerrimus sua opera comparavit.

Ex hac urbe postremò erupit anno salutis 1551. lethifer ille morbus sudor Anglicus, qui statim

statim toto regno grassatus magnam fragem hominum præcipuè consistente ætate edidit, sudore enim correpti die naturali vertente aut perierunt, aut convaluerunt. Remedium autem præfens inventum, ut qui sudore interdix correpti, in vestibus protinus cubitum irent, qui noctu & in lecto, quiescerent, nec loco ad 24 horas se moverent, quas & insomnes omninò ducerent.

Iuxta hanc urbem multiplices gyros trahit Sabrina, & maximè ad *Rossall*, ubi circumductus in se ferè redit, antiquissimumque illud navigij genus, quod vetustas dixit *rates*, hic est usitatissimum, scilicet ex rudibus asseribus, & tignis connexæ trabes, quæ secundo flumine onera subvehunt.

A flumine remotius ad Occiduum agri limitem jacet *Oswestre*, sive *Ostwaldstre*, Britannicè *Oswestre*: *Croix Oswalde*, urbecula fossã & muro inclusa, exiguoque castello munita, mercatu verò felix, pannorum præfertim Wallicorum raro tenuique textu (*Levidensã* si placet voces) quorum magna vis singulis septimanis hic distrahitur. Sub hac ad Circium collis est triplici fossã circumdatus, quem *Hen-dinas*, id est *vetus Palatium* vocant. Et vix tribus hinc mill. pass. *Whittington* abest, sub quo quædam prædia tenuit quidam *Wrenocus* filius *Meurici*, qui pro servitio debuit esse *Latimerus* inter Anglos & Wallos, id est *Interpres*. Quod adnoto ex Inquisitione veteri, ut intelligatur quid sibi velit nomen illud *Latimer*, quod ferè nemo cognovit, cum tamen in hoc Regno quid sit celeberrimum.

Ad Borealem agri limitem primùm *Shenton* sedes claræ familiæ *Needhamörum*, & inde *Whitechurch* sive *Album Monasterium* cernitur, tumulis aliquot *Talbottorum* clarum, sed præcipuè illius *Achillis* Anglici *Ioannis Talbot*, primi *Salopiæ* ex hac familia *Comitis*. Magis ad Occasum *Ellesmer* regiuncula jacet opima & fertilis, quæ *Baronem* suum nunc habet *Thomam Egerton*, quem virum egregiè prudentem, & integrè æquum *R. Elizabetha Magni Sigilli Custodem* sibi delegit, & *Rex Iacobus Cancellarium* constituendo ad summum togatæ dignitatis fastigium evexit, simulque titulo & honore *Baronis de Ellesmer* exornavit.

Baro de Ellesmer . Comites Salopiæ.

Rogerus de Belesino, sive *Montgomerij*, primum *Salopiæ Comitem* instituit *Guilielmus I.* Huic successit primùm *Hugo filius natus maximus*: Deinde *Robertus* è filijs alter, vir efferata immanitate in suos ipsius filios & obsides, quibus suis manibus & oculis eruit, & testiculos excuit, sed tandem læsæ majestatis reus in carcerem perpetuum ab *Henrico I.* conditus, pœnas nefarijs sceleribus dignas persolvit. Post multa tandem sæcula *Henricus VI.* *Ioannem Dominum Talboti* hoc honore amplificavit. Cui *Ioannes filius ex filia Thomæ Nevill Domini Furnivall*, natus successit. Ab hoc prognatus est *Ioannes tertius Salopiæ Comes*, & *Gilbertus*, à quo *Talboti de Grafton* sunt oriundi. *Ioanni III.* successit *Georgius*, *Georgio* autem *Franciscus* ejus itidem filius, qui pater erat *Georgij Talboti Comitis Salopiæ*, viri honoratissimi, & in magnis *Reipublicæ negotijs spectatissimi*


tissimi: cujus filius *Gilbertus* locum à majoribus traditum summo splendore, & summa virtute hodie tuetur.

Sunt in hac regione parochiæ plus minus 170.

C H E S - S H I R E .

Quinta & ultima ex illis *Provincijs* quas antiquitus tenuerunt *Cornavij*, est *Comitatus Cestrensis*, Saxonice *Cestre-seyre*, vulgò *Cheshshire*, *Nomen: & The County Palatine of Chester*, quod ejus *Comites* jura *Palatina* habuerint, omnesque *incolæ* illis solis in *Feudo*, id est in *fide* fuerint, ut illi *Regi*. Hæc regio (ut habet *Malmesbur.*) *farris*, & maxime *tritici jejuna* & *inops*, *pecorum* & *piscium* *ferax*. At contra *Ranulphus Cestrensis*. *Quicquid Malmesburienfis ad aliorum relatum somniavit, omni genere victualium abundat, farris, carnis, piscis, potissime salmonis optimi copiosa, mercimonia varia recipit, & refundit, quippe in suis confinjs salinas habet, mineras, & metalla.* Insuper & ego hoc addam, ea inest *virtus pabulis*, ut *casei gratissimi saporis* & *laudatissimi* magno numero hic premanant, cujusmodi reliqua *Anglia* non exhibet, etiam si hinc *hujus rei caseariæ peritissimæ foeminae* adhibeantur. *Vtuncque verò soli ubertate pluribus Angliæ regionibus* cedat hæc regio, præ cæteris tamen *eximia* semper fuit *nobilitatis altrix*, nec enim alia est in *Anglia* provincia quæ olim *plures*

Casei latissimi.



plures nobiles in aciem produxerit, & plures Equeftres familias numerarit. Ab Auftro agro Salopienfi, ab Ortu Staffordienfi & Derbientii, à Septentrione Lancaftrenfi, ab Occafu Denbigheni & Flinteni circumfcribitur, ad Circium verò Cheronelfo longius in altum abit; quæ inter duos finus conclusa utrinque infinuantem Oceanum admittit, in quos etiam finus omnia hujus agri flumina conveniunt, in Occidentaliorum *Deva*, qui à Denbighenfibz dirimit, in Orientalem tum *Wever*, qui mediam regionem intermeat, tum *Mersy* qui à Lancaftrenfibz fecludit.

Deva, Anglicè *Dee*, Britannicè *Dyffyr-dwy*, id est *Aqua Dwy*, Salmonibus admodum ferax è duobz in Wallia fontibus enafcitur, & inde denominatum credunt. *Dwy* enim duo illorum idiomate denotat. Alij verò vim etiam verbi fequentes *aquam nigram*, ali: *Dei aquam*, & *divinam* interpretantur. Cæterum *Deva*, qui è Wallia potius ruere quàm fluere videtur, cum Cæftrenfes attingit, lentior *Boniun* interluit, quæ *Boniun*, urbs Antonini fæculo fuit infignis, poftèa Monafterium præclarum, à cujus choro *Bonchor* & *Banchor* Britannis, Anglis *Bancornabyrige* & *Banchor* vocabatur, alumnumque habuit (ut aliqui fcribunt) inter multos optimos viros *Hærefiarum* illum peffimum *Pelagium*, qui in gratiam *Pelagius* Dei iniquiffimus peffiferi doctrina Occidentalem Ecclefiam diu exercuit, unde *Profero* Aquitanico *Coluber Britannus* dicitur. Nec alio nomine hujus memini, quàm quod vitio & venena noffe interfit omnium. *In hoc Monafterio* (ut inquit Beda)

Beda) tantus fuit Monachorum numerus, ut cum in septem portiones cum propositis sibi Rectoribus divisum esset, nulla harum minus quam 300. homines haberet, qui omnes de labore manuum suarum vivere solebant. Sed ut hoc quoque moneam, non hujus agri censetur Bonium, sed Flintensis, cujus portio quasi à corpore divulsa inter Cestrenses & Salopenses hic interjacet.

Malpas.

Deva verò ubi hunc Comitatum subintrat, Malpas, sive Malo-passum in edito colle non procul à ripa suspicit. quod ob malam, arctam, præruptam, & impeditam viam, quæ Mala platea dicta, hoc recentius nomen à Normannis accepit, cum olim eadem ferè significatione Deppenbache Anglis diceretur.

Gravenori.

Hinc devolvitur Deva per Eaton sedem celebris familiæ Gros-venour, id est Grandis venator, cujus posterius nunc corruptè Gravenor dicuntur.

Deunana,
Cester.

Paulò superiùs ad idem flumen propè æstuarium, quod Seteia pro Deia Ptol. dicitur, urbs clara sedet, quam Ptol. ille Deunanam, Antoninus Devam à flumine Britanni Caer Legion. & Caer per excellentiam, ut majores nostri Legæ-cestre dixerunt, à castris legionis, & nos contractiùs Westhester ab Occidentali situ, & Chester, juxta versiculum

Cestria de castris nomen quasi Castris sumsit.

Nomina enim hæc proculdubio à Legionem vicefima Victrice sunt deducta, quæ Galba Imperatore iterum & Tito Vinio Coss. in Britanniam transmissa fuit, & tandem sedem in hac urbe accepit, quam nec multos antè annos constructam, & Ordovicum cervicibus impositam opinor.

nor. Romanæ autem magnificentie argumenta nunc supersunt paucula, præter pavimenta tessellata; superiori ætate plurima exhibuit. Urbs hæc quadrata forma, mœnibus, quæ duo plus minus mill. pass. ambitu colligunt, includitur, XI. Parochiales Ecclesias numerat, castrum eminet propè flumè à Comitibus constructum, ubi fora Palatinatus, & *Asise* quas vocant, bis quotannis habentur. Aedificia sunt nitida; & porrectis Manianis porticus utrinque per primarias plateas ducunt. Hæc Eadgarum Regem de Britannicis Principibus pompa magnifica triumphantem vidit. Ipsum enim in triumphali navicula ad proram sedentem Kinnadius Rex Scottorum, Malcolinus Cumborum, Maconus Mannix & Insularum, omnesque Walliæ Principes in fidem adacti, quasi remiges remis incumbentes per Devam fluvium lato spectaculo duxerunt. Insequente tempore, Ecclesiam quam Leofricus Comes in honorem Werburgæ virginis posuerat, Hugo primus è Normannico genere Cestriæ Comes restauravit, nunc Henrici III. Germaniæ Imp. sepultura, quem abdicato imperio heremiticam hic vitam duxisse ajunt, & Episcopali sede celeberrimam, quam Henricus VIII. denuò huic urbi restituit, cuique hunc agrum, Lancastrensem, Richmondiam &c. subjecit, & in jurisdictione Archiepiscopi Eboracensis esse iussit. Iam inde primis Normannorum temporibus in primis floruit Cestria, Comitatumque per se incorporatum Rex Henricus VII instituit. Nec quidquam abest, quod in florentissima civitate desideretur, nisi quod Oceanus molere.

Circiter
an. 960.

molendinis quibusdam in Devæ alveo quasi succensens se sensim subduxerit, nec civibus, ut pridem, portus opportunitatem præbeat.

Ab urbe in Circium procurrit laxior illa Chersonessus quam dixi, nos *Wirall*, Britanni, quod angulus sit, *Kill-gury* vocant: olim tota saltuosa & inculta fuit, ut perihent incolæ, sed deforestavit Edwardus III. Nunc verò opidis undique confita, salo tamen quàm solo felicior habetur; hoc enim frugibus est minùs benignum. illud piscibus inprimis fœcundum. Hujus ingressu ad Austrum *Shorwick* castrum Regium æstuario incumbit. Ad Boream est *Hooton*, cui contiguum est *Poole*, & in proximo *Stanlaw*. In extremitate autem hujus Chersonessi insula modica jejuna, & arenosa, *Ilbre* vocant, adjacet. Interius ad Ortum saltus objacet celebris, *The Dawne de Forrest of Delamere*, cujus hæreditarij *Forrestarij* sunt *Vikinton*. *Dawni de Vikinton*, præclaro genere prognati.

Per superiorem hujus saltus partem *Wever* fl. defertur, qui è lacu effunditur in Australi parte Comitatus, ad *Ridly*, claræ & vetustæ familiæ *Egertonorum* ædes, qui à Baronibus de *Malpas* prognati, non procul à *Bunburij*, ubi Collegium extruxerunt, & à *Beefton* castro magno mœnium ambitu, crebris turribus, monte, præcipiti-oque defenso. Vbi autem hic fluvius Australem agrilimitem attingit, inter ericeta & jacentia loca, uti etiam alibi, arbores ab inundato mundo, ut credunt, defossas sæpè eruunt. Postea *Wever* fertiles irrigans agros fluviolum ab ortu admittit, ad quem *Wibbenburij*, cui adjacent *Hatherton* sedes nunc *Thomæ Smith* filij *Laurentij*

Smith

Smith Equitis aurati: *Dodinton* Delvesiorum, *Batherton* Griphinorum, *Shavinton* Wodenothorum, & aliarum insignium familiarû sedes, quibus hic Comitatus ubique abundat. Inde *Weverus* per *Nantwich*, non procul à *Midlewich*, ad *Northwich* decurrit. Hæ sunt salinæ nobiles, quinque vel sex mill. pass. invicem distantes, ubi è puteis muria sive aquæ salis hauriuntur, quas non lignis ardentibus infundunt, ut veteres Galli & Germani solebant, sed subjecto igne decoquunt, ut sal conficiatur. *Nantwich*, quod primum *Wever* fl. invisit, maximum hujus Comitatus, & structura elegantissimum censetur opidum, Britannis *Hellath Wen*, id est *Salina candida*, Latinis *Vicus Malbanus*. Vnicam habet Salinam (*Brine pit* vocant) 14 plus minùs pedes à flumine, è qua aquam salis in domos per alveos ligneos subvehunt, in quibus doliola sunt terra defixa, quæ illa aqua complent, & signo campanâ dato cacabis plumbeis, quarum sex sunt singulis domibus, ignum subsijciunt, aquam coquunt, & mulierculæ (*WVallers* vocant) rastellis ligneis è fundo salem educunt, & corbis imponunt, è quibus liquor defuit, & sal subsidet. Ecclesia, quam habet unicam, perpulchra est. Inde per *Minsball* Minihullorum domum, & per *Vale Royal*, ubi nunc incolit claræ familia *Holcroftorum*, *Holcrofti*. *Wever* iter accelerat ad *Northwich*, quod Britanicè *Hellath Du*, id est *Salina nigra* vocatur, ubi etiam fons salis est uberrimus & profundus, gradibus circumpositis, per quos qui aquam utribus pelliceis extrahunt, seminudi ad alveos sive canales ascendunt, & infundunt, quibus in

C c 3

ædes

ades salinarias defertur, juxta quas plurimæ sunt lignorum frues.

Hic Wever confluentem Danum in se admittit, è montibus qui ad Ortum Staffordienses & Cestrenses interdidentur, effluentem. Hic solitarius fertur ad *Condare* ab Ant. memoratum, nunc corruptè *Congleton* dictum. Licet verò hoc sua amplitudine & frequentia Prætores & sex Senatores habere meruit, capellam tamen solum habet, eamque ligneam præter chorum & turriculam, quæ *Astburiensem* Ecclesiam ad unum & alterum milliare distantem matrem agnoscit.

Deinde *Davenport* vulgò *Danport* accedit *Danus*, quod in suum nomen insignem familiam de *Davenport* adoptavit, & *Holmes Chapel*, itinerantibus notum. Iuxta quod ad *Rudheath* perfugium olim erat & quasi asylum ijs qui in leges peccarant. Inde *Kinderton* subluit, antiquam sedem antiquæ profapiæ de *Vnables*, qui vulgò Barones de *Kinderton* appellantur. Sub hoc ad Austrum in *Danus*, seu, *Daven*, *Croco* fluvio, insluit, qui è lacu *Bagnere* effusus præterfluit, *Brereton*, cui *Guil. Brereton* Eques auratus per magnificis ædificijs plurimum splendoris nuper adjecit.

Croco præterectus *Brereton*, paulo post *Midlewich* invisit, propè confluentes cum *Dano*, ubi duo sunt salsi fontes exili fluvio, discreti, *Sheathes* illi vocant, quorum alter nisi statim temporibus non patet, quia libenter ejus aquam, ut majoris efficaciat, fuffurantur. *Danus* autem cum jam sub *Northwich* de qua dixi, cum *Wevero* aquas consociavit, in *Occasum* rectè prolabitur

Wever,

Wever, *Peverumque* recipit ab *Ortu*, qui præterfluit, & nomen facit *Pevero*, ubi sedem habet vetusta illa nobilis familia de *Meinwain*, vulgò *Manewaring*. Cursum inde agit *Weverus* per *Vvingington*, quod sedem & nomen claræ & antiquæ familiæ *Vvingingtonorum* dedit, non procul à *Merburij*, quæ itidem perillustri familiæ nomen contulit. Hinc pergit fl. juxta *Dutton* hæredium insignis familiæ *Duttonorum*, quorum magna est auctoritas veteri instituto in omnes fiducias, tibicines, & citharædes hujus Provinciæ, ex quo *R. Dutton* adolescens animo & manu promptus, collecta id genus hominum tumultuaria manu, *Ranulphum* ultimum *Cestriæ* Comitum *Wallicis* hostibus circumfusum obsidionis periculo fortiter liberavit. Nec tacendum est *Neiber Vvibley*, unde prodierunt *Towbetti*, qui Barones *Audley de Healye*. Iam *Weverus* ille interlabens inter *Frodesham* Castrum, & *Clifton* nunc *Rock-Savage*, *Savagiorum* recens extructas ades, tandem *Mersy* æstuarium subintrat. Hoc verò sic nominatur à *Mersy* flumine, quod *Cestrenses* & *Lancastrenses* interluens, ibi demùm exoneratur, cum inter alia minùs nota opidula *Stockport* primum alluerit, & *Bollm* fl. admiserit ex ampla illa *Foresta de Madsfeld*. Huic (quod *Foresta* illi nomen fecit) imponitur *Madsfeld*, ubi Collegium construxit *T. Savage*, primum *Episcopus Savagio-Londinensis*, & postea *Eboracensis Archiepiscopus* summus, in quo nonnulli ex inclyta illa *Savagiorum* stirpe contumulantur.

Cangos veteres *Britanniæ* populus diu multumque questos an hoc in agro collocarem,

C c 4

dda

Barones de Kinderton.

Fontes salsi

Vvingingtonij.

Merburij.

Duttonij.

Barones Audley de Healye.

Savagio-Londinensis, & postea Eboracensis Archiepiscopus summus.

diu multumq; subdubitavi. Nihilominus si *Cangi* & *Cangi* ijdem fuerint, & quidni? satis probabile sit eos hoc in tractu insedisse. Dum enim hæc recognosco, à fide dignis accepi viginti massas plumbeas hic in ipso litore erutas fuisse, forma oblongiori, sed quadrata, in quarum superiori parte in concavo hæc legitur inscriptio: *Imp. Domit. Aug. Ger. de Cangi. In alijs verò Imp. Vesp. VII. T. Imp. V. Cos.* Quod monumentum videatur erectum fuisse ob victoriam in *Cangos*. Quò etiam facit ipse situs ad mare Hibernicum. Scribit enim *C. Tacitus*, Ab Ostorio ductus in *Cangos exercitus*; ac post paucula subijcit, *Iam ventum hæud procul mari quod Hiberniam aspectat, cum orta apud Brigantios discordia retraxere duces.* Sed ex superiori inscriptione ante Domitiani tempora non subjugati videantur, & ex temporum sanè ratione, cum Proprætor esset bellicosissimus ille *Iulius Agricola*.

Quod ad Comites spectat, *Guilielmus I.* Hugonem cognomine *Lupum*, Vicecomitis *Abrincensis* in *Normannia* filium, primum hæreditarium & Palatinum *Cestriæ* Comitem creavit, totumque hunc Comitatum tenendum sibi & hæredibus ita liberè ad gladium, sicut ipse Rex tenebat *Angliam* ad *Coronam*, dedit. Qui statim sibi Barones substituit, quorum fuit Comiti in consilio adesse, eundem observare, & aulam ejus sapius honoris gratia accedere. Habuerunt autem (ut est in antiquo libello) suas Curias liberas de omnibus Placitis & querelis, exceptis Placitis ad gladium Comitis pertinentibus. Hugoni porrò successit *Richardus* ejus filius, & illi *Ranulphus de Meschines* Hugonis Comitis

mitis è sorore nepos. Is filium reliquit *Ranulphum* dictum de *Gernonijs* quartum *Cestriæ* Comitem, *Hugo* cognominatus *Kevelioc* ejus filius, fuit Comes quintus, filiumque reliquit *Ranulphum* Comitem sextum, qui sine liberis defunctus hæredes reliquit quatuor sorores. In Comitatu autem successit *Ioannes* cognomine *Scotus*, filius *Davidis* Comitis *Huntingdoniæ* ex *Matilde* sorore *Ranulphi* primogenita. Qui cum itidem nulla suscepta prole diem obiisset, Rex *Henricus III.* tam lauto patrimonio oculum adijciens *Domano Regio* adscripsit, *Ioannis*que sororibus alios alibi reditus assignavit, ne (ut ipse Rex dixit) tanta hæreditas inter colos diduceretur. Ipsi autem Reges, postquam ad eos pervenit hic Comitatus, antiqua Palatina jura & conventus hic tenuerunt, ut *Palatinatus* honorem conservarent. Honor ille deinceps Regum primogenitis cessit, *Edwardus*que secundus filium suum primogenitum Comitem *Cestriæ* & *Flint* instituit, titulisque illis puerulum ad Comitata Parlamentaria evocavit. E Comitatu postea in Principatum crexit Parlamentaria auctoritate *Richardus II.* verum paucis post annis evanuit illa appellatio, cum illius Parlamenti leges refixisset *Henricus Quartus* & recidit in Comitatum Palatinum, hodieque jurisdictionem Palatinam retinet, quam administrant *Camerarius*, *Iudex specialis*, *Barones Scaccarij* duo, *Servientes ad legem tres*, *Vicecomes Attornatus* &c.

Parccias plus minus 68. habet hic Comitatus.

NVnc Cornavorum regiones perambulavimus, quæ unâ cum Coritanis, Dobunis, & Catvellanis regnum in Heptarchia Saxonica constituerunt, quod illi *Myrcna-ric*, & *Meardond*, Latini *Merciam* dixerunt, à *Meare* Anglica dictione, quæ limitem significavit, reliqua enim regna huic collimitarunt. Longè amplissimum erat hoc regnum inchoatum à Crida Saxone circa annum 586. à Penda prolatis undiq; finibus adactum, Christiana religione sub Penda Rege paulò post imbutum. Verùm hujus periodo annis 250. confecta, in West-saxonum potestatem serò concidit, cum omni bellorum injuria à Danis non paucis annis fuisset dilaniatum.

SILVRES.

Consultissimum nunc videtur, priusquam reliquas Angliæ partes aggrediamur, ad Walliam, sive Cambriam antiquorum Britannorum etiamnum sedem paulisper digredi, nec hoc erit mea opinione digredi, sed naturæ ordinem rectè sequi. Cornavijs enim proxima obtenditur, & quasi suo jure postulare videtur, ut suo loco & ordine dicatur: maximè cum Britanni, sive Walli ejus incolæ eodem sint nobiscum jure, & nostræ Reipublicæ jamdiu fuerint quasi insiti.


Walliam igitur, cujus nomen universam quondam Trans-sabrinam regionem complectebatur, nunc verò minùs latè patet, tres olim populi infederunt; *Silures*, *Dimetæ*, & *Ordovices*. Hi enim

enim non solum duodecim, quos vocant Walliæ Comitatus, sed duos, illos etiam Transfabrinos *Herefordshire*, & *Monmouthshire*, qui Angliæ Comitatus annumerantur, tenuerunt. Et ut à primis primùm exordiar. *Silures* eas regiones ex Prol. descriptione incoluerunt, quæ Wallis sua lingua uno nomine *Dcheubarth*, id est *Part Australis*, & novis hodie nominibus *Herefordshire*, *Radnorshire*, *Brecknockshire*, *Monmouthshire*, & *Glamorganshire* appellantur. Quod ad nominis notionem attinet, nihil habeo quod cum gentis natura consonat. Quod ad originem verò spectat, ex coloratis vultibus, crinibus tortis, & posito contra Hispaniam, origine Iberos fuisse conjectavit Tacitus, affirmat verò Florianus del Campo Hispanus. Cæterum gens hæc magna fuit (è Plinio enim & Tacito omnem South-walliam occupasse videntur) aspera, valida, pugna, servitutis impatiens, audacia promptæ, pervicaciam vocant Romani, nec atrocitate, nec clementia mutabilis: in quibus singulis nec adhuc degenerarunt posterii.

HEREFORD-SHIRE.

Herefordiensis Comitatus, sive *Hereford-shire*, Britannicè *Ercinuc*, forma quasi circulari, ab Ortu Wigorniensibus & Glocestrensisibus, à Meridie Monumethensibus, ab Occasu Radnoriam & Brechiniam, à Septentrione Salopiâ definita, regio est, præter amœnitatem, aut pascendis pecoribus

Herefordia
Comitatus



coribus, aut alendis frugibus nusquam non mississima, & ab omnibus ad vitam necessarijs instructissima, adeo ut secunda fertilitatis laude inter Angliæ Provincias acquiescere haud facile sit contenta. Ad quas etiam commoditates flumina accedunt eximia, *Vaga*, sive *VVye*, *Lugus*, & *Munow*, quæ cum floridissima prata, & levissima arva placidè irrigaverint, demùm confluunt, & uno alveo *Sabrinae* æstuarium adeunt.

Munow ille ex *Hatterell* montibus, qui ad *Libonotum* hunc agrum obvallant, descendens, primum in Austrum per eorum radices eluctatur ad *Blestium*, opidum ab *Antonio* eo situ & distantia locatum, ut non possit non esse illud quod huic flumini appositum *Britannis* *Castlebean*, id est castrum vetus, nobilis *The old Towne* vocatur, viculus tenuis, sed cujus vetustati novum hoc nomen patrocinator, utraque enim in lingua opidum sive castrum vetustum sonat. Proximè hoc *Alterynnis* aquis quasi insula amnica circumfunditur, quæ antiqua sedes veteris & Equestris familiæ *Sisitorum*, sive *Ceciliorum*, unde *Guil. Cecilus* Baro *Burglaus*, & sommus Angliæ *Thesaurarius* stemma duxit.

Ab hoc *Munow* in Ortum conversus, ad *Mapharald*, sive *Harold-Ewyas* castrum *Doro* flumine augetur, qui à Septentrione defluens per *Snothill* castrum, ubi nobile *marmor* exciditur, convallem mediam secat, quam à flumine *Diffrin Dore* vocat *Britanni*, Angli verò *The gilden vale*, id est *vallem auream* nominarunt, quo nomine, ob *Vallis auream*, opulentam, & amœnam ubertatem *reca*.


Blestium,
Old towne

Alterynnis,
Ceciliorum sedes

Marmor

Vallis aurea

bus



bus includitur utrinque sunt sylvis amicti, sylvis subsunt utrinque arva, arvis floridissima prata, & in medio fluvius limpidiſſimus interlabitur.

Vt Munow inferiorem hujus agri partem perstringit, sic mediam *Vaga* sive *Vy* cursu admodum arcuato interfecat, ad quem in ipso limite occiduo *Clivus fortis*, vulgò *Clifford* castrum adfidet, quod Radulphus de *Totenio* olim tenuit. Postea verò ad Walterum filium Richardi *Punij* Normanni devenisse existimatur, ille enim de *Cliffordia* cognominatus erat, & ad eum Illustrissima *Cliffordorum* Cumbriae Comitum familia ortum suum verè retulit. Inde *Vaga* tortuosus volvit per *Whitney*, & *Bradwardin* castrum, unde ortum & nomen Thomas ille *Bradwardinus* Archiepiscopus Cantuariensis habuit, qui ob multiplicem & abstrusam eruditionem eo ævo *Doctor profundus* appellatus, demumque *Herefordiam* hujus Comitatus caput accedit.

Regiuncula *Arcensfeld*, quam nunc *Irchenfeld* dicimus, & hujus Provinciae pars est, quousque olim pertigerit nescio. Verum affinitas inter hæc nomina *Eveinuc*, *Arcensfeld*, *Ariconium* opidum, cujus hoc tractu meminit Antoninus, & *Hereford*, sive *Hereford*, quæ nunc urbs est Comitatus prima, in eam me sententiam paulatim perduxerunt, ut existimem hæc singula ab *Ariconio* deducta. Nec tamen unum idemque

Ariconiū. *Ariconium* & *Herefordiam* existimo: sed *Hereford* nostram (ita enim vulgus appellat) & nomen, & ortum à vicino *Ariconio* repetere. *Ariconio* inquam, quod nunc nominis tantum *unbram* retinet, *Kenchester* nuncupatum, & moenium

um minas aliquas ostendit, ad quæ lapides tessellati, lateres Britannici, Romanorum numismata &c. sæpius eruuntur. *Herefordia* verò proles, quæ expressius ejus nomen gerit, ad Ortum vix tribus miliaribus Italicis abest, pratis gratissimis & arvis uberrimis interſita, fluminibus ferè incincta, ad Septentrionem & Occasum anonymo, ab Austro *Vaga*, qui è Wallia huc accelerat. Adulta Saxonum Heptarchia primùm emicuisse creditur, ab Edwardo Seniore, ut scribunt aliqui, constructa, nec sanè antiquior de ea facta est mentio. Incrementa, ni fallor, maxima religioni, & Ethelberti Orientalium Anglorum Regis martyrio accepta ferat, qui ex insidijs nefariè sublatus, Martyrumque catalogo insertus, templum hic sibi habuit à Milfrido regulo extractum, quod Episcopali statim condecoratum dignitate, in summam crevit opulentiam. Reinelmus Episcopus, regnante Henrico I. speciosum hoc quod nunc cernitur templum posuit, successoresque adauxerunt, ita ut præter Episcopum, qui 302. Ecclesijs præest, sint in hac Ecclesia Decanus, Archidiaconi duo, Præcentor, Cancellarius, Thesaurarius, & Præbendarij x x v i i i.

Vix tertium hinc milliare confecit *Vaga*, cum *Lugi* fluminis aquas intercipit, qui è Radnoræ montibus præcipitatus, in primo hujus agri ingressu longius aspicit *Brampton Brian*, propius verò *Vigmore* à Guilielmo Comite *Herefordiæ* castro munitum, cui ad tertium milliare alterum vicinum est castrum *Richards castle* dictum, sub quo natura, quæ nusquam magis quam in aqua

Hereford.

7934

miraçu,

miraculis Indit, fonticulum eduxit pisciculorum, vel (ut alij putant) ranularum officulis semper scatentem, quamvis subinde exhauriantur, unde *Bone well* vocatur. Inde *Vaga Lemster* adit, quod *Britanni Lhan-lieni* vocant, à lino (ut aliqui volunt) quod hic nascitur laudatissimum: sed præcipua hodie gloria est à lana in circumvicinis agris (*Lemster Ore* vocant) cui (excepta *Apula & Tarentina*) palmam deferunt Europæi omnes. Frumento item adeo est felix, & pane è purissimo polline, ut hujus panis, & *Webleia* potus (opidum hoc familia nobilissime d' *Evreux*) in proverbium cesserint: Has *Lemsteræ* dotes, & inde forum frequentissimum *Herefordia & Wigornia* nimis intuendo eo invidiæ processerunt, ut *Regia* auctoritate intercedente, statum mercatus diem mutare coegerint, suam infrequentiam ex hujus frequentia subinde causantes. *Webleia* verò illa interiùs situm habet, eique ad Occasum vicina sunt *Hunrindon, Kynerstey, & Erdstey*.

Lugus jam ad *Vagam* primùm per *Hampton*, inde per *Marden, & Southon, sive Sutron* properat. Propè autem confluentes, ab *Ortum*, collis quem *Marckley-hill* vocant, anno salutis 1375, quasi somno solutus consurrexit, & triduum se immanissimam molem propellens, horrendo reboans mugitu, & obvia quæque prosterbens, in superiorem locum, magna cum admiratione, se promovit, eo terræ motus genere, ut judico, quod *Physici Brasmatiam* vocant. Nec ab hoc longè distat *Ledburg* notum opidum *Leddeno fl.* adpositum. Sed *Vaga lugo* jam recepto plenus, obliquior

Lemster.

Lana optima.

Marckley-hill.
Mons montens.

obliquior devolvitur primùm per *Holme Lacy, & Huntercombe &c.* Hinc inter *Rosse* fabris ferrarijs notum, & *Wilton* è regione, castrum antiquissimum familiae *Grejorum*.

Elanguente jam Anglorum imperio, præfuit *Comites* huic agro Comitatus officialis titulo *Radulphus Hereford* *Gualteri Medantini* filius ex *Goda Edwardi* *Condia* *fessoris* sorore, cui *Normanni* suffecerunt *Guiljelmum Fitz-Osbern*, *Normanniæ* Ducibus arctissima propinquitate conjunctum. Huic successit *Rogerus* filius, qui sine prole legitima diem obiit. *Stephanus* quæ Rex *Roberto le Bossu* *Comiti Leicestriæ*, ex *Emma* hærede *Rogeri* nato, reddidit hæreditariè *Burgum Hereford, & totum Comitatum de Herefordshire*, verùm frustra. *Matildis* enim *Augusta* sive *Imperatrix*, quæ cum *Stephano* de hoc regno contendit, *Milonem* *Gualteri Constabularij Glocestriæ* filium eo honore auxit, *Angliæque* *Constabularium* fecit. Huic *Miloni* quinque nati sunt filij, *Rogerus* scilicet, *Walterus*, *Henricus*, *Guilielmus*, & *Mabel*, viri egregij, qui intempestiva morte singuli extincti, cum præter *Guil.* invicem sine prole in paternam successissent hæreditatem: Horum forem natu maximam *Humfredus Bohun* tertius ejus nominis in uxorem accepit, ejusque posterij *Angliæ* fuerunt *Constabularij*, scilicet *Humfredus de Bohun IIII.* *Henricus* ejus filius, cui *Ioannes Rex* concessit viginti libras de tercio denario *Comitatus Hereford* annuatim percipiendas, unde cum fecit *Comitem*. Hic duxit forem & hæredem *Guil. de Magna villa* *Comitis Essexiæ*. *Humfredus V.* ejus filius, qui etiam *Comes Essexiæ*, cui natus

Humfredus VI. qui ante patrem obiit, cum prius tamen genuisset Humfredum VII. Humfredus VIII ejus filius, cui Elizabetha filia Regis Edwardi I. vidua Comitiss Hollandiæ peperit numerosam prolem, Ioannem scilicet Bohun, Humfredum IX. utrumque Comitem Herefordiæ & Essæxiæ sine prole defunctum, & Guillelmum Comitem Northantoniæ, qui genuit Humfredum X. Bohunorum ultimum, Comitem Herefordiæ, Essæxiæ, Northantoniæ, & Angliæ Constabularium, qui duas filias reliquit, quarum altera nupta Henrico Lancastriæ Comiti Derbiæ, qui Herefordiæ Dux creatus, & postea Rex Angliæ inauguratus. Deinde verò Comitis Herefordiæ titulo usi sunt Staffordi Buchinghamiæ Duces, qui nati ex Thomæ Woodstockij Ducis Gloucestriæ, & Alconora Humfredi Decimi filia natu maxima. Nostra verò memoria Edwardus VI, Gualterum d'Evreux, qui à Bohunis per Bouchieros ortus, Vicecomitis Herefordiæ titulo insignivit, ejusque è filio nepotem postea etiam Essæxiæ Comitem Sereniss. Regina Elizabetha creavit.

Continetur in hoc Comitatu Pærciæ 176.

RADNORSHIRE.


Herefordensibus annectitur ad Occasum æstivalem Radnorshire, Britannicè *Sire Maiseuth*, forma triquetra, quanto magis in Occasum protenditur, in angustum magis magisque

Henr. III.

Vide supra
in Comitibus
Essæxiæ

Confinia.

CON.



contracta. Ad Austrum Vaga fluvius Brechnobienfes discludit, ad Septentrionem adjacenti Montgomerienfes. Pars ejus Orientalis & Australis cultior, reliqua montibus asperior vix ullo culto miscet, sylvis tamen satis vestita, profluentibus irrigua, & stagnis alicubi adpersa.

Radnor.

Præcipui nominis est Radnor præcipuum totius pagi opidum, Britannicè *Maiseveth*, pro regionis more culmeis tectis satis elegans, quod tamen sensim extenuatum elanguit, eodem facto quo mater ejus Old Radnor, id est vetus Radnor, Britannicè *Maiseveth bean*, & ab edito situ Penmagi urbs

Old Radnor.

Magi urbs

cap. Si hanc *Maiseveth* fuisse *Magos* urbem dixerim, quam Anton. *Magnas* vocare videtur, à veritate, opinione certè mea, fortasse etiam aliorum, non descivero. Hujus enim tractus incolas *Magesetas* vocatos, Comitèsq; *Magesetes* apud mediæ ætatis scriptores legimus, distantiaque ratio cum à *Gobannio*, sive *Abergevenny*, tum à *Brangonio*, sive *Wigornia*, vix tantillum ab Anton. dimensione discrepat. Vix tribus hinc ad Ortum milliariibus *Prestaine*, Britannicè *Lhan Andro*, id est *Andrea sanum* cernitur, quod è minimo viculo avorum memoria, operâ Martini Episcopi Meneyensis, in forum adeò celebratum, & in eam elegantiam emicuit, ut Radnoriam hodie quodammodo obseveret. A quo etiam vix quatuor mill. pass. abest *Knighon* Prestanæ æmulum, Britannis, ut accepi, *Trebulo*, pro *Tresyclaudh*, à fossa subjecta, quam mirando opere ad disjungendos Britannos à suis Anglis

Prestaine.

Knighon.

Offa Mercius à Devæ ostio, usque ad Vagæ, per nona-

nonaginta plus minus mill. pass. duxit, unde *Claudh-Offa*, id est Offæ fossa Britannicè vocatur.

Post hoc, quicquid ad Occasum, & Septentrionalem limitem adjacet, magna ex parte effœtum & jejunum, incolis *Melienith* vocatur, eo-quod montes flavescant. Hæc *Melienith* ad Vagam usque peringit, qui Occiduum agri angulum transversum secat, & occurrentibus saxis fractus, subito solo destitutus præcipitatur. unde loco *Rahader Gowy* nomen, id est *Vagæ ca-Rahader* *tarractæ*, & nescio an inde hoc nomen *Radnor Gowy*,

Melienith.

primum universo agro, deinde primario opido excuderint Angli. Iuxta vasta est quodammodo solitudo, itinerum anfractibus & montium horrore panè formidolosa, in quam, utpote tutissimum perfrugium se subduxit pestis ille patris Vortigernus, ultimus è Britannico sanguine Britannia Monarcha, cum vocatis in hanc Insulam Anglo-saxonibus, & sua ipsius filia horrendo incestu sibi in uxorem accepta, nefariorum scelerum magnitudinem fera æstimatione perspexit. Sed numinis telo volante, vindice igne cœlitus demisso, cum urbe sua *Caer Guortigern*, quam in præsidium sibi construxerat, deflagavit. Nec procul hinc, quasi hoc fati fuisset, etiam ultimus è Britannico genere Wallia Princeps *Leolinus* ex insidijs interceptus anno 1282 *Leolinus* fatum complevit.

Vortigernus.

Mortuomarij, Anglis *Mortimers* dicti, primi Comites Normannorum magnam hujus regiuncule partem sibi devicerunt. Tandem verò Edwardus III. circa annum salutis 1328. Rogerum de *Mortno-mari* hujus limitis Wallici, vel (ut vulgo lo-

Marchia.

quantur) Marchiæ Comitem creavit. Huic filius fuit Edmundus, qui paterni sceleris poenas luit, & patrimonio & Comitibus titulo exutus. Rogerus tamen ejus filius in integrum restitutus, titulum Comitibus Marchiæ accepit, & Ordinis *Garterij* in prima institutione socius fuit electus. Hic rursus Edmundum Marchiæ Comitem genuit. Ille verò Philippam Leonelli Ducis Clarentiæ, Regis Edwardi III. filij tertio geniti filiam, in uxorem duxit, unde *Ultonia* in Hibernia Comitatus, & Dominium de *Clare* accessit. Huic successit filius Rogerus Marchiæ & *Ultonia* Comes, quem Rex Richardus II. regni successorem designavit, utique materno jure heredem proximum, verum ille, Rege Richardo superstitente, morte sublati, Edmundum & Annam liberos reliquit. Edmundus animi ægritudine confectus expiravit. Annam verò matrimonio Richardus *Plantagenet* Cantabrigiæ Comes sibi junxit; cujus juri ejus posterij Marchiæ fuere Comitès, regnumque vendicarunt, quod tandem etiam consecuti sunt, Edwardusque III. filium suum primogenitum Walliæ Principem, & Cornwalliæ Ducem &c. etiam Comitem Marchiæ in honoris accessionem creavit. Radnoræ autem titulum nullus, quod sciam, seorsim gessit.

Paræcia in hac sunt 52.

BRECHNOK-SHIRE.

Nomen.

Radnoræ subjungitur ad Austrum *Brechinia*, Britannicè *Brechineauc*, Anglicè *Brechnokshire*, à Brecha-

à Brechanio Principe sic dicta, ut existimant Walli, quem numerosam & sanctam prolem, viginti quatuor scilicet filias omnes Sanctas suscepisse ferunt. Hæc multò est Radnoræ amplior, sed in montes densius confurgit, convallibus tamè passim fœcundis. Ab Ortu Herefordiæ, ab Austrò Monumuthia, & Glamorgania, ab Occasu Caermardinia terminatur. *Brechinauc* (inquit Giraldu Cambrensis, qui hic ante 400. annos Archidiaconum egit) terra est satis abundans grano, & si quis est defectus ex Anglicanæ vicinitatis copia suppletur, pasuis & hylvis, feris & armentis terra fœcunda, fluvialibus quoque piscibus abundat, quos hinc *Osea*, inde *Vaga* minifrat, salmonibus enim & trutis utraq; sed plus, egregijs, quos *Vmbras* vocant, *Vaga* fœcundus est. A Boreali autem parte, ut dixit ille, apertior est, & planior, quà à Radnoræ *Vaga* flumine discluditur, cui duo incumbunt opida, *Buelth* scilicet, & *Hay*. *Buelth* sylvis & situ amœnum, castro etiam munitum est, sed recentiori à Breosis scilicet, & Mortuomarijs, Nunc fori frequentia, olim sua dignitate celebre fuisse videtur, quod ejus situm è coelestibus observavit *Ptol*, cui eodem nomine *Bulleium Silurum* dicitur. *Hay* autem, Britannicè *Trekethle*, id est opidum in ipsa agri extremitate proxime Herefordiam *Vagæ* asidet, Romanis, ut videtur, nota, quorum numismata sæpius effodit, mœniumque ruinas ostendit.

Ipsa, sive *Osea*, eximius sanè fluvius mediam agri partem percurrit, qui è Nigro monte proluens, pressa in solum alveo præterit *Breknock* *Breknock* primarium terræ opidum in ejus ferè umbilico

positum, quod Britanni *Aber Hodney* vocant, quia *Hodney* & *Isca* eo loci aquas commisceant. Hoc Romano sæculo fuisse habitatum, è Rom: Caesarum nummis subinde erutis apparet. Patrum verò memoria Rex Henricus VIII, Collegiatam Ecclesiam XIII. Præbendariorum in Dominicanorum Cœnobio constituit, quam ab *Aberguilly* in Mareduensi agro huc transtulit.

Linsavethæ
lacus.

Duobus hinc ad Ortum milliariibus lacus diffunditur, quem Britanni *Lhin-savethan*, & *Linsavathen*, id est *lacus stagnans*, Giraldus *Clamosum* vocat, quod horrendo strepitu tonitrua ementitur, quoties in eo glacies resolvitur, Angli *Brecknock-mere* appellant. duobus mill. longitudine, nec minùs latitudine pater, lutris, perchijs, tincis, & anguillis, quas naviculis vitilibus piscantes capiunt, feracissimus. *Levenus* fluviolus hunc invecus, inconfusus faciem suam servat, & hospitales suas aquas non largiores quàm intulerit evehere creditur. Fama inter accolos longo jam tempore obtinuit, ubi nunc lacus est, urbem olim fuisse, quæ terræ motu absorpta, Et in argumentum, præter alia, vocant, quod omnes publicæ hujus agri viæ ad hunc undiquaque ducant. Quod si verum sit, quam aliam urbem ad *Leveney* fl. existimes, quàm *Loventium*? quod hoc tractu collocat Ptol. & nusquam nunc mihi sedulo indaganti, vel è nomine, vel situ, vel ruderibus comparere potest.

Loventium

Brechinia
Domini.

Regnante Guilielmo Rufo, Bernardus de *Newmarch* Normannus, vir animi consiliique plenus, primus hunc agrum aggressus difficili bello à Cambrijs extorsit, utque gradu certo & confirmato

firmato inter infensos Cambros consisteret, Nestam Gruffini Principis filiam in uxorem accepit. Quæ mulier projectæ & vindicis audaciæ, cum Mahel, unicus Bernardi ex ipsa filius, nobilem adolescentulum, quocum illa stupri continentinam haberet, duriusculè exagitaret, jurjurando coram Rege Henrico II. contestata est, Mahelem filium ab ipsa ex adultero susceptum, & non à Bernardo natum. Unde Mahele excluso, Sibylla ejus soror virum suum Milonem Herefordiæ Comitem lautissimo illo patrimonio locupletavit. Postquam autem quinque Milonis filij improles obissent, hæc Brechinia Berthæ ejus filiæ in hæreditate parienda celsit; quæ ex Philippo de *Breos* suscepit Guilielmum de *Breos* Dominum Brechinia, cui seditiosum ingenium, & procax uxoris linguæ exitium attulit. Ille enim solum vertere tandem coactus in Gallia exul obiit, uxor verò capta, fame malorum extremo in carcere confecta gravissimas procacis linguæ pœnas persolvit. Egidius hujus filius Episcopus Herefordensis annuente Rege Ioanne paternam hæreditatem (nepote recto hærede neglecto) consecutus, fratri Reginaldo reliquit, cujus filium Guilielmum in adulterio cum uxore sua deprehensum Leolinus Princeps Walliæ suspendio sustulit. Per Guilielmi autem filiam hæc Brechinia *Bobunis* obtigit, & tandem per illos Staffords, Edwardoque Stafford Buckinghamiæ Duce proscripto, ad Regem reditus in hoc agro amplissimi devenerunt.

Numerat *Parvici* 61.

Brechinia tabulam habes supra in agro Radnoriensi.

BRechinia, & Herefordia ad Meridianam *Nomen.*
 plagam subjacet Comitatus Monumethen-
 sis, vulgò *Monmouthshire* Anglis, olim *Wentset*, &
Went-land, Britannisq; *Gwent*, ab urbe antiqua
 appellatus. *Confinia.* Includitur à Septentrione *Munow* fl.
 qui Herefordienfes; ab Ortu *Vaga* sive *Wye*,
 qui Gloucestrenfes; ab Occasu *Remmeio*, qui Gla-
 morgenses sejungit, & ab Austro Sabriniano
 aestuario, in quod illa flumina unà cum *Iſca*, qui
 mediam interfecat regionem, evolvuntur. *Solum.*
 Rebus ad victum necessarijs non solàm sibi sufficit,
 sed etiam vicinis affatim suppeditat, Pars Ori-
 entalis herbida & nemorosa, Occidentalis non-
 nihil montana & lapidosa, non tamen colono-
 ingrata. *Gens* (ut inquit Giraldus, de sua atate
 loquens) *Martijs* conflictibus usitatissima, strenuitatis
 operâ laudatissima, & arte sagittifera præ ceteris Wallia
 tribus instructissima.

In extremo ad Circium angulo, *Erwic* dicitur,
 non procul à *Munow* fl. inter *Hattervell* montes,
 quos, quod instar cathedræ conflurgunt, *Munith*
Cader dicunt, *Lanthonij* sedit vetus cœnobium,
 quod *Walterus Lacy* fundavit, à quo *Lacij* illi qui *Lacij Ba-*
 inter primos Hiberniæ expugnatores clarissimi, *nes.*
 proflexerunt. In altero ad Aquilonem angulo,
Munow & *Vaga* confluentes primarium regio-
 nis opidum ferè circumfluunt, & nomen impo-
 nunt, *Mongwy* enim Britannis dicitur, nobis
Monmouth. In medio proximè forum Castellum
 pretendit, quod à *Ioanne Barone de Monmouth*
 ad *Lancastrensem* familiam devenit. Ac jamin-
 de suis immunitatibus, quas *Lancastrenses* con-
 cesserunt, opidum celebre floruit. Sed nulla re
 æquè



Henricus V
Rex Anglia.

æquè insigne habetur, quàm quod Henricum V. Galliaë triumphatorem, & alterum Lancastrensis stemmatis decus Anglis in lucem eduxerit. Illum inquam Henricum, qui Galliam Gallis militari virtute extorsit, & Carolum VI. Galliaë Regem eò adegit, ut regno quodammodò renuntiaret. Galfridum etiam Arthurium Episcopum Asaphensem Britannicaë historiaë confarcinatorem alumnum suum jactat Monmuthia, virum sanè antiquitatis bene peritum, sed fide ut videtur non antiqua, tot Milesias nugas passim ex suo ingenio interseruit. Adeò ut jam inter prohibitos ab Ecclesia Romana scriptores habeatur.

Galfridus
Monumethensis.

Hinc flexuoso volumine descendit in Austrum Vaga, in quo copiosa est Salmorum piscatura à Septembri ad Aprilem. Limes hic inter Gloucestrenses & Monumethenses, olim inter Wallos & Anglos, qui cum jam ad ostium ferè de venerit, *Chepstow* præterfluit, id est, si è Saxonicò interpreteris *Forum*, vel *negotiationis locus*, Britannis *Castle Went*. Opidum hoc est celebre, clivo à flumine surgenti impositum, moenibus circumvallatur magno ambitu, quæ agros & hortos in se includunt. Castrum habet satis spatiosum flumini impendens, & è regione stetit Priusatus, cujus parte meliori demolita, quod reliquum est in Ecclesiam Parochialem convertitur. Pons verò quo Vaga jungitur sublimis est, & admodum excelsus, quia accedente aestu in magnam altitudinem fluvius exurgit. Hujus Domini fuerunt è Clarensum familia Penbrochia Comites, quorum ultimus Richardus vir

infracto

infracto animo Hiberniam Anglis primus sua virtute aperuit. Cæterum non admodum prisca est urbis hujus vetustas. asseverant enim pluri mi, nec sine ratione, è *Venta* vetustissima urbe non ante multa sæcula exortum fuisse, quæ quatuor hinc ad occasum milliariibus Antonini atate floruit, cui *Venta Silurum*, quasi eorum urbs præcipua appellatur, quod nomen nec furor hostilis, nec dies adhuc interpolavit, *Caer Went* enim hodie dicitur, id est *Vrbs Venta*. Urbem autem ipsam vel hæc, vel ille ita abstulit, ut tantam jam è semirutis moenibus, tessellatis pavimentis, Romanorumque nummis extitisse appareat.

Venta,
Caer Went

Ad quintum hinc milliare in Occidentem *Strigulia* castrum ad montium radices sedet, quod *Guil. Fitz-Osbern* Herefordiaë Comes construxit, posteaque Comitum Penbrochiaë è Clarensum familia sedes fuit, unde illi usitate è *Strigulia* Comites appellati fuerunt. Sub hoc ad æstuarium juxta Vagæ ostium *Poriskeweth* adsidet, Mariano *Porischidh*. Deinde *Throgoy* fluviolus propè *Caldcot* Sabrinaë æstuarium subit. Iuxta cernuntur *Wondy* & *Penhow*, olim sedes clarae familiae de *Sancto Mauro*, nunc corruptè *Seimor*. Quorum, & aliorum nobilitas, ut certò ostendi potest, confluit in honoratissimo Edwardo de *S. Mauro*, sive *Seimor*, nunc Comite Hertfordiaë, virtutis, & bonarum litterarum fautore singulari.

S. Mauro,
vel Seimor
familia

Regio palustris per plura milliaria infra extenditur, *The Moore* vocamus, quæ dum hæc recognoscimus, luctuosam cladem magno cum damno pertulit. Mare enim Sabrinianum, cum

acce-

Strongbow

Inundatio
Ianuar.
1607. accederet in interfluvio, & assiduo Libonoto per tres ante dies retroactum fuisset, vehementiori Altano irritatum tanto æstu incanduit, ut humiliori huic tractui, & agro Somersetenſi è regione glomeratis fluctibus incubuerit, ædes subruerit, & numerosa animalium capita, nec non homines oppresserit.

Gold-cliffe Quà palustris hic tractus sensim promi-
Gold-cliffe nendo procurrit in ipsa prominentia *Gold-cliffe*
extollitur, id est, ut inquit Giralduſ, *Rupes aurea,*
eoquod aurci coloris saxa sole repercussa miro fulgore sunt
rutulantia. Post hæc, per palustrem regionem
ad *Isca* ostium pervenimus, quem Britannii *Wsk,*
& *Wysk,* alij *Oscam* nominant. Hic medium
agrum, ut dixi, intermeans, tribus primæ ve-
tustatis urbeculis affunditur.

Gobanium,
Aber Ge-
venij. Prima in ipſo agri limite ad Circium Anto-
nino Gobannium dicitur, ad *Isca* & *Gevenij* conflu-
entes, unde nomen inditum: hodie verò integra
antiqua appellatione *Aber-gevenij,* & contra-
ctè *Abergennij* vocatur, quod *Gevenij,* sive *Go-*
bannij confluentes significat. Hæc muris & ca-
stro munitur. Secunda urbecula, quam *Burrium*

Burrium,
Brunebegie Antoninus dixit, & ad XII. à Gobannio millia-
re ponit, sedet ubi *Birthin* profluens *Isca* commi-
scetur, Britannis hodiè transpositis literis
Brunebegie pro *Burenbegie,* & *Caer Wsk,* Giraldo
Castrum Osca, & Anglis *Wsk,* nunc solum caſtri
ampli & muniti ruinas ostendit, quod amœnissi-
mè intersidet inter *Isca* flumen & *Oitwy* ri-
vulum, qui per *Ragland,* elegantes Comitris *Wi-*
gornia ædes instar castelli, cursum ab Oriente
sub hoc agit. Urbs tertia Antonino *Isca,* & *Le-*

Isca, Legio
II. Caer-
Leon.

sub hoc agit. Urbs tertia Antonino *Isca,* & *Le-*
gio II.

gio II. dicta, duodecim exactè milliaribus Ita-
licis à *Burrio,* ut ille notavit, distans, Britannis
Caer Leon, & *Caer Leon ar Wsk* appellatur, id est
urbs legionis ad Iscam fl. à Legionè Secunda Augu-
sta, quæ etiam Britannica Secunda nominatur.
Ad cujus antiquitatem asserendam antiquas in-
scriptiones, quas hic nuper effoſas Reverendiſſ.
Pater Franciscus Godwinus Episcopus
Landavenſis, venerandæ antiquitatis, & opti-
morum litterarum cultor eximius, mihi pro
sua humanitate impertivit, subjungendas cu-
ravi. Anno 1602. in prato adjuncto repertum à
fossoribus fuit fragmentum aræ cum hac in-
scriptione literis truncalibus, ab Hateriano
Legato Augusti, & Proprætore Provinciæ Cili-
ciæ posita. I S V S. C L. F I L I V S. Q. N. H A -
T E R I A N V S. L E G. A V G. P R. P R. P R O -
V I N C. C I L I C.


Anno inſequenti, juxtâ hæc etiam eruta, quæ
effigiem unâ cum illo aræ fragmento inventam
(ea verò succincta & pharetrata, capite, mani-
bus, & pedibus truncata) Dianæ fuisset, tem-
plumque à Tito Flavio Postumio Varo, veterano
fortassè cohortis Legionis secunda restitutum
fuisse comprobatur. *T. Fl. Postumius Varus. V. C.*
Leg. templ. Dianæ restituit. Et hæc etiam votiva aræ,
è qua *Geta* Cæsaris nomen erasum tunc videatur,
cum ille à fratre Antonino Bassiano sublatus,
& hostis declaratus, ita tamen ut ex litte-
rarum ductu quodammodo appareat. *Pro salute*
Augg. N. N. Severi & Antonini & Geta Cæs. P. Sali-
tienus. P. F. Maecia Thalamus Hadri. pref. Leg. II.
Aug. C. Vampeiano et Lucilian. Hæc etiam mutilata
ibidem

ib idem reperta Ara pulcherrima, quam sic splendendam existimo. Imp. M. AVRELIO ANTONINO AVG. SEVERI LUCIJ FILIO. LEO. II. AUG. p. I. C.

Hic etiam sub ingressum Saxonum fuit gymnasium ducentorum Philosophorum, qui Astronomia ceterisque artibus eruditi cursus stellarum diligenter observabant, ut scripsit Alexander Ellsebiensis auctor rarus. Nunc verò, ut documento sit, urbium non minus quàm hominum facta volvi, in exiguum opidulum decrevit, quæ tantæ olim amplitudinis erat, & ita utraq; ripâ porrecta, ut S. Iuliani ædes clarissimi Equitis aurati Guil. Herbert in ipsa urbe fuisse, & Iulij Martyris Ecclesiam eo loci extisse ferant, quæ mille plus minùs passus jam ab opido abest. Ex ejus etiam ruinis paulo inferius ad Iscæ ofium accrevit *Novus portus*, Giraldo *Novus Burgus*, nobis *Newport*, recentius opidum, castro & portus opportunitate non ignotum.

Saxonica Heptarchia parit hæc regio Wallis montanis, quos illi *Dun-fettan* vocarunt, qui tamen sub Occiduum Saxonum imperio erant. Normannorum verò primis temporibus limitanei Duces gravissimè afflixerunt, præcipuè Hamelinus *Balunus*, Hugo *Lacy*, Gualterus & Gilbertus de *Clare*, & Briennus *Wallingfordensis*, quibus cum donassent Reges quidquid hoc tractu devictis Wallis occupare potuissent, alij superiorem agri partem, quam *Over-Went*, alij inferiorem, quam *Neith-Went* dixerunt, in suam paullatim potestatem redegerunt.

Continet Ecclesias Parochiales 127.



Nomen.

GLAMORGAN

Confinia.

Solum.

Rob. Fitz-Haimon.

Vltimam Silurum regionem eam fuisse existimo, quæ nunc nobis *Glamorganshire*, Britannis *Morganæ*, *Glaſhmorgan*, & *Gladvrganuc*, id est *regio Morgaduc* vocatur, à Morgano Principe, ut plurimi suspicantur, à *Morgan* cœnobio, ut alij. Si ego à *Mor*, quod Britannis mare significat, deducere, nescio sanè an veritati illuderem. Maritimum tamen Armoricæ opidum quod nunc *Morlais*, Ptol. & præcis Gallis *Vorganium*, sive *Morganium* (M enim & V consonantes sæpius hac in lingua transmutantur) dici observavi, & unde quæso, nisi à mari? Et hæc etiam nostra *Morganuc* tota est maritima, minus enim latitudine, quam recta regione porrecta, Sabriniano mari à meridie pullatur, quæ terram verò spectat, ab Ortum Monumethenses, à Borea Brechnochienſes, ab Occafu Maridunenſes adjacent. Pars Septentrionalis montibus est aspera, quorum ad radices planities in meridianum solem extenditur, ea positione quam optimam judicavit Cato, & ob quam Italiam tantoperè commendat Plinius. Hæc enim pars gratissima fecunditate, & crebris opidis undiquaque nitet.

Robertus Fitz-Haimon Normannus, regnante Rufo, ex Anglia per Ivonem nobilem, cui Iustinus hujus Provinciæ regulus filiam suam desponderat, in auxilium accersitus, habito statim delectu, adscitisq; in belli societatem XII. Equestris dignitatis viris, primum infesto agmine Rheſum Principem, à quo Iustinus ille defeceat, interfecit, deinde verò fertilitate regionis incitatus, in Iustinum ipsum conversus, illum avita possessione facile exiit, regionemque in-

ter suos partitus est, montium inculta Ivoni concessit, uberiores agros sibi, & duodecim illis quos *Pares* vocavit, ea lege divisit, ut clientelari jure à se, quasi Domino tenerent, & sibi, cum jus diceretur, præsto adefſent.

Remnus fl. è Montibus demissus, Orientalis est limes, quo hæc Provincia à Monumethensibus dividitur, & *Remni* dividere Britannis significat. In hujus vicinia, ubi per invia agitur inter montes, palustris loco nutantia mœnia *Caer Philli* ca- *Caer Philli* stri cernuntur, quod aded vastæ magnitudinis & mirandi operis fuit, ut Romanorum, præsidium fuisse asserant ferè omnes; nec ego inficias ibo, licet quo nomine illis cognitum fuerit nondum percipio: restauratum tamen videtur, cum sacellum habeat Christiano more constructum.

Paulò inferiùs *Ratoſtabij*, sive *Ratoſtibij* ostium *Ratoſtabij* posuit Ptol. mutilato vocabulo pro *Traith Taff*, id ostium, est *Taffi* fluminis fabulosum æstuarium. Taffus enim è montibus dejectus ibi mare petit per *Landaff*, id est *Fanum ad Taff*, tenuem urbeculam *Landaffe*. humiliori situ, Episcopali tamen dignitate, cui subsunt Parochiæ 154. cathedralique Ecclesia insignem. Hinc *Taff* adit *Caerdiff*, Britannis *Caer- Caerdiff* *did*, nitidam, ut in hac regione, urbem, quam *Fitz-Haimon* ille in belli sedem justitiæque forum mœnibus & castro communiavit, in quo præter delectam cohortem, duodecim illi Milites suas stationes tueri tenebantur.

Vix tribus à *Taffi* ostio milliariibus, in ipso litoris flexu insulæ sternuntur duæ exiguæ, sed amœnæ, tenui freto tum à se, tum à continente

Sully, fortè à Siluri- divisæ, citerior *Sully* dicitur, ex opido objecto, *bus.* Vterior *Barry* vocatur à Barucho viro sancto ibi sepulto, qui ut loco nomen, sic locus cognomen fecit suis postea Dominis. Clara enim Vicecomitum *Barrorum* familia in Hibernia inde originem duxit. In hujus rupe marina, inquit *Giraldus*, apparet rima permodica, ad quam si aurem apponas, audies strepitum quasi operæ fabrilis, nunc folium status, nunc martellorum ictus, nunc cotis & ferri sonora fricamina, stridentisque cavernis stricluras chalybum, & anhelum fornacibus ignem.

Ab his Insulis rectâ in Occidentem Solem litus agitur, fluminiq; uni se patefacit, cui interiorius superimponitur *Cowbridge*, Britannis à faxeo ponte *Pont-uan*, mercatorium opidum. Quod autem hoc in tractu, & ad hanc ab *Isca* distantiam *Bovium* collocarit *Antoninus*, hoc *Bovium* fuisse blandiente conjectura opinatus sum: verùm cum ad tertium hinc milliare sit *Boverton*, quod cum *Bovio* appositè consonet, ita me veritas amer, non alibi *Bovium* indagare ausim. Sed hoc sit instar omnium, quindecim milliariibus à *Bovio* *Nidum* opidum Latino etiam nomine posuit *Anton.* ad quam ipsam distantiam *Neath* notissimum opidum nomine vetusto quasi incolumi sese offert. Parùm hinc distat Castrum *S. Donati*, antiquæ & claræ familiæ *Stradlingorum* habitatio, juxta quod nuperrimè effossi fuerunt nummi antiqui Romanorum. *Ogmore* si. paulò superius viam sibi in mare appetit per *Cottie*, & *Ogmore* castrum. Fons abest hinc paucis miliaribus ad *Novam villam* (ut ad me scribit vir doctissimus *L. Stradling*) opidulum ab occidua ripa *Ogmore* fluvij, à *Sabrina*.

Fons fluens & resuens Sandfordswell.

briniano littore centum ferè passus, in planitie arenosa. *Lympha* utidissima non est, sed satus pura, & usui apta: nunquam scaturit, sed descenditur in puteum nonnullis gradibus. In refluxu maris, æstivo tempore, vix disco aquam colligas, cum mox defluente fredo eandem haustro capaci bene haurias. Instabilitas itidem hyeme manet, sed longè minus apparet, propter adventitias desuper ab imbribus & aliunde aquarum venas. Ego ad sacras aquas semel atque iterum me nuper contuli. Vbi primam ventum est ad locum, omnia perlustrans, tertiam horæ partem commoratus, æstuate *Sabrina*, nec quoquam ad hauriendum accedente, aqua defecit circa tres pollices. Discedo, non ita multò post reversus, crevisse uno pede altius deprehendo. Fontis autem orbis inferior intra parietes propemodùm sex pedes latus est.

Hinc litus legenti occurrit *Kynseage*, & *Margan*, ad mare, nunc sedes claræ & Equestris familiæ *Maunsellorum*. Propè hoc *Margan* in cacumine montis ex faxo durissimo cypus erigitur quatuor pedes longus, & unum pedem latus cum inscriptione, quam quicumque legerit, paulò post moriturum imperitum vulgus circumvicinum credulo errore dictitat; viderit ergo lector, si hoc audeat, nam certò sciat se moriturum. *Bodyoc* hic jacit filius *Catotis* *Irni* pronepos eternali in domo. Ita enim dictiones illas posteriores *Eternali* in domo lego, sepulchra enim eo sæculo *Eternales* domus dictæ erant, Inter *Margan* *eternalis*. autem & *Kynseage* juxta viam jacet laxum IIII. pedes longum cum hac inscriptione: *PVNP* *EIVS* *CAR* *AN* *TOPIVS*. Quam *Cambrobritanni* ita legunt, & interpretantur, *Pim Bis An Car Antopius*. id est, quinque digiti amicorum, vel proximorum

nos interemerunt. Credunt esse sepulchrum Morgani Principis à quo regio fit denominata, qui occisus ut volunt anno DCCC. ante Christum natum. sed has litterarum formulas recentioris esse avi norunt antiquarij.

A *Margan* procurrit litus in Circium per *Aber-avon* tenuem mercatum ad Avonæ fl. ostium, unde nomen, ad *Nidum* flumen vivo sabulo infame, cui ejusdem nominis vetustæque memoriae opidum Antoni Itinerario *Nidum* dictum adsidet. Post *Nidum* fl. quidquid ad *Logbir* flumen, qui ab Occasu hujus agri limes est, jacet, nobis *Gower* dicitur, Britannis & Ninnio *Gubir*. Hæc regio nunc in Orientalem & Occidentalem dividitur. In Orientali *Sweynsey* præcellit opidum à porcis marinis ita Anglis dictum, Britannis *Aber-law* à *Taw* præfluente: Verùm hoc multò vetustius est ad *Loghor* fl. quod Antoninus *Leucarum*, & nos integro nomine *Loghor* appellamus. *Gower* Occidentalis huic subjacet, & infinuante utrinque freto fit. *Cheronesus*, frugibus magis quam opidis prædicanda.

Ab ipsa hujus Provinciae expugnatione Domini fuerunt à *Fitz-Haimone* recta linea descendentes *Glocestræ* Comites, *Clari*, & *Spenseri*. Inde *Bellocampi*, & *Nevillus* unus & alter, & per *Nevilli* filiam è *Spenseri* oriundam *Richardus III* Angliæ Rex, quo interfecto *Henricus VII*. hujus agri hereditatem crevit, *Gasparique* *Bedfordiæ* Duci patruo suo concessit. quo sine prole defuncto, ad se universum jus Rex revocavit, & filio *Henrico VIII*. reliquit, cujus filius *Edwardus VI*. maximam ejus partem *Guilielmo*

Herbert,

Herbert, quem *Penbrochiæ* Comitem, & *Baronem* de *Caerdiff* crearat, venundedit. Ex *Parium* autem XII. sobole supersunt in hoc agro *Stradlingij* multis imaginibus clari, *Tubervilli*, *Flemingorumque* nonnulli. In Angliâ verò supersunt *Baro S. Iohn de Bleso*, *Granvilli* in agro *Devonien-*
si; & *Sivardi*, ut audio, in agro *Somersetten-*

Paræcie 118.

D I M E T Æ.

REliquam hujus Regionis partem, quæ longius in Occasum projecta, Anglis *West-Wales* dicitur, agrumque *Maridunenlem*, sive *Caermarden-shire*, *Penbrochiensem* & *Cereticam*, sive *Cardiganshire* complectitur, *Plinius* *Siluras* etiam tenuisse existimavit: sed *Ptolemæus*, qui exploratius Britanniam novit, alium hic populum constituit, quos *Dinctas* & *Demetas* dixit. *Demetiaque* nomine pro hoc tractu usi sunt cum *Gildas*, tum *Ninnius*, unde *Difed* Britanni incolæ, mutato pro linguæ Idiotissimo M in F hodie vocitant. Si non sinistrae curiositatis videretur, hæc *Demetarum* appellationem à *Debeu Meath* deducere, id est *Planities* ad *Austrum*. Neq. ab hac certè significatione aliena est hujus regionis positio, quæ molli devexitate confidentibus jugis in planitiem paulatim expanditur.

Solun.

Confinia.

A Ger Maridunensis, qui Anglis *Caermarden-shire*, frugibus satis fertilis, gregibus abundans, fossiliumque carbonum alicubi serax, continetur ab Ortu Glamorgania & Brechinia, ab Occasu Penbrochia, a Septentrione Ceretica, intercurrenre Tivio fl. & à Meridie Oceano, qui sinu ad eò magno hic terræ excavat, ut hæc regio interiùs quasi perterrita se subduxisse videatur.

Ad hunc sinum *Kidwelly* se primùm offert, quod nunc vetustate quasi desertum fatiscit. Incolæ enim *Vendraeth veban* fluviolum transgressi, novum *Kidwelly* substruxerunt, portus commoditate eò allecti, quæ jam tamen tenijs objectis ferè nulla est.

Kidwelly.

Paucis infra *Kidwelly* milliariibus, *Tovy* fluvius, qui Ptol. *Topius*, Oceano tandem excipitur, postquam agrum hunc ab Aquilone in Austrum per mensus est, primùm per *Lonandiffry*, quod *Hælus* filius *Rhesi* jam olim in invidiam Anglorum prostravit: inde per *Dinevor*, Principum *Suthwalliæ*, dum illi florent, castrum Regium in montis vertice sublimè elatum: ac demum per *Caer-Marden*, quod ipsi Britanni *Caer-Firfwr*, Ptol. *Maridunum*, Antonin. *Muridinum* dixit. Vrbs hæc est totius Conventus primaria, pratis & sylvis amœna, antiquitate suspicienda, *coctilibus muris*, ut inquit *Giraldus*, *partim adhuc extantibus egregiè clausa, supra nobilem fluvium*, qui navigioliis subvehendis par est, licèt arenarum pulvinus jam ostio obtendatur. In hac natus est Britannorum Tages, *Merlinus* scilicet noster, ut enim ille *Genij* filius aruspicinam suis *Hetruscis*, ita hic in-

Merlinus Vates.

cubi

cubi filius vaticinia, imò mera *Orestis* somnia, *Britannis* nostris esinxit. Vnde in hac Insula apud credulam & imperitam plebem vates celeberrimus audit. *Walliæ* Principes, Regum *Angliæ* primogeniti, hic suam pro *Australi Walliæ* Cancellarium & Scaccarium constituerunt.

Adjacet huic urbi ab Ortu *Canred-bichan*, id est *Centuria minor* (*Canredum* enim vocant terræ portionem quæ centum Villas complectitur) in qua præter ruinas castri *Careg*, & specus spaciosissimas, virenti cespite nunc obtectas, quibus furente Marte imbellem multitudinem habitasse creditur, etiam *Fons* est (ut scribit *Giraldus*)

Bubum

qui naturali die bis undis deficiens, & toties exuberans bilis.

marinas imitatur instabilitates. Ab Aquilone autem longè patet *Canred-Maur*, id est *Centuria Magna*, tutissimum olim *Britannis* perfugium, utpote sylvis densa, confragosa, & collium flexibus variè implicata. Ad *Kilmayn Lloyd* inciderunt nuper rustici in vas figulinum, quo latuit magna vis *Romanorum* numismatum ex argento minùs puro. A Comodi scilicet tempore, qui argentum primus *Romanorum* Imperatorum adulteravit, usque ad quintam *Tribunitiam* Potestatem *Gordiani Tertij*, quæ coincidit cum anno Christi 243. Ad *Tivy* autem fl. qui hunc agrum a Comitatu *Cardigan* determinat, situm est *Novum Castrum*, sic hodie vocant, quod *Rhesus Ap Thomas*, vir bellicosus, qui *Henrico VII.* in regno adipiscendo præsto adfuit, & ab eodem meritò in *Georgiani* Ordinis societatem adscriptus est, renovavit, priùs enim *Elmelin* dicebatur. Qui *Normannorum* primi

New castle

hanc regionem Wallorum Principibus extorserint, ex historijs eruere non possum.

Paræcias habet 87.

Tabulam vide ad Comitatum Radnorie.


PENBROK-SHIRE.

Limites.

IAM in Austrum mare se reflectens, & ingenti ambitu, varijsque recessibus littora incurvans, Comitatum Penbrochiesem, vulgò *Penbrok-shire*, qui in antiquis tabulis *Legalis Comitatus Penbrochia*, & nonnullis *Westwales* nominatur, undique urget, nisi ab Ortu, quâ ager Maridunensis, & ab Aquilone, qua pars *Ceretice* obtenditur. Regio frugibus ferax, pecudibus inprimis repleta, & ad fœcunditatem marga & id genus terræ adipe, ut etiam carbone fossili abundans. Terra hæc, ut inquit Giraldus, *triticea est, marinis piscibus, vinoque venali copiosè referta, & quod omnibus præstat, ex Hiberniæ confinio aeris salubritate temperata.*

Primum in littore ad Austrum descendente *Tenby* elegans opidum mœnibus firmum è siti-ente rupe mare despicit, navium statione, & piscium copia admodum celebre, unde Britannicè *Tenby-y-piscoid* denominatur, & pro Magistratu *Maiorem* habet & *Ballyrum*. Inde in Occasum reducto littore tenues apparent reliquæ *Castri*

Manobey,



Milford-haven.
Milford-haven.
 Manober, quod Pyrrhi mansionem vocat Giral-
 dus. Continuum non multis hinc procurrit mil-
 liaribus littus, tandemque submovens utrinque
 terram longè invehitur mare, & portum efficit,
 quem *Milford-haven* Angli vocant, quo non alter
 est in Europa aut nobilior, aut tutior, tot angu-
 losis recessibus, tot portuosus stationibus distin-
 guitur, quibus ut fibris ripæ undique sunt inci-
 sæ & ut Poëtæ verbis utar :

Hic exarmatus terris cingentibus æquor

Claudatur, & placidam discat servare quietem.

Penbroke.
 Numerat enim (ut Nauticis verbis & distin-
 ctionibus utar) *Creekas* 16. *Baias* 5. & *Rodas* 13.
 suis seorsum nominibus cognitæ. Ad interio-
 rem Orientalemque hujus portus sinum, in agro
 totius *Wallie* amantissimo, principale Provinciae municipi-
 um, *Dimetia* que caput (Giraldu legi) in saxosa
 quadam & oblonga rupis eminentia situm, lingua marina
 de *Milverdico* portu prosiliens in capite bisureo comple-
 ctitur, unde *Britannis* *Penbro* dicitur, quod Caput
 marinum sonat, & nobis *Penbroke*. Primus hoc
 Castrum *Arnulphus de Montgomery* frater *Roberti* *Comi-
 tis Salopiae* sub *Anglorum* Rege *Henrico* primo ex vir-
 gis & cespitis tenuis satis & exile construxit. Ratione ten-
 ure hujus *Castri & Ville, castri & Ville* *Tinbig,
 Grangie de Kingeswood, Commoti de Croycarath, &
 Manerij de Castle-Martin & Tregoire*, *Reginaldus*
Grey in coronatione *Henrici* Quarti petivit por-
 tare secundum gladium, sed frustra, cum re-
 sponsum fuisset, quod eo tempore castra illa &
 prædia in Regis essent manu, ut adhuc *Penbro-
 chia* opidum est, quæ incorporata suum habet
Majorem & Ballivos.

Penbroke.

*Rotulus
 Servitorii.*

Ad

Ad alterum etiam hujus Portus sinum *Carew-
 castle* cernitur, quod & nomen & originem in-
 clytæ familiae de *Carew* dedit, qui se prius de *Familia de
 Montgommery* dictos asserunt, & ab *Arnulpho* il-
 lo de *Montgommery*, quem modò dixi, prognatos
 credunt.

Influunt hunc portum conjunctis ferè ostijs
 flumina duo, quæ *Gledawh* *Britanni* vocant, id
 est, si interpreteris, gladij, unde *Aberdugledbau*,
 id est, duorum gladiorum portum, ipsi appellant.
 Ad quorum Orientaliorem *Slebach* sedet, Præ-
 ceptoria quondam Militum *S. Joannis Hieroso-
 lymitani*. Partem hujus regionis quæ ultra Por-
 tum jacet, & his solis fluminibus perfunditur,
Rosiam sive *Ros* dicunt *Britanni*, facto è re nomi-
 ne, quod viridante procumbat plantitie. *Flandri in
 è Belgio* hanc incolunt, qui *Henrici* Primi per-
 missu huc commigrarunt, cum *Oceanus* ruptis *Wallia.*
 aggeribus magnam *Belgij* partem obruisset.
 Lingua & moribus etiamnum a *Wallis* digno-
 scuntur, & ita ejusdem linguæ societate cum
Anglis conjuncti sunt, qui ad *Belgicam* linguam
 proximè accedunt, ut hæc eorum regiuncula
 a *Britannis* † *Anglia Transwallina* nuncupetur. † *Little
 Gens*, quæ *Giraldu* tempore, *Extispicinam* ad *England.*
 miraculum usque calluit, cujus opus etiam hic *bey ond*
 conspicitur *Via Flandrica* longo tractu perducta. *Wales,*

Ad duorum gladiorum occidentaliorem situ
 admodum inæquali locum habet *Harford west, Harford
 Anglis* olim *Haverford*, *Britannis* *Hulphord*, sua *west.*
 elegantia & frequentia inprimis celebre, &
 quod per se Comitatus habet *Majorem, Vicecomi-
 tem & duos Ballivos*, pro Magistratibus.

Post

*Ostipitarū
Promont.*

Post Rossiam, spatiosum grandi fronte in Oceanum Vergivium longè procedit Promontorium, *Ostipitarum* Ptol. dixit; Britanni *Pebidiauc*, & *Cantred Devi*, nos *S. Davids Land*, Terra, ut author est Giraldus, saxosa, sterilis & infœcunda, nec sylvis vestita, nec fluminibus distincta, nec pratis ornata, ventis solum & procellis semper exposita. Viro- rum tamen sanctissimorum secessus & altrix. Calphurnius enim Presbyter Britannus (ut aliqui, nescio an verè, scripserunt) hic in valle Rosina ex Concha conjugæ, Martini Turonensis sorore, Patricium Hiberniæ Apostolum suscepit, & Devi Episcopus religiosissimus Archiepiscopalem sedem ab Isca Legionum in remotissimum hujus angulum ad *Meneu*, sive *Meneviam* transfulit, quam deinde ab illo Britanni *Tuy Dewy*, id est *Domum Devi*, Saxones *David-Mynster*, Angli hodie *S. Davids* vocant, diuque suos habuit Archiepiscopos. Sed eùm pestis hac in regione atrociter grassaretur, pallio in Britanniam Armoricam Dolam translato, desijt hæc dignitas. Et nunc quidem Vrbecula est pertenuis, solumque prætendit templum spaciosum *S. Andree* & *Davidi* sacrum: quod sæpius eversum, ea qua nunc cernitur forma. Petrus, regnante Ioanne, Episcopus & successores erexerunt in valle, ut vocant, Rosina, sub opido; & juxta palatium est Episcopi, ædesque perpulchræ Præcentoris, Cancellarij, Thesaurarij, & quatuor Archidiaconorum, quæ firmo & pulchro moenium ambitu cinguntur. Falcones egregij & generosi hic in scopulis nidificant, ex illo genere, si accolæ mihi non imponunt, quos *Peregrina*

Falcones.

nos rei accipitrariæ periti vocant, sunt enim illis, ut verbis nobilissimi nostræ ætatis Poëtæ Augusti Thuani *Esimerij* versibus utar:

*Depressus capitis vertex, oblongaque toto
Corpore pennarum series, pallentia crura,
Et graciles digiti, ac sparsi, naresque rotundæ.*

Cæterùm ab hoc Promontorio recedentes terras magno aquarum insultu *Keimes* regiunculam mare diverberat, quæ *Baronia* censetur. In hac primùm *Fisgard*, a piscium captura Anglis dictum, Britannis *Abergwayn*, id est, Ostium fluminis *Gwayn*, asperæ rupi affixum, ubi satis commoda navibus statio: inde *Novus-Portus* ad *Nevern* fluvium, Britannicè *Tref-draeth*, id est *Opidum ad Sabulum*: quod *Martinus* de *Turonibus* construxit, ejus posterius incorporarunt, privilegij ornarunt, præfeceruntque *Portgreivium* & *Ballivum*. Iidem & Monasterium *S. Dogmaëlis* fundarunt, cui Burgus adjacens (ut plura alia *Ovida* Monasterijs) debet originem. *Georgius Owen*, Dominus de *Keimes*, venerandæ antiquitatis cultor eximius, me docuit esse in hac *Baronia* præter tres quos dixi Burgos, Feoda Militaria 20. & Parœcias 26.

Ad *Tivium* flumen, interiùs est *Kilgarran*. quod hodie in unam plateam redactum copiosissima Salmonum piscatura solummodò celebratur.

Stephanus Rex *Gilberto Strongbow*, filio *Gisle-Pembroberti de Clare*, *Penbrochiæ* Comitum titulum prius contulit. Ille *Richardo* filio, *Hiberniæ* Dometori, reliquit. Hujus unica filia *Isabella* *Guilielmum* *Marescallum* maritum eodem adauxit, virum belli pacisque artibus florentissi-

mun, de quo extat hoc Epitaphium:

Sum quem Saturnum sibi sensit Hibernia, Solem

Anglia, Mercurium Normannia, Gallia Martem.

Filijque ejus quinque sua serie Penbrochiæ Comites fuerunt. Quibus omnibus sine prole intra breve tempus sublatis, Comitatus hujus gladio Henricus III. Guilielmum de *Valentia* Lusigniana in Pictonibus familia fratrem sibi uterinum cinxit, qui uxorem habuit Ioannam, ex Guilielmi Marescalli filia natam. Guilielmo de *Valentia* successit filius Audomarus, cujus altera soror & coheres Elizabetha Ioanni Domino *Hastings* enupta, in novam familiam hunc honorem intulit. Laurentius enim *Hastings* ejus est filio nepos; Penbrochiæ Comes Regis Edwardi III. re-scripto fuit confirmatus. Successit filius Ioannes, & huic alter Ioannes, itidem filius, qui in hastiludio Woodstochiæ anno 1391 interfectus, idque nulla relicta prole. Vnde plurimi & optimi reditus in Regis manus (ut Iurisperiti nostri loquuntur) devenerunt, Castrumque Penbrochiæ *Att Court* Aulico gratioso fuit concessum, qui inde vulgò *Penbrochiæ Dominus* appellatus. Nec longo post tempore Ioannes Dux Bedfordiæ, & post illum Humfredus Dux Glocestriæ, ejus frater, Regis Henrici III. filij eundem titulum sunt consecuti. Deinde Guilielmus de la *Pole* factus est Penbrochiæ Marchio, eoque sublato Henricus VI. fratrem suum uterinum Gasparem de *Hatfield* Penbrochiæ Comitem creavit. Cui omnibus honoribus exuto Edwardus III. successorem dedit Guilielmum *Herbert*. Huic eodem nomine suc-

cessit

cessit filius, quem idem Rex Huntingdoniæ Comitatem creavit, & Penbrochiæ titulum filiolo suo primogenito Edwardo Walliæ Principi detulit. Satis longo post tempore Henricus VIII. Annam *Bolleniam*, quam sibi desponderat, Penbrochiæ Marchionissam dixit. Demum memoria nostra Edwardus VI. Guilielmum *Herbert* Dominum de Caerdiffie eodem honore ornavit. Illi successit Henricus filius, & nunc Henrici filius Guilielmus, egregijs corporis & animi dotibus ornatissimus, eodem honore letatur. Hæc autem *Herbertorum* familia in his Walliæ partibus longè est amplissima, & antiqua sanè. Originem enim repetit ab Henrico *Filio-Herberti*, qui Regis Henrici Primi fuit Camerarius, & in uxorem accepit Regis ejus amasiæ, matrem Reginaldi Comitis Cornwalliæ.

Habentur in hoc Comitatu Paraciæ 145.

CARDIGAN-SHIRE.

AB *Otopitaro*, sive Sancti Davidis Promontorio retroacta obliquè in Ortum littora vasto & lunato sinu mare admittunt, cui tertia Dimetarum regio incumbit, quæ Anglis *Cardigan-shire* appellatur, Britannis *Sire Aber-Tivi*, *Nomen* vetustis Scriptoribus *Ceretica*, a Carataco Rege siquis existimet, è suo sensu, non antiquorum autoritate hæc ejus deprompta videatur conjectura: & tamen celeberrimum illum Caratacum hic rerum positum fuisse legimus. Cam-

F f

pestris

pestribus est hæc regio ad Occasum, quæ mare prospicit, uti & ad Meridiem, quæ Tivius fl. Maridunenses secludit: ab Ortu autem & Aquilone, qua Brechinenses & Montgomerienses spectat, continui montes pabulo fœcundi perpetua latera trahunt, sub quibus passim diffunduntur lacus. Non urbibus, sed tuguriolis hanc olim, ut & reliquam Walliam, fuisse distinctam, ex illo Principis sui Caratæ dicto colligatur, qui cum Romæ splendorem & amplitudinem captivus perlustasset, Irane inquit, cum hæc & hujusmodi habeatis, nostra tuguriola concupiscitis? Quæ sunt tamen vetustioris notæ paucis percurramus.

Tivius fl. Ptol. *Tuerobius*, corruptè pro *Dwr Tivius*, à lacu *Lin-Tivy*, sub montibus quos dixi, primùm saxis impeditus, & fremens sine alveo devolvitur per lapidosum admodum tractum, juxta quem ad *Ros* nundinæ pecuariae montanorum frequentissimæ celebrantur, donec *Stratfeur*, cœnobium olim Cluniacensium, montibus circumdatum, accedat. Inde alveo recepto, per *Tregayon* & *Landevi-brevi*, in Davidis Menevensis Episcopi memoriam constructum & nominatum defluit. Huc usque & etiam ulterius in Meridiem se agit Tivius ad *Lan Bedd* mercatorium opidulum. Hinc converso in Occasum cursu latior fertur, propèque *Kilgarran* lapsus ruit ex alto præceps, & Salmonis saltum facit. Salmonibus enim est feracissimus, olimque solus Britannicorum fluminum, ut credidit Girdus Cambrensis, Castores habuit. Animal hoc est amphibium, pedibus prioribus caninis, posteriorio-

Caratæ
Rex.

Lan Bedd.

Castores,
vulgo Be-
vers.

terioribus asferinis, pelle cinerea subnigra, cauda oblonga, lata, & cartilaginea, qua fluitans vice gubernaculi utitur. De quorum solertia multa observavit Girdus ille, sed hodie hic comparent planè nulli.

Vix duobus hinc milliaribus *Cardigan* abest, *Cardigan*.
Britanni *Aber-Tivy*, id est *Tivy ostium* nominant, præcipuum hujus regionis opidum, a Gilberto filio Richardi Clarenfis munitionibus firmatum. A *Tivy* autem ostio molliter recedit litus, plurimis rivulis pervium, inter quos superiori agrî parte memorandus est, quem Ptol. memorat, *Stuccia*, cujus nomen etiam hodie integrum in ore vulgi versatur. *Y-Srwith* scilicet, qui ad fontes plumbi habet venas, & ad ostium *Aber-y-Srwith*, opidum totius *Conventus* copiosissimum, quod Gilbertus etiam ille Clarenfis muris armavit. Huic adjacet *Lhan Badern Vaur*, id est *Fanum Paterni Magni*, qui ex Armorica oriundus *Cereticorum*, ut habet ejus vita, *Ecclesiam* & *pascendo* rexit, & regendo pavit. Verùm Episcopus, ut scribit Rogerus Hoveden, quia *Parochiani Pastorem suum interfecerant*, olim obsolevit.

Vix confirmarant suum in Britannia imperium Normanni, cum statim hanc oram classe *Domini Ceretice*.
tentarunt, & felici quidem successu. Maritima enim paulatim, regnante Guilielmo *Ryfo*, Wallis extorserunt & maximam hujus agrî partem concesserunt Cadugano filio *Blethini*, Britanno prudentissimo, qui gratia in universa Wallia plurimum poterat, & quo amicissimo utebantur Angli. Cadugano autem à Madoco nepote ex improvîso transsosso, Rogerus de *Clare* post-

ea *Cereticam* Henrici II. munificentia accepit. Cujus filio, nisi fallor, Richardo a Wallis interempto, Rhelus Suthwalliæ Princeps victore exercitu sui eam juris fecit: nihilominus in Anglorum potestatem sine cruore sensim denuò recidit.

Ecclesiæ Parochiales in hoc agro sunt 64.

Regionu tabulam supra vide ad Comitatum Radnorie.

ORDEVICES.


Silurum & Dimetarum, quas hætenus peragravimus regiones, posteritas, cum tribus Principibus pareret Wallia, sua lingua *Deheubarth*, id est dextram partem, Angli *Southwales*, ut dictum est, vocaverunt. Reliquos duos Principatus (quos illi *Guineth* & *Powis*, nos *North-wales* & *Powis-land* dicimus) infederunt olim *Ordovices*, qui & *Ordevices*, *Ordovica*, & alicubi, sed corruptissimè, *Ordoluce*. Gens valida & animosa, utpote quæ montibus inhaeret, & solo animatur suo, quæque diutissimè cum Romani, tum Anglici Imperij immunis agitavit: nec ante Domitiani tempora a Romanis devicta, nec ante Edwardi I. tempora ab Anglis in Provinciam reducta.

Horum fines determinare non adeò difficile, nominis autem veram rationem reddere quàm difficillimum existimo. Opinionem tamè concep-
cùm

cùm supra duo flumina *Devi*, quæ vicinis fontibus orta in diversa feruntur, confederint, & *Oar-devi* supra *Devi* flumina lingua Britannica significet, inde illos *Ordevices* dictos fuisse, perinde ac *Arverni*, quod supra Garunnam, *Armorica*, quod supra mare, *Horesa*, quod supra *Elsam* fl. habitarent, fuerint denominati. Nec sine vestigijs intercidit *Ordevicum* in hoc tractu nomen, magna enim terræ pars, quæ mari adjacet, *Arduwy* etiamnum Incolis vocatur, ex quo *Ordevices* molliori sono constasse videantur Romani. Sed uno universa regio recentiori nomine Latinis, præter unam regiunculam, *Guinethia* & *Venedotia*, Britannis *Guineth* nuncupatur, à Venetis *Armorica*. Caterùm ad *Ordevices* spectantur regiones illæ, quæ nunc Anglicè novis nominibus *Montgomery-shire*, *Merioneth-shire*, *Cacmarvon-shire*, *Denbigh-shire*, & *Flint-shire* appellantur.

MONTGOMMERY-SHIRE.

Montgomery-shire, Britannicè *Sire Tre Faldwin*, a primario opido, ad medium Solem *Termini*, *Ceretica* & *Radnorica*, ad Orientem *Salopia*, ad Boream *Denbighia*, & ad Occasum *Merionithia* circumscripta, licet montibus plurimum emineat, convallibus tamen grata fecunditate, cum pal-
Solum
cuis, tum arvis utriq; felix est regio, laudatissimorumque equorum fecunda olim genitrix, qui, ut habet Giralduus, *nobilem picture formam protrahente natura, tam membroso sua majestate, quàm incomparabili velocitate valde commendabiles fuerunt.*



In extremo hujus agri ad Occasum, ubi quasi in conum definit, *Machleneth* sedet, forsitan Romanis *Maglona*, in qua sub Duce Britanniarum *Machleneth, Maglona*. Præfectus Numeri Solensium ad montanos cohibendos. Et ad secundum hinc milliare juxta *Pennall* ostenditur locus *Keyen Caer*, id est *Dorsum Vrbis* dictus, ubi Romanorum numismata subinde effodiuntur, & orbicularis mœnium forma parvo ambitu cernitur. Quinque hinc mille passus *Plinlimon* mons, quem dixi, in eximiam exurgit altitudinem, & ea parte qua hujus agri latus claudit, *Sabrinam*, secundum a Tamisi Britannix flumen, effundit, *Haffen* Britanni, *Severne* Angli indigerant. Hic statim a fonte ita crebris incurvus flexibus agitur, ut sæpe reverti credatur, percurrit tamen, seu potius lentè pervagatur hunc agrum, *Salopiensem*, *Wigorniensem*, & postremò *Glocestrensem*, vitalemque humorem glebæ ubique suppeditans in *Sabrinianum* fretum se tandem placidè exonerat. Et hoc quidem agro sylvis obumbratus per *Laidlos*, *Trenewith* sive *Newtowne*, & *Caer Fussa*, quod & antiquum, & antiquis privilegijs firmatum prædicant, in Boream elucatur, & non procul ab Orientali ripa relinquat *Montgomery* prima *Montgomery* Conventus opidum, surgenti saxo, cuius amœna planicies subjacet, a *Baldwino* limitis *Wallci* præfecto, regnante *Guilielmo Primo* constructum, unde *Tre Baldwin*, id est *Baldwini* opidum *Britannis* vocatur. Sed Angli à *Rogero* *Montgomerico* *Salopix* Comite, cujus patrimonij erat, *Montgomery*, & Latine *Mont-gomery*

Sabrina fl.

vicum dixerunt. Superius Sabrina *Trellin* allabatur, id est *Opidum ad lacum*, unde *Wells* poole Anglis nuncupatur, castrum ab Austro adjunctum habens, a subrufo saxo quo construitur, *Castle Coch* appellatum, quod uno moenium ambitu duo Castella complectitur, alterum Domini *Povvise* erat, Baronis *Dudlej* alterum. Huic è regione altera fluminis ripa objicitur *Buttington Danorum*.

Comes
Mōis Go-
merici.
Suo nomine, titulo & honore hic ager Comitum insignivit nullum, donec nuperrimè anno 1605 Rex *Jacobus Philippum Herbert*, filium natu minorem *Henrici Comitis Penbrochiæ* ex *Maria Sidneja*, pro singulari & propensa in illum voluntate, & spe quam de illius virtutibus concepit maxima, unò eodemque tempore Baronem *Herbert de Shuyland*, & *Montis Gomerici Comitem* apud *Greenwicum* creavit.

Parochiales Ecclesias ostendit 47.

MERIONETH-SCIRE.

A *Montgomerici Comitatus* tergo *Merioneth-shire*, Britannicè, *Sir Verioneth*: Latine *Mervinia*, *Giraldo Terra filiorum Canani*, ad finem usque lunatum quem dixi, & Oceanum pertingit, quo ab Occasu ita pulsatur, ut nonnullam ejus partem abrupuisse credatur. Ad Meridiem *Dovy* fl. a *Ceretica* per aliquot milliaria dirigitur. Ad Septentriones *Caernarvoniam* & *Denbighiam* attingit. Ipsa verò inter montium conglomeraciones

ciones omnium totius *Wallie terrarum* (ut inquit *Giraldus*) hispida magis & horribilis, Habet enim montes Montes ad altissimos, arctos tamen, & in modum acus acutissimos, modum nec raros quidem, sed creberrimos, & tanta equalitate editi, confertos, ut in summis eorum verticibus pastores consabulantes, vel convitantes, si concurrere fortè statuerint, a mane ad vesperum vix convenirent. Numerosi ovium greges in his montibus errant, nec ullum est a lupis periculum, qui tunc per universam Angli-
am deleti creduntur, cum *Eadgarus Rex Ludu-
Anglia*
allo harum regionum Principi tricenos lupos in extincti, singulos annos vectigalis nomine imperavit. Quando enim (ut *Malmesburienis* habet) tribus annis hoc præstitisset, quarto destitit, nullum se ulterius invenire professus. Longo tamen post tempore nonnullos superfuisset ex testimonijs omni exceptione majoribus certò constat,

Incolæ qui rei pecuarie omnino sunt attentis, *Incolæ*
& lacticinjs vescuntur, butyro videlicet, caseo &c. statura, colore nitido, habitu visendo & corporis lineamentis vix alteri in Britannia genti concedunt, sed ab præproperam *Venerem* & otia malè apud vicinos audiunt. Opida hic sunt rara: & ad *Ortum* quidem, quæ *Dovy* labitur, *Mouthwy* Commotus est notissimus: qua vero *Avon* fl. magis ab *Occasum* defluit, *Dolegethle* est *Dolegethle*
viculus mercatorius, à valle in qua conditur sic dictus. Proximè mare in regiuncula *Arduwy*, *Arlech* olim *Caer Colun* abruptissima rupe castrum in mare præterdit, quod ab *Edwardo* Primo (ut ferunt incolæ) extractum, a situ nomen accepit, *Arlech* enim super saxum Britannis denotat. Nec procul hinc juxta *Fastincog* viculum

lum, via publica, five militaris, quæ faxis con-
strata per montes hos præpeditos & quodam-
modo invios ducit. Quam cum Britanni *Sarn*
Helen, id est *Helena strata* nominent, Helenam
Constantini matrem, cujus multa & egregia
erant per Romanum imperium opera, & contra-
visse par est ut existimemus. In Orientali agri
parte *Deva* flumen è duobus fontibus exortum,
& statim *Lhin-tegid*, Anglis *Pimble-meare*, & *Plen-
lin-meare*, lacum longè lateque diffusum integer
transneat, & exit tantus, quantus venit. Nec
enim *Guiniad* peculiare lacui pisces in *Deva* vi-
deas, nec *Salmones* in lacu, qui tamen in flumi-
ne passim capiuntur. Hujus supercilio infidet
Bala opidulam immunitatibus donatum, sed ra-
ris incolis, ædificijsque incultissimis, nihilomi-
nùs præcipuum forum montanorum.

Ecclesiis numerat 37.

Tabulam vide ad præcedentem Comitatum.

CAERNARVON-SHIRE.

Nomen.

SVpra *Merionithiam* jacet, quæ Britannis *Sir-
Caer-arvon*, Anglisque *Caer-narvon-shire*, ab
Opido præcipuo, & priusquam Wallia in Comi-
tatus describeretur, *Snowden Forrest*, Historicis
Latinis *Snaudonia*, ab illo saltu, & *Arvonis*, quod
Monam è regione oppositam habet. Latus Sep-
tentrionale & Occiduum mari objacet, Au-
strale claudit *Merionithia*, & Orientale Den-
bighiensis

Fines.

bighiensis ager, *Conovio* fl. interlabente. Quæ *Soli indole*
mare prospicit, potissimum quæ Promontorio
longius in Occasum hibernum evehitur, incur-
va littora contra *Ostropiarum* five *S. Davids land*
obten dit, gleba est satis fertili, & opidulis redi-
mita. Interiora autem natra longè lateque
montibus, quæsi hic compages hujus Insulæ ter-
ræ visceribus densaret, confertim extulit, rece-
ptaculumque Britannis tutissimum ingruente
bello fecit, tot enim aspreta rupesque, tot con-
valles saltuosæ stagnique impeditæ interjectæ
sunt, ut non modò exercitus, sed ne expediti
quidem viatores calles inveniant. Alpes, si pla-
cet, *Baitannicas* meritò hos montes appelles,
nam præterquam quod totius Insulæ maximæ
sunt, etiam incisis undique rupibus, non minùs
quam Alpes, præcipientes, omnesque unum am-
biunt, qui in medio vastè supereminens, ita ca-
put effert, ut non cælo minari, sed inferere ju-
ga videatur; quæ tamen nivibus sunt fida, toto
enim anno nive, seu potius nivium senio canes-
cunt. Vnde uno nomine omnes Britannis *Craig*
Eiry, Anglis *Snowdon*, id est utraq; lingua *Nivi-
feri montes* vocantur. Nihilominus adeo sunt pa-
bulosi, ut tritissimum sit inter Wallos, *Eiry*
montes omnibus Walliæ armentis in unum co-
actis sufficere posse. Quinimò lacus etiam &
stagnantes aquas esse in summitate horum
montium certum est.

*Snowdon-
hils.*

Sed à montibus in campestria descendamus,
quæ cum sola sint secundum mare, satis sit si
tantum litus legamus. Promontorium quod in
Occasum brunalem projectum diximus, *Pro-*
pro

pro exemplarium varietate *Canganum, Fanganum, Langanum*, dicitur, quod verissimum nescio, sed *Langanum* videatur, cum hodie Incolis *Lhein* vocetur, quod angusto & æquali *Cherfonesso* procurrit, magis quam cætera regio patentibus campis, & hordeo feracissimis. Duo tantum memoranda præterit *Opidula*, interius ad sinum *Pull-bely*, id est *Palus salsa*, exterius ad mare Hibernicum *Nevin* villam mercatoriam.

Segontium,
Caer-nar-
von.

Freto quod hunc Comitatum a *Mona* Insula dividit, *Segontium*, urbs cujus meminit *Antoninus*, superimposita erat, cujus murorum reliquias nonnullas vidimus juxta Ecclesiam in *S. Publicij* honorem constructam. Eruinis autem ejus *Edwardus Primus* anno 1283, *Caer-narvon* urbem paulò superius ita ad fluminis ostium eduxit, ut ab Occidente & Septentrione aquis alluatur. Quæ ut ipsa nomen sumpsit, quod è regione *Mona* Insulæ objicitur, hoc enim vocabulum denotat: ita universo agro nomen suum communicavit, hinc etenim *Anglis Caer-narvon-shire* dicitur. Angusto admodum & ferè orbiculari mœnium ambitu continetur hæc urbecula, sed firmo, castrumque ostendit pulcherrimum, quod totum Occidentale latas occupat. Privatæ aedificijs pro more regionis satis pulchra, & civium humanitate prædicanda. Habuerunt in hæc Principes *Walliæ* suam Cancellariam, Scaccarium, necnon Iustitiarium pro *Wallia Boreali*. Septimo hinc milliari ad idem Fretum, ab Austro monte satis edito, à Septentrione colle inclusum subsidet *Bangor*, sive *Banchor*; a Choro pulchro, vel ut alijs

Banchor.

alijs placet, quasi *Locus Chori* sic appellata. Quæ sedes Episcopalis *Parœciji* 96 præsidet. *Danieli* ejusdem olim Præsuli sacrata est Ecclesia, non illa admodum speciosa structura. *Opidum* est nunc exiguum, olim adeò amplum ut *Banchor-Vaur*, ob magnitudinem diceretur.

Conovius fl. vulgò *Conwey*, ab Oriente hunc agrum determinat, qui è palude ejusdem cognominis in Meridiano Provincie limite emanans, angustiori alveo usque ad ostium ferè collisius properat, conchas alens, quæ cœlesti rore gravidæ *Margaritas* parturiunt, *Conovioque* opido, quod memorat *Antoninus*, nomen imperit. Quod licet nunc prostratum, nomenque illud eo loci extinctum, novo tamen nomine vestustatem suam subindicat. Tenuissimus enim inter ejus rudera viculus *Caer-bean*, id est *Vrbs antiqua* vocatur. E cujus spolijs novum *Opidum* *Edwardus I.* ad ipsum fl. ostium excitavit, quod inde *Aber Conwey* vocant, id est *Conovij ostium*, *Aber Conwey* situ & opere adeò munitum, & peregranti ad flumen *Castro* sic conspicuum, ut *Urbecula* potius quam *Opidi* nomen mercatur, nisi quod rariùs habitetur.

Præfuit huic Regioni statim à *Normannorum* in hanc Insulam ingressu *Gruffinus* filius *Conani*, qui cum influentes *Anglorum* in *Walliam* copias reprimere non potuisset, tempestate sub inde cessit, demumque cum sua integritate *Regis Henrici Primi* gratiam redemisset, faciliè etiam ab *Anglis* sua recuperavit, posteritati que reliquit ad *Leolinum* usque. Qui cum fratres injurijs, & vicinos *Anglos* incursionibus irri-

tasset.

tasset, eò adductus fuit, ut hanc montanam regionem cum Mona, sive Anglesey Insula, ab Edwardo I. clientelari jure teneret, eoque nomine mille Marcas quotannis persolveret. Quibus conditionibus cum postea non staret, sed suam perfidieque fratris pertinaciam, potius quam spem secutus, aleam belli denuò tentaret, interfectus, & sibi & Britannorum in Wallia imperio finem attulit.

Ecclesias habet Parochiales 68.


Huius Provinciae Tabulam habes hic ad sequentem Comitatum.

MONA INSULA SIVE
ANGLESEY.

Quam proximè percurri regionem *Cae-nar-von*, nomen a primario ejus opido, opidumque illud a *Mona* Insula, quæ è regione ob-jacet, accepisse modò dixi. Nunc verò ut eam in suum locum restituam, quam antea imprudens fateor inter Insulas relegaram, & suo ordine perlustrem, quasi suo jure postulat, cum inter Comitatus meritò locum habeat. Hæc igitur quæ Romanis *Mona*, Britannis *Mon*, & *Tir-mou*, id est *Terra Mona*, & *Ynis Doryl*, id est *Insula opaca*, Anglofaxonibus priscis *Moneg*, & tandem cum Angli juris sui fecissent *Engle-sea* & *Anglesey*, quasi *Anglorum Insula* dicta, tenui freto *Mena* a

Britannia

Nomen.



Britannia continente divisa, a reliquis partibus turbido illo Hibernico mari undique pulsata, forma jacet inaequali, quâ longior ab Ortu in occasum xx. mill. quâ latior vix xvii. porrecta. Licet autem, ut habet Giraldus, tellus arida & saxosa videatur, deformis aspectu & inamœna. Est tamen præ cunctis Walliæ finibus tritico germine incomparabiliter fecunda, adeo ut proverbialiter lingua Cambrica dici soleat *Mon mam Cymbry*, quod Latine sonat *Ma mater Cambriæ*. Re etiam pecuaria hodie admodum est opulenta, lapidesque habet molares: & alicubi terram aluminosam, è qua alumen & calcanthum quidam non ita pridem conficere cœperunt. Verum cum res minus succederet, spe deposita ab incepto destiterunt.

Hæc est *Mona* illa Insula nobilissima, sedes Druidum antiqua, a Paulino Suetonio adorta, & Iulio Agricola in Romanum imperium redacta. Quam cum suo nomini & dignitati asseruerit Humfredus Lhuidus in doctissima ad eruditissimum Ortelium epistola, non est cur hic aliquis operam nostram desideret. Hoc tamen atexam, Villas numerasse olim 363. hodieque incolis frequentem esse. Primarium hodie opidum censetur *Bellus Mariscus*, vulgo *Beau-marish*, quod in Orientali parte Edwardus I. in loco palustris construxit, & ob situm bello hoc nomine insignivit, castroque munivit, quod tamen nentiquam absolutum fuisse videatur. Secundum a Bello Marisco opidum *Newburg* censetur, Britannicè *Rosser*, quod decem mille passus ad Occasum abest, & ingestis arenis diu confictatum pristini splendoris multum se amisisse con-

Solum.

Beau-marish.

Newburg.


queritur. *Aber-Fraw* parum hinc distans, quod nunc notæ obscurioris, reliquis olim plurimum dignitate præluxit, utpote olim Regum Venodotia sive Northwalliæ sedes regia, qui hinc *Reges de Aber-fraw* appellati. In extremo verò ad Occasum promontorio, quod nos *Holy head*, id est *Caput sacrum* vocamus, adsidet tenuis viculus, Britannicè *Caer Guby* dictus, cui *Kibius* vir sanctissimus, qui ibidem Deo vacavit, nomen fecit. Reliqua hujus Insulæ vicis passim sunt adspersa, qui cum nihil memorandum præ se ferant, hinc in continentem transmittam, & Denbighensem agrum invisam.

Numerantur in hoc Comitatu Parochiæ 74.

DENBIGH-SHIRE.

CIS Canovium fl. Denbighensis ager, Angliis *Denbig-shire*, interius a mari recedit, & in *Confrida* Ortum usque ad Devam fl. procurrit. A Borea aliquamdiu mare, inde Flintensis regiuneula, ab Occasu Merionithia & Montgomeria, ab Ortu ager Cestrensis & Salopienfis circumcingunt. Pars Occidua sterilis, media, qua in vallem succumbit, fecundissima, Orientalis statim a valle naturam sibi iniquiorem, ad Devam verò multo æquiolem sentit. Occidua pars, nisi quod latior sit quâ Oceano pulsatur, sparsim habitata, glabris & macilentis montibus plusquam protuberat, quorum tamen maciem in montium pronis, ut alibi in Wallia, cultorum diligen-

Solum.



tia & solertia jam pridem vincere cœpit. Terra enim corium latiore vomere in cespites sive bracteas abradentes, eos artificiose congestos injecto igne in cineres redigunt, quibus in agros illos excoariatos inspersis, eorum jejunam sterilitatem ita latificant, ut arincam, supra quam credi possit, profundant. Inter hos montes locus est vulgò dictus *Cerigy Drudion*, id est *Lapides Druydarum*, nonnullæque cernuntur columellæ ad *Y-voellas*, peregrinis characteribus inscriptæ, quas Druydam fuisse nonnulli suspicantur. Ad vallem verò ubi hi montes jam rarefcere incipiunt, pendenti rupi affigitur *Denbighia*, vetustiori nomine *Britannis Cled Frin in Ros*, id est *Confragosæ collis in Rosia* (sic enim illam Regionis partem vocant) quam Edwardus I. cum alijs amplissimis latifundijs Davidi Leolini fratri donavit. Verum jam inde ab Edwardo III. tempore, sive quod situs praruptus incolis non placuerit, nec enim subvectio erat commoda, sive quod aquis indigum erat, paulatim ita demigrarunt, ut verus hoc opidum sit jam exhaustum, & novum longè majus sub ipsa rupe surrexerit, quod adeò frequens est, ut templo multitudinis non capace, jam in antiqui Opidi area novum, tum Domini sui Roberti Comitis Leicestrensis, tum collatitia plurimorum per Angliam pecunia condere incœperint. Robertum enim illum anno 1566. Regina Elizabetha Baronem Denbighiæ creavit. Nec inter Angliæ Baronias alia est, quæ plures nobiles clientelari jure sibi devinctos habet.

Denbigh.

Rob. Com.
Leicestr.

Jam venimus in regionis mediterraneum, ubi
 G g 2 sub

submotis utrinque montibus, Natura, ut quid in aspera regione posset, ostenderet, vallem longè pulcherrimam substravit, ab Austro in Septentrionem xvii. mill. pass. porrectam, V. plus minus latitudine expansam; quæ Oceano & serenanti Boreæ solummodo patet, aliàs undique montibus continetur altis, & ab Ortu quasi pinnatis. Inter quos editissimus est *Moullenti*, in cujus cacumine vallum militare & fonticulum limpidum vidimus. Vallis hæc a salubritate, fertilitate & amœnitate verè foelix. Incolarum color est sanus, capitis firma sinceritas, inoffensum oculorum lumen, & annosa admodum senectus. Ipsa verò virentibus pratis, flaventibus arvis, creberrimis villis & templis spectantium oculis mirum in modum arridet. *Cluidæ* fl. labentibus undique profluentibus auctus eam mediam ab ipso fonte interfecat, unde olim *Stræt Cluid*, & hodie *Diffryn Cluid*, id est *Vallis Cluidæ* denominatur, in qua Britannos è Scotia advenas, pulsos Anglis, regnum constituisse prodiderunt nonnulli. Ad Cluidæ Orientalem ripam in Australi vallis parte *Ruthunia*, Britannis *Ruthun*, Anglis *Ruthin* addidet, maximum vallis emporium, viris & ædificijs frequens, celeberrimè non ita pridem castro amplo, pereleganti, & familiae quantumvis numerosæ capacissimo. Quod nuper ad Ambrosium Warwicensem Comitem cum opimis in valle redditibus ex Regina Elizabethæ munificentia spectavit.

Yale regi-
uncula.
E valle ad Ortum ascendentem excipit *Yale* regiuncula montana, & si ad regiones subjectas & circumvicinas conferatur, editissima, adeò

ut nullum aliunde flumen excipiat, sed plures ex se emittat. Ex hoc editiori situ aspera est, algida, & ventis undique perflata. An ab *Alen* fluvio, qui in hac exortus semel atque iterum se recondit cuniculum agens, nomen acceperit, nescio. Montes bobus, ovibus, capris sunt referti, convalles alicubi frumenti satis feraces, maximè ad Orientalem partem cis Alenum: Occidentalior autem pars minùs est fertilis, & nonnullis in locis planè ericetum, & infrugifera.

Ab hac magis in Ortum territorium Britannicè *Mailor Gymraig*, id est *Mailoria Wallica*, Anglicè *Bromfield*, usque ad *Devam* fl. pertingit, læta admodum regiuncula & plumbi ferax, præcipuè juxta *Moiinglath* viculum, qui a fodinis nomen assumpsit. *Wrexham* hic cernitur, Saxonice *Wrexham*, *Writtlebam*, sacra turre elegantissima conspicuum, musicisque in Ecclesiâ organis celebratum: & huic vicinum est *Leonis Castrum*, a Legione xx. victrice, quæ paulò superius ad alteram *Devæ* ripam egit, forte sic dictum, nunc *Holt* vulgò vocatur, instauratumque creditur nuper a *Guiljelmo Stanleio*, qui cum capite plexus esset, hæc & aliæ ejus possessiones fisco fuerunt adjudicate.

Brumfeldiæ ad Austrum *Chirke* subjacet, Britannicè *Gwain*, satis illa montosa, sed duobus castris nobilitata, *Chirke* scilicet, quod nomen dedit, & *Castle Dinas Bran* in editissimo fastigiati montis jugo suspensum, cujus nunc nihil nisi parietinæ superstant.

Hæc Provinciola non fuit in Comitatum instituta ante tempora *Henrici Octavi*, qui & *Quatuor*

novi Comi- Rgdnoriam, Brechiniam & Montgomeriam authori-
tatis Wal- tate Parliamentaria Comitatus fecit.
lie.

In hac agro Paræcia sunt 57.

FLINT-SHIRE.

Fines.

Solum.

Denbighienſi agro ad Septemtrionem lon-
gior quàm latior præjacet *Flutenſis* Provin-
ciola, Anglis *Flint-ſhire*, Hibernico mari, ſive po-
tiùs Devæ æſtuario ab Arcto pulſata, ab Ortu
Ceſtrienſi Comitatu, ab alijs plagis Denbighi-
enſi finita. Non illa quidem montana, ſed collu-
um prominentia aliquantulum ſurgens, quæ leni-
ter in fertiliſſimos agros reſupinatur, qui, præ-
fertim quæ mare proſpiciunt, primo quoque
anno nonnullis in locis hordeum, alijs triticum,
in univerſum ſecale viceſimo & ſuprà fœnore,
& poſtea avenam in quatuor aut quinque an-
nos profundunt.

In hujus & Denbighienſis agri conſinio, quæ
molliori devexitate montes ſe ſubducunt, & fa-
ciliorem in vallem deſcenſum ac tranſitum præ-
bent, in ipſis faucibus urbeculam *Varim* poſue-
runt Romani, quæ à Conovio ad 12. mill. lo-
cat Antoninus. Hæc nulla ſui nominis parte
truncata *Bod-viri*, id eſt *Manſio-viri* hodie voca-
tur, oſtenditque dirutæ Urbis veſtigia in proxi-
mo monticulo, quem illi *Moyly Gaer*, id eſt *Mon-
tem Urbis* appellant. Infra hanc *Varim* in val-
lem prolabitur *Cluida*, ſtatimque *Elwy* fluviolus
una confluit, ubi Episcopalis eſt ſedes. Hæc à
flumi-

flumine *Llan-Elwy* Britannis, à patrono *Aſapho*
S. Aſaph Anglis, & *Aſaphenſis* Hiſtoricis nomi-
natur. Nec opidum ſua elegantia, nec templum
vel ſtructura vel ornatu prædicandum, vetuſta-
tis tamen nomine neutiquam tacendum eſt.
Circa annum enim reparatæ ſalutis DLX. Ken-
tigernus Episcopopus Glaſguenſis è Scotia proſu-
tigus Episcopalem ſedem cœnobiumque hic con-
ſtituit, congregatis ſexcentis ſexaginta tribus
fratribus, quorum trecenti illiterati agricultura,
totidem alij operibus intra monaſterium
exercendis, reliqui Divinis rebus peragendis
vacarent; quos ita per conventus diſtribuit, ut
jugiter aliqui in templo Deo inſervirent. Cùm
autem in Scotiam rediret, *Aſaphum* virum in-
teggerrimum huic Cœnobio præfecit, à quo ho-
diernum nomen impoſitum. Episcopopus hujus
ſedis Parœcias plus minus CXXVIT. ſubjectas
habet. Superius *Ruthlan*, à ſubruſa *Cluida* ripa
cui adjacet appellationem ſortita, caſtello nitet
egregio, ſed ſerè vetuſtate conſecto. Sub quo
ſtatim *Cluida* mari immiſcetur, & licet vallis
ad ipſum oſtium inferiore libra quàm mare de-
preſſa videatur, nunquam tamen ſuperlabitur,
ſed obſtaculo naturali, non ſine ſumma Divini
conſilij admiratione, in ipſis marginibus hæret
aqua. Hinc litus in Ortum paulatim deſcen-
dendo procedit primùm per *Diſart*, inde per *Bas-
ſagwerk*, ſub quo *Haly-wel*, id eſt *Fons ſacer*, opi-
dulum vidimus, ubi fons *Winefredæ* virginis
Chriſtianæ memoria, quæ ſuprum ibi per vim
oblatum morte luit, à tyranno occiſa, & muſco
gratiſſimi odoris longè eſt celeberrimus, ex quo

S. Aſaph.
Haly wel;

Varis,
Bod-vvri.

emanat fluviolus, sive potius proruit inter saxa, quibus nescio quid sanguineum innascitur, tantoque impetu fertur, ut statim par sit mola agenda. Ipsi autem fonti impositum est pereleganti opere è saxo vivo facellum, cui adjuncta est Ecclesiola, in cujus fenestra Winefredæ illius historia & cædes describitur. Inde in littore *Flint* castrum conspicitur, quod huic agro nomen fecit. Postea ad Orientalem agri limitem proximè *Cestrenses* *Harwarden* castrum, vulgò *Hardeu*, haud multum à littore sedet.

Australem sub his regionis partem pererrat *Alen* fluviolus, prope quem in monte ad *Kilken* viculum fons est, qui maris æmulus, statis temporibus suas & revomit & resorbet aquas. *Hope* Castrum, Britannicè *Cæc-Gurle*, ubi lapides molares è rupe exciduntur, & *Mold*, Britannicè *Gwid-que*, castrum olim Baronum de *Montbault*, huic Aleno superimponuntur, quæ antiquitatis indicia præ se ferunt plurima. Iuxta *Hope*, cum hæc scriberemus, hortulanus, dum aliàs terram moliretur, in opus pervetustum incidit, de quo plurimè plurimorum enatæ sunt opiniones, sed qui Vitruvium diligentius legerit, perspiciet nihil aliud fuisse quam Hypocaustum à Romanis inceptum, qui crescente cum divitijs luxuria, balneis plurimum sunt usi. Longum erat ulnas 5. latum 4. altum plus minus dimidium ulnæ. Includebatur parietibus ex vivo saxo, pavimentum ex testa cum calce trulliflata, columellis lateritijs innitebatur concameratio, quæ ex tegulis erat tectorio opere politis, & hinc inde perforatis, quibus fictiles impositi erant quasi tubuli,

buli, per quos calor vis deferebatur. Quorum verò hoc opus fuerit, *LEG. XX.* tegulis impressa loquitur.

Cestrenses Comites levia prælia ex occasione & opportunitate cum Wallis conferentes, hunc agrum primi Normannorum sibi subjecerunt. Sed cum ad Regium patrimonium accessisset, Edwardus I. quod ad suas opes tuendas & Wallos coercendos commodissimum ratus erat, hanc & omnem Walliæ oram maritimam sibi tenuit. Interiora Proceribus suis, prout visum erat, assignavit.

In hoc Flintensi Comitatu habentur
Paræciæ tantum 28.

Tabulam supra vide ad Comitatum Denbighiensem.

PRINCIPES WALLIÆ.

P Rincipes Walliæ antiquioris è stirpe Britannica ex Annalibus Walliæ editis petantur, mihi autem recentiores è Regio Anglorum sanguine, pro suscepti operis ratione, hic compendio enumerare operæ pretium videtur. Edwardus I. cui juveni Henricus III. pater Principatum Walliæ concesserat, cum Leolino *Ap-Gryffith* postremo Britannici stemmatis Principe occiso, Wallici Principatus puañ nervos incidisset, anno Regni sui XII. eundem Angliæ Regno adunavit, filioque ejus Edwardo de *Cæc-narvon*, quem Walliæ Principem designarat, si-

Flint.

*Balnea sive
therme
prisæ.*

dem & obsequium univerſa Provincia præſtitit. Sed Principis Walliæ titulum Edwardus ille II. filio Edwardo non contulit, quantum ego hætenus è Regni regeſtis comperi. Edwardus autem III. primùm filium Edwardum cognomine Nigrum hoc titulo ſolemni inveſtitura ornavit, poſteaquæ ejus filium Richardum de *Burdigala* regni hæredem eodem inſignivit, qui Regno ab Henrico IIII. ſpolarum nulla ſuſcepta prole miſerè periit. Henricus ille IIII. filio primogenito, qui Henrici V. nomine ſplendidè inclaruit, Walliæ Principatum detulit. Filius autem ejus Henricus VI. qui patre moriente in cunis vagijt, hunc quem ipſe nunquam accepit honorem, Edwardo filiolo contulit, cui in prælio Tewkeſburienſi capto cerebrum ab Eboracenſi factione crudeliter diſperſum. Non longo interjecto tempore Rex Edwardus IIII. regni compos filiolum Edwardum, qui quintus poſtea Edwardus in Regum ſerie, Walliæ Principem creavit: & mox patruus, qui eum è medio ſuſtulit, Richardus III. Edwardum filium ſuum, quem Edwardus IIII. Sarisburie Comitem fecerat, in ejus locum ſurrogavit. Poſtea Henricus VII. primùm Arthurum, eo quæ deſuncto Henricum, qui poſtea Henrici Octavi nomine noſtiſſimus, Walliæ Principes conſtituit. His ſingulis Principatus Walliæ inveſtitura & Diplomate tradito delatus hiſce verbis, *Teneſtus ſibi & Hæredibus Regibus Angliæ.* Maria, Elizabetha & Edwardus Henrici Octavi liberi, licèt inveſtituram & Diploma non acceperint, vulgò tamen appellatì fuerunt ſuo ordine Principes Walliæ

Walliæ. Eo etenim tempore Wallia authoritate Parlamentaria regno Angliæ ita conjuncta fuit & adunata, ut eodem jure uteretur. Iam è Wallia in Angliam pedem referam, & ad Brigantes accedam.

BRIGANTES.

BRitannia, quæ huc uſque enormibus eveſta promontorijs, hinc Germaniam, illinc Hiberniam propius intuendo, nunc, quaſi irruentem expaveret Oceanum, introrſum ſe revocat, & latiora terrarum divorria faciendò recedit, in multò minorem latitudinem contracta. Nec enim plus centum mille paſſus inter littora patet, quæ utrinquæ recto ferè curſu in Septemtrionem ad Scotiam uſq; pertinent. Hanc partem ferè omnem, integris Britannorum rebus, inſederunt Brigantes. Ab orientali enim mari uſque ad Occidentale eos habitaffe ſcribit Ptol. Gens hæc erat validiſſima, numeroſiſſima, & apud meliores Authores in primis celebrata, apud quos omnes *Brigantes* vocantur. Ut ut autem aliunde petant quidam hujus vocis etymon, fanè Britanni noſtri, ſi quos pravo ingenio & audaciùs graſſantes viderint, eos pervulgatò dictorio *Wharret Brigans*, id eſt *Brigantem agere* dicunt. Galli quæ hodiè, ex priſca (ut videtur) Gallorum lingua, ejuſdem farinæ homines *Brigands*, & prædatorias naves *Brigantins* vocitant. An verò eà viſ fuerit verbi olim in Gallica, vel Britannica lingua,

lingua, vel nostri Brigantes ejusmodi fuerint, affirmare non ausim. Si tamen non malè memini, Brigantes Alpinum populum grassatores vocat Strabo, & Iulius Belga, juvenis projectæ audaciæ, Briganticus apud Tacitum cognominatur. Cujusmodi vitio Brigantes nostri affines videantur fuisse, cum ita in vicinos grassarentur, ut illis ea de causa magnam agri partem ademerit Antoninus Pius, uti author est Pausanias. Neque hoc ignominiam habuit bellicosa illa ætate, cum jus in viribus omnes gentes haberent. *Latrocinia* (inquit Cæsar) *apud Germanos nullam habent infamiam, quæ extra fines cujusque civitatis sunt, atque ea juventutis exercenda, & desidia minime de causa fieri prædicant.*

Cæterum amplissima horum regio, quæ angustior quàm cœperat procedit, in medio, ut Italia Apennino, perpetuis montium jugis attollitur, qui Comitatus, in quos nunc describitur, interdividunt. Sub illis enim montibus, ad Ortum & mare Germanicum subjacent Comitatus Eboracensis & Episcopatus Dunelmensis, ad Occalum Lancastrensis, Westmorlandia & Cumberlandia, quæ omnes Provinciæ in Saxonicæ Imperij infantia Deirorum regno continebantur. Saxones enim has regiones Nordanhumbrorum regnum dixerunt, & in duas partes diviserunt, *Deiram* scilicet, quæ nobis proximior cis *Tinam* fl, & *Berniciam*, quæ ulterior à *Tina* ad fretum usque Scoticum pertinet: quæ partes quanquam suos Reges aliquamdiu habuerint, tandem in unum tamen regnum coaruerunt.





Hanc tabulam insere ante paginam 477.

AGER Eboracensis, Saxonice *Everric-scyre*,
Effroc-scyre, & *Ebora-scyre*, vulgò *York-shire*, *Nomen*,
 qui totius Angliæ Provincia est longè maxima,
 temperatæ censetur ubertatis. Si hic saxosa, vel *Fines*,
 arenosa sit sterilitas, illic latissima arborum fo-
 cunditas, si hic sylvis sit nuda, illic densissimis
 nemoribus obumbrata, ita providè temperan-
 te natura, ut ipsa regio etiam sua varietate gra-
 tior & lætior videatur. Quà declinat in Vespere-
 rum, montibus quos dixi, Lancastrensi agro,
 & Westmorlandia terminatur; unde Arcum
 suspicit, Dunelmensem Episcopatum habet
 continuato Tesis fl. cursu divisum. Quà Sol ex-
 oritur, Oceano Germanico urgetur. Latus Au-
 strinum primùm ager Cestrensis & Derbiensis,
 inde Nottingamiensis, & postea Lincolnensis
 claudunt, ubi loci nobile illud æstuarium *Hum-*
ber interfunditur, in quod ferè omnia flumina,
 quæ hanc regionem perfundunt, tanquam in
 conceptaculum se evolvunt.

Provincia hæc omnis in tres partes dividitur, *Divisio*.
 quæ a tribus coeli plagis *West-riding*, *East-riding*,
 & *North-riding* vocantur. In Occidua parte, oc- *Westriding*
 cidui sive limitanei montes multa emittunt flu-
 mina, quæ singula unus *Ouse*, qui primùm *Fre* &
Your dictus, hospitio accipit, & in *Humbrum* se-
 cum deducit. Nec alia mihi commodior vide-
 tur ratio hanc partem describendi, quàm si *Da-*
ni, *Calderi*, *Ari*, *Wherfi*, *Nidi* & *Ouse* fluena per-
 sequar, qui ex his montibus exorti potiora sunt
 flumina, & locis potioribus affunduntur.

Danus, vulgò *Don* & *Dunc*, ita (uti viderur) no- *Solum*.
 minatus quod pressiori & inferiori in solum la-
 bitur

bitur alveo, id enim *Dan* Britannis significat, postquam *Worthley* salutavit, quæ insigni familiæ cognomen contulit; & quod in proximo est *Wentworth*, unde Barones de *Wentworth* & originem & nomen una traxerunt, primum *Sheaf-field* opidum præterit, ferrarijs fabris, uti & alia opidula adjacentia celebre, & castro firmo vestitoque munitum. Inde alnis; taxis aliisque arboribus amictus *Rotheram* adit: & hinc castellum antiquum *Connisborrow*, Britannicè *Caer-Conan*, rupi affixum suspicit. Postèa *Sprotburg* subivit, antiquam sedem vetustæ Equestris familiæ *Guilielmiadum*, sive *Fitz-williams*, qui amplissima cognatione nobilissimos Angliæ attingunt:

Dispertito hinc alveo *Danus* vetusto opido allabens nomen impertit suum; quod nos hodie *Dan-caster*, Scoti *Doncastle*, Saxones *Donacester*, *Ninnius Caer-Daun*, sed *Antoninus Danion* vocat; & igne coelitus demisso circa annum Domini 759 ita desagravit, suisque ruinis depressum jacuit, ut vix denuò respirarit. Magnam arcis aream ostendit, quam tunc incendio absumptam credunt, quo loci nunc templum elegans S. Georgio sacrum, quod unicum est hoc opido, vidimus. Sub hoc vix quinque ad Austrum milliarius abest *Tickhill*, vetustum opidum vestito castro satis magno, sed simplici mœnium ambitu, & mole edita, cui arx rotunda imponitur, munitum. Cæterum jam *Danus*, qui sæpiùs hic insurgit, & campis innatat, divisas recolligens aquas, per *Hatfield Chace*, ubi Cervorum admodum copiosa est venatio, iterum distractus, hinc *Idelum* *Notringamiensium* flumen, illuc

line *Arum* petit, ut unà cum illis *Humbrum* æstuarium subeat. Quo in loco circumfunduntur his fluminibus *Diche-March* & *Marshland* palustres regiunculae, seu potius *Insulae amnicæ*, quæ quindecim plus minus mill. pass. in circuitu colligunt, luxuriante viriditate latissimæ, pascendis pecoribus admodum aptæ, & undique viculis quasi redimitæ. Terram tamen pendere, & incrementibus aquis attolli *Incolarum* nonnulli existimant, quod de *Antro Gallia* *Insula Pomponius Mela* scripsit.

Calderus in ipso *Lancastrensi* confinio scatenens ignobilibus præteritur opidus, inter quæ ad *Gretland* in cacumine montis, in quem nullus nisi una parte accessus, effossa fuit ara votiva, Deo Civitatis *Brigantû Topic*, ut videtur, posita quæ nunc cernitur *Bradleia* in ædibus *Clar*. Equitis aurati *Ioannis Savil*, Baronis *Scaccarij*, inscripta habens, ab altero quidem latere, hæc verba: DVI. CI. BRIG. ET. NVN. GG. T. AVRELIANVS DD. PRO SE ET SVIS. S. M. A. G. S. ab altero verò ANTONINO III. ET GETA COSS. Id est, *Dui Civitatis Brigantium*, & *numinibus Augustorum Titus Aurelius Aurelianus* dedicavit pro se & suis. *Extrema* notæ mihi profus ignotæ. *Antonino III.* & *Geta Consulibus*. An verò *Dui* illud sit *Deus*, quem *Dij Topic* *Diu* nunc vocant *Britanni*, an peculiaris *Brigantium Genij Topicus*, disquirant *Doctiores*. *Vitæ animæ nascutibus*, ita *populis fatales genij*, sic scribit *Symmachus*, dividuntur. *Variosque custodes cunctis regionibus mens Divina distribuit*. Hæc enim erat *piscorum Theologica persuasio*. Et ut exteros taceam,

Sheaffield.

Fitz-williams familia.

Dancaester, Danum.

Tickhill.

Marshland.

Annus Christi 209.

taceam, quorum historia ejusmodi *Dijis Topicis* est plenissima, habuerunt Britanni in ea parte quæ *Effexia* nunc dicitur *Andatem*, in Cumberlandia *Bello-tucadrum*, in Northumbriu *Viterinum* & *Moguntum*, ut ex inscriptionibus quas suis locis dabó constabit: Recteque observavit *Servius Honoratus* *Topics Deos* ad alias regiones nunquam transire.

Halifax:

Inter ipsos montes *Calder* postea a sinistra *Halifax* relinquit, opidum celebratissimum, in declivi collis ab Occasu in Ortum positum. Nec multis antè sæculis hoc nomen assumpsit, *Horton* enim antea dicebatur, ut ex Incolis perhibent nonnulli, qui & hanc historiolum de nominis immutatione habent. Clericus quidam, ut vocant, virginem impotenter deperibat, cujus pudicitiam cum nullis lenocinijs expugnare potuisset, amore in amentiam verso, caput virginis sceleratus abscidit, quod postea taxo appensum vulgus ad putredinem usque sacrosanctum habuit, & invisit, arborisque ramusculos quisque sibi decerpfit, Sed arbore jam denudata, honoris & religionis opinionem conservavit credulitas. Populus enim credidit venulas, quæ tanquam comæ vel stamina inter corticem & truncum taxi extenduntur, ipsissimos fuisse virginis capillos. Vnde peregrinatio à vicinis huc instituta, & ita frequentata fuit, ut *Horton* viculus in amplum opidum accreverit, nomenque novum *Halig-fax*, sive *Hali-fex*, id est *Sacri capilli* acceperit. *Fax* enim *Trans trentanis* Anglis capillum significat. Vnde etiam nobilium familia in hoc agro *Faire-fax* à pulchro capillitio nominatur.

Cele-

Celebritas verò hujus loci magna est apud vulgus, ex ea lege qua furto deprehensos statim capite obruncant, nec non apud doctos, quod *Ioannem de Sacro Bosco* authorem libri de Sphæra hinc oriundum perhibent. Sed celebritas major ex Parochiæ amplitudine. Capellas enim xi. è quibus duæ sunt Capellæ Parochiales, & hominum plus minus xii. millia numerat. Adeo ut incolæ subinde dicere soleant, hanc suam Parochiam plures alere homines, quam alia cuiuscumque generis animalia: cum alibi in Anglia in locis fertilissimis plurima ovium millia & pauculos homines conspicias, quasi ovibus & bobus homines cesserint, vel ab ipsis devorati fuerint. Admiranda etiam in primis hic Incolarum industria, qui solo sterili, in quo non modo commodè non vivi, sed vix vivi possit, ita re pannaria florent, quam primùm ante 70. annos exercere cœperunt, ut & opes sibi magnas congerant, & vicinis omnibus laudem præripiant, verumque illud probent, quod dicitur, hominum industriam loci sterilitate sæpè exacui, & hinc *Norimbergam* Germaniæ, *Venetias* & *Genuam* Italiæ, *Limogeamque* Galliæ urbes infœcundis locis sitas extitisse florentissimas.

Ad sextum hinc milliare, non ita procul à dextra *Calderi* ripa, prope *Almondburij* viculum, in colle satis præruptè edito, valli, murorum aliquæ ruinae, & castelli, quod triplici munitionum quasi corona præcingebatur, manifesta indicia cernuntur, quod *Cambodunum*, *Ptol.* per *Cambodunum*, & *Beda* diviso vocabulo *Camulodunum*, & *Beda* diviso vocabulo *Camodunum*, fuisse probat hinc a *Mancunio*, il-

H h

line

Io: de Sæ
crobosco.Cambodu-
num.

linc à *Calcaria*, ipsa quam statuit Anton. distantia. Huic adjacet *Wishley* habitatio vetustæ sanè & celebris familiæ de *Bello-monte*, quæ tamen alia est ab illa Baronum & Vicecomitum de *Bello-monte*, & ante eorum in Angliam adventum inclaruit.

His relictis *Kirkley*, quondam Virginum sacrarum sedem, & Roberti *Hoodi*, prædonis honestissimi, & igitur decantatissimi, tumulum præterlapsus Calderus, petit *Dewsborong* sub colle excelso positum. Atque hinc per *Tbornhill*, quod ab ejusdem cognominis Equitibus ad *Savillos* descendit, *Wakefeldiam* alluit, re pannaria, sua magnitudine, ædificiorum elegantia, foro frequenti, & ponte inlytam, cui sacellum pulcherrimum fuit, ab Edwardo III. in memoriam eorum qui ibi prælio ceciderunt extractum. Tractus hic circumvicinus satis longè lateq; *Dominium de Wakefeld* dicitur, Seneschallumq; suum habet semper aliquem ex nobilioribus vicinis, quod munus sæpius gesserunt *Savilli*, quorum familia hic est numerosissima, hodieque eodem fungitur *I. Savill* Eques auratus, cujus ædes elegantissimæ haud procul ab *Howley* conspiciuntur.

Vix quintum a *Wakefeldia* milliare Calderus emensus est, cum & aquas & nomen suum in *Aro* deponit. Vbi ad confluentes interfidet *Medley*, id est *Interamna*, vel *Media inter amnes*, sedes hodie Clar. Militis Ioannis *Savilli*, dignissimi Baronis Regij Scaccarij, quem & mihi pro humanitate favisse, & hoc opus pro doctrina promovisse lubens agnosco.

Arus

Arus ex Pennigenti montis radicibus, qui inter *Orcidius* montes altius se effert, ortus, statim ita mæandris ludit, quasi dubius fontes an mare petet, ut septies semihoræ spatio mihi trajectendus fuerit. Tranquillus, compositus, & vix fluens, unde & nomen sortitum credimus. Lenem enim & lentum *Ara* Britannis denotare diximus, unde & lentus ille Gallix *Aravis* nomen habet. Regionem ad hujus fontes *Craven* vocamus, fortè a Britannico *Crage*, id est *Saxum*. Saxi enim atque pendentibus rupibus & aspretis omnia inhorrestunt. Quibus media, suis quasi latebris, non procul ab *Aro* subdit *Skip-ton*, interque præcipitia quodammodo inclusa later, perinde ac Italia Latium, quod sic dictum autumat *Vairo*, quia sub *Apennino* & *Alpibus* lateat. Opidum pro ratione ædificiorum inter hos montes satis est nitidum, castrumque habet ornatum sanè & munitum.

Cum *Craven* superavit *Arus*, diffusior lætiores agros circumjectos, & inter eos *Kigehley* præterit, quod nomen fecit claræ familiæ de *Kigehley* inde dictæ. E qua *Henricus Kigehley* obtinuit ab *Henrico I.* huic suo Manerio jus mercatus, fene, & liberam *Warrennam*, ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in ijs, vel ad aliquid capiendum quod ad *Warrennam* pertineat, sine licentia & voluntate ipsius *Henrici* & successorum ejus. Quod magis instar beneficij eo sæculo, & ego adnoto ut videamus quid fuerit libera *Warennam*. Hinc *Arus Kirkstall* non obscurum olim Monasterium præterlabitur, demùmque *Leedes*, Saxonice *Loydes* inivit, lanificio opulentum. Regiuncula circumvicinâ

H h z

vicina vetusto nomine olim *Elmet* appellata fuit, in qua calx viva passim effoditur, statisque temporibus quasi nundinis ad *Wakefeldiam*, *Syndall* & *Stanbridge* magna vis ejus convehitur, & in Occiduam hinc regionem, quæ montana & frigidior, ad agros latificandos dividitur.

Calderum, quem dixi, hospitem cum suis aquis tandem recipit Arus, ubi juxta ipsos confluentes *Castleford* est, viculus quem Marianus *Casterford* vocat. Sed vetustiore nomine hic locus Antonino *Legeolium* & *Lagetium* dicitur, in quo præter vetustatis expressa atque illustria indicia, magna vis Romanorum nummorum, *Sarsins head* vulgus ibi vocat, in loco *Beanfield*, a fabis nunc dicto, juxta Ecclesiam inventa. Hinc Calderi incurſu Arus jam grãdiôr à sinistra *Brotherton* opidulum relinquit. Nec longè inferiùs recepto Dano in *Ousam* se immergit. A dextra, ubi marga flavior reperitur, quæ agris inspersa ad fertilitatem plures annos valet, haud procul a rita *Pontfracti*, sive *Pontem fractum*, vulgò *Pontfreyt* præterit, quod è Legeoli occasu quasi in vitam prodijt. Saxonice temporibus *Kykby* vocabatur, sed Normanni à fracto ponte Gallicè *Pont-fract* nominarunt, ex eo, ut vulgò creditur, quod pons ligneus super Arum in proximo fractus erat, cum S. Guilielmum Archiepiscopum Eboracensem (qui natus ex Stephani Regis sorore) Roma reducem maxima hominum multitudo comitaretur, plurimique in flumen deciderent, sed Archiepiscopo uberius flente & numen Divinum invocante, ne unus periret. Agro sedet peramœno, *Glyeyrhise* & *Siferis* feraci,

feraci, ædificijs excultum, castrumque rupi affixum ostendit, siquod aliud magnificentum, crebrisque propugnaculis non minùs speciosum quam tutum, quod plurimùm adauxerunt Comites Lancastrenses, uti etiam Regina Elizabetha magnis impensis instauravit, facellumque pulchrum inchoavit.

A Legeolio relicta *Shirborna* opidulo frequenti, quod a limpido fluviolo nomen accepit, militari Romanorum via alta eminentia aggesta ad *Aberford* pervenimus, qui viculus est situs ad eandem viam militarem, & aciculis conficiendis, quibus primas mulieres deferunt, celebris. Vix duum hinc milliarium intervallo ad *Coc* sive *Cocari* fontes *Barwic* in *Elmet* sedet, Northumbriae Regum olim, ut ferunt, villa regia, quam muris circumseptam fuisse vel rudera loquuntur. Ex altera parte *Hesselwood* locatur, primaria sedes claræ & in primis antiquæ familiæ *Valvasorum*, *Valvasores* qui ex munere (Regij enim olim *Valvasores* erãt) hoc nomen assumpserunt. Subest huic clarissima illa *Lapicædina Petres Post* dicta, eo quod *Lapicidina* saxis inde excisis liberalitate *Valvasorum* templum illud magnificentum S. Petri Eboraci fuerit substructum. Quemadmodùm & paulò inferiùs juxta *Shirburn* ad *Hudleston* viculum *Latumia* est nobilissima, è qua lapides, cum primùm excissi sunt, molliores, cum autem vento & aëre indurantur, sua duritie solidissimi deprehenduntur.

Ex Crayenæ montibus descendit etiam *Wharf* sive *Wharf*, Saxonice *Guerf*, & Aro æquidistans diu defertur, & prærapida celeritate fremens, quasi contumax & iratus devehitur, saxisque crebris

crebris exasperatur, quæ non sine admiratione provolvit, præsertim cum hibernis aquis intumuerit. Quin ipsa etiam æstate perinfectus est, quod ipse nec sine meo periculo sensi, cum primum has regiones perlustrarem. Saxa enim habet adeo lubrica, ut equi vestigia fallant, aut unda rapidior subducat. Cursum satis longo, quem 50. ferè pass. mill. a fontibus ad Ousam conficit, obscura tantum perstringit opidula, delapsus per *Kilnesey Cragge*, caute omnia quas vidi editissimam & præruptissimam, *Burnful*, ubi pontem è saxo jam construit *Guilielmus Craven*, Equestri dignitate & Senator Londinensis hinc oriundus, *Bardentoure* Comitum Cumberlandiæ turriculam, ubi circumquaq; est opima venatio, *Bethmesley* sedem celeberrimæ familiæ *Claphamorum*, tandemque *Stekely* accedens, quam ex ratione situs ad Eboracum, *Ptolemæo*, & nominis affinitate *Olicanam* judicari. Certè vetustum esse Opidum, præter columnas Romano opere exulptas in cœmiterio iacentes & alibi, edocet hæc nuper juxta Ecclesiam effossa inscriptio, *Inp. Severus Aug. & Antoninus Cæs. destinatus vestituerunt curante Virio Lupo Leg. eorum Pr. Pr.* In ipsa autem Ecclesia, dum diligenter monumenta antiquitatis Romanæ perquirerem, nihil occurrit nisi *Adami Madletoni* Militis armata è saxo effigies, qui floruisse videtur sub *Edwardo I.* cujusque posteri etiam nunc hic in vicinia ad *Stubham* supersunt.

Inferius *Osley* adfidet Archiepiscopi Eboracensis opidum, sed nihil memorandum habet præter arduam & rigentem caudem, *Chevin* vocant,

cant, cui subjacet. Montis enim dorsum *Chevin Chevin* dicitur Britannis, unde dorsum illud montium quid? perpetuum in Gallia, quæ olim eadem qua Britannia est lingua, *Gevenna & Gebenna* fuit dicta. Postea ripis utrinque calce illa fœcunda quam *Limestone* vocant extractis, *Harewood* præterfluit *Wberfus*, ubi Castrum vidimus nec inlegans, nec invalidum. Nec tacendum quod huic vicinum *Gawthorpe*, unde effloruit *Gasconiorum*, è *Guasconia* Gallia, ut videtur, familia, quam sua vetustas & virtus plurimum in hoc tractu illustravit. Hinc *Wetherby* alluit, opidum *Wetherby* mercatu satis insigne, quod nihil antiqui omnino ostendit, præter locum sub ipso, *D-Helena vadum* nunc vocant, ubi militaris Romanorum via flumen transivit. Inde per *Tadcaster*, ex *Tadcaster*, guum quidem opidulum defluit, quod tamen *Calcaria*. *Calcarium* fuisse ex distantia, soli natura, & nominis notione non possum non sentire, ut situm ad viam Consularem omittam, & Romanorum Cæsarium nummos hic sæpè effossos, tum fossarum quoque quibus ambiebatur vestigia, & vetusti castrî aream, è cuius reliquijs non ante multos annos pons erat constructus, quem cum *Wberfus* subijt, jam sedatior aquas suas *Ouse* confundit. Et sanè mihi neutiquam admiratione dignum videtur, quod *Wberf* tot aquis adactus æstivo tempore tam tenuis sub hoc defluat, ut quidam adulta jam æstate cum huc venisset, lapidè cecinerit:

*Nil Tadcaster habet Musis vel carmine dignum,
Præter magnificè structum sine flumine pontem.*

Hiberno enim tempore si venisset, tantum pontem

tem tot aquis vix capacem vidisset, Sed norunt Physici pro calore vel frigore extrâ vel intrâ grassante, fontes & fluvios vel decrefcere vel augeri.

Superius *Nidus* fl. fœculentior è radicibus Cravenniorum primùm per *Nidberdale* vallem à se denominatam sylvis coronatus descendit, inde per *Rippley* mercatum aquas ducit. Postea *Gnarsburg*, vulgò *Knarsborrow*, castrum rupi asperrimæ impositum, profundo suo alveo communit, sub quo fons est, in quem non è terræ venis aquæ scaturiunt, sed ex impendentibus rupibus guttatim distillant, unde *Dropping well* vocant, in quem quicquid ligni immittitur, lapidéo cortice brevi obduci & lapidescere observatum est. In agro verò vicino glycyrrhizâ latè provenit, & marga illa flavior & mollior reperitur, quæ ad terræ fertilitatem plurimùm juvat.

Forrestæ autem adjacenti præfuit olim custos *Gamellus* quidam, à cuius posteris orti sunt *Slingesbey*, qui hanc *Forrestariam* ab Edwardo III. acceperunt, & ad hunc usque diem hic clarent. Hæc *Nidus* prætervectus, non procul ab *Allerton*, scilicet *Equestrîs* familiæ antiquæ sanè & celebris *Malliverorum*, post breve iter *Ousam* obvium undis suis adauger.

Væ autem ex his Occiduis item montibus, sed in altera Regionis parte, scilicet in *North-riding*, emanans, paulò antequam ad *Rippon* pervenit, fit limes inter Septentrionalem & Occidentalem hujus Provinciæ partem. *Rippon* verò illud, Saxonice *Frippun*; inter *Vrum* & *Skell* fluviorum locatum, à Normannico imperio potissimum

simùm viguit, tunc enim sub suo Magistratu, quem antiquo Saxonico vocabulo *Wakeman*, quasi *Excubitorem*, vocant, & lanificij industria, quæ hodie valde remissa est, inclaruit. Templum sanè perelegans, nobilium vicinorum & sui Thesaurarij impensis positum, tribus excelsis pyramidibus advenientibus quasi gratulatur. Ad alteram hujus Templi partem Cantorum Collegium ab Henrico *Both* Archiepiscopo Eboracensi constructum vidimus: ab altera parte tumulum terreum satis grandem, *Hilfbow* dicunt, quem à Danis aggestum perhibent. In ipso autem templo avorum memoria *Wilfridi* *S. Wilfridi* *Nee* *acus* celeberrima fuit. id erat angustum in crypto-porticu foramen, quo mulierum pudicitia explorabatur, quæ enim castæ erant, facillè transibant, quæ dubia fama, nescio quo miraculo contractæ detinebantur.

Vro non multò inferiùs adfidet exiguum opidulum *Burrowbridge* appellatum, à ponte quo flumen jungitur, qui nunc è vivo saxo sublimis & eximius est, sublicius autem Edwardi II. tempore videtur fuisse. Iuxta hunc pontem ad Occalum in tribus diversis agellis quatuor vastos lapides pyramidali forma, sed rudi admodum opera, recta quasi linea posito s vidimus. Duce mediæ pyramides, quarum alteram sacra illa auri fames frustra nuper subvertit, ferè contiguae erant, exteriores non magno sed pari ferè interstitio ab his utrinque distant. De his nihil aliud habeo quod dicam, nisi quod cum nonnullis existimem Romanorum fuisse trophæa ad ipsam viam militarem erecta, quæ hac duxit.

Rippley.

Fons ligni
in saxa con
vertens.Slingesbe-
iorum fa-
milis.

Rippon.

Devils-
holts.

Vulgi enim fabellas, qui *Cacodæmonum sagittas* vocat, quibus antiquas urbes confixerunt, libens omitto. Non tamen hoc omittam, quod plurimi, & illi quidem docti, has non è vivo saxo, sed arena pura, calce, Chalcantho, cujus & grana in ijs inesse dicunt, & unctuoso aliquo liquore compositas esse existimarint. Cujusmodi cisternas Romæ fuisse ex arena fossitia & vehementissima calce ita constructas meminit Plinius, ut lapides viderentur.

Is-urium.

Magis ad Orientem ab hoc ponte *Isurium Brigantium* urbs vetusta, à præterfluente Vro nomine accepto, olim floruit, sed multis retrò sæculis à fundamentis excisa. Viculus utem qui ejus loco emicuit, ad testandam vetustatem, *Ealdburg* & *Aldborrow*, id est *Antiquus Burgus* dicitur. Ad XVI, milliare Italicum hinc defluens *Vrus*, quem Saxones jam *Ouse* dixerunt, quod *Ousburnæ* amniculum recepit, *Eboracum*, sive *Eburacum* Urbem interluit, quam *Ptol.* *Brigantium* vocat, si liber non sit corruptus, quod *Brigantium* caput esset. *Ninnius Caer-Ebrauc*, *Britanni Caer-Effroc*, *Saxones Evor-ric*, & *Eosforric*, nos hodie *Yorke* dicimus. Historia Britannica à Rege *Ebrauco* conditore nominatum prodit, liceat tamen mihi opinari, sine aliorum præjudicio, non aliunde *Eboracum* deductum, quam ab Vro flumine, ita ut sonet *Ad vel secundum Vrum*. Urbs hæc totius Angliæ secunda, hujus regionis pulcherrima, universæque Septentrionali parti & præsidio & ornamento est singulari. Amœna, ampla, munita, ædificijs tam privatis quam publicis exulta, opibus civibusque referta, & Archiepiscopi

Eboracum,
Yorke,

pali sede præclara. *Vrus*, qui nunc *Ousa*, à Septentrionale in Meridiem placidè delabens, ut dixi, interfecat, & quasi in duas urbes dividit, quæ lapideo ponte, qui inter alios vastissimum omnium, quos vidi, fornicem habet, conjunguntur. Pars Occidentalis, quæ minùs frequens est, mœnibus pulcherrimis cum fl. quadrata facie concluditur, portaque una *Mikel-barre*, id est *Porta magna* advenientes admittit. A qua longa & spaciosa protenditur ad pontem platea, elegantibus oblecta ædibus, quibus a tergo subjacent utrinque horti consiti, & post eos ad mœnia usque campi exercitijs dicati. In quorum Australi quem cum flumine faciunt angulo, molem editiorem, futuro castro, ut videtur, jactam, *Oldbale* nominant, eminere vidimus. Pars Orientalis, quæ tota est ædificijs condensa, & angustiis plateis conclusa, formam habet quasi lenticularem, firmissimis item mœnibus armatur, & ad Ortum brumalem, Fossi profuentis satis limosi profundo alveo munitur, qui in ipsam Urbem cæca via penetrans, ponte continetur ita ædificijs continuo, ut non pontem, sed perpetuum vicum nemo non judicet: pauloque inferiùs *Ousa* confluit, ubi ad ipsos confluentes, è regione molis quam dixi, ad reprimendos cives firmissimum castrum loco oportuno excitavit *Guilielmus Normannus*. In quod vetustas liberè jam diu sæviit, ex quo Angli munita loca, tanquam ad detrectandam militiam receptacula, neglexerunt. In hac etiam parte ad ortum æstivum Cathedrale templum *Divo Petro* sacrum, magnificentum sanè & perelegans, consurgit,

furgit, juxta quod extra mœnia, sed suis mœnibus & flumine inclusum nobilissimum D. Mariae floruit Monasterium; nunc autem in Regias ædes conversum, vulgò *The Manour* appellatur.

Vnde Eboraci primordia reperam, nisi à Romanis, non habeo, cum Britanni ante Romanorum adventum non alia habuerint opida, quam sylvas fossa & vallo munitas, ut Cæsar & Strabo omni exceptione majores testantur. Ut igitur Ebraucum Regem, quem curiosa credulitas ex Eboraci nomine Conditorum affixisse videatur, taceam. Certissimum est Legionem sextam Victricem hic stationem habuisse, Romanorumque Coloniam fuisse, cum ex Ptol. & Anton. auctoritate, tum ex vetusta inscriptione, quam in ædibus cujusdam Senatoris vidimus in hæc verba: *M. Verec. Diogenes I IIII. Vir Col. Ebor. idemque mort. civis Biturix hæc sibi vivus fecit.* Nec non Severi Imperatoris nummo, in cujus parte aversa legitur. COL. EBORACVM LEG. VI. VICTRIX. Severum autem hac in urbe suum Palatium habuisse legimus, animamque in hæc verba hic exhalasse, *Turbatam Rempublicam ubique accepi, pacatam etiam Britannis relinquo.* Anno post Severi obitum plus minus centesimo Fl. Val. Constantius, cognomento Chlorus, Imperator omnibus virtutibus & Christiana pietate insignis, hæc etiam in Vrbe diem obiit, & Apotheosis in Divos est relatus, ut è nummis antiquis videre est. Et retulerunt nobis viri fide digni, cum patrum memoria Monachorum ædes diruerentur, in cryptoporticu ædiculæ, in qua Constantium situm fuisse opinio erat, lampadem arden-

Severus
Imp.

Fl. Constā-
tius Imp.

ardentem repertam fuisse. Veteres enim auro in pinguedinis liquorem arte soluto, diutissimè & per multa sæcula arsurum ignem in sepulchris fovisse scribit Lazius. Hic ex priore conjugè Helena *Constantinum Maximum, Romanæ Urbis,* ut est in antiquis Epigraphis, *liberatore*, quietis *fundatorem, Republicæ instauratorem* suscepit. Qui Eboraci patris spiritum excepit, statimque in Imperatorem levatus. Vnde Panegyristes exclamat, *O fortunata & nunc omnibus beator terris Britannia, quæ Constantinum Casarem prima vidit.* Et alibi: *Liberavit ille Britannias servitute, tu etiam nobiles illic oriendo fecisti.* Quæ ad natale solum Constantini, judicio eruditissimi Baronij & aliorum, referenda sunt. Hinc colligi potest quantillis temporibus dignitate præluxerit Eboracum nostrum, cum Imperatorum fuerit sedes. Porro jam inde ab anno a partu Virginis 627. Ecclesiastica dignitas in hac Vrbe invaluit, pallioque ab Honorio Papa misso facta est Civitas Metropolitana, quæ præter duodecim in Anglia Episcopatus, in omnes Scotiae Episcopos Primatus jure fungeretur: sed multos ante annos recessit a sua Metropoli Scotia, & ipsa Metropolis alios vicinos Episcopatus, tenues illos quidem & ferè umbratiles, ita devoravit, ut jam quatuor solum in sua Diocesi habeat, Dunelmensem scilicet, Cestrensem, Carliolensem & Mannensem, sive Sodorensis in Mannia Insula. Egbertus Archiepiscopus, qui circa annum salutis 750 floruit, omnium liberalium artium, sic habet Malmesburienfis, armarium ut ita dicam & sacrarium, nobilissimam Bibliothecam Ebor-

Constanti-
nus Imp.
ubi natus.

Archiepi-
scopus.

Proavorū
in dotandis
Ecclesius
cōsuetudo.

Eboraci constituit. Quo ferè tempore etiam multis & magnis beneficijs Ecclesiam Eboracensem Principes cumulaverunt, præcipuè Viphus Toraldi filius, qui (ex veteri libro adnoto, ut rara quædam consuetudo in dotandis Ecclesijs clucescat) *dominabatur in Occidentali parte Deire, & propter altercationem filiorum suorum senioris & junioris super Dominijs post mortem, mox omnes fecit æquè paves. Nam indilatè Eboracum divertit, & cornu quo bibere consueverat vino replevit, & coram altari Deo & Beato Petro Apostolorum Principi omnes terras & redditus flexis genibus propinavit. Quod cornu ad patrum usque memoriam reservatum fuisse accepimus. De Archiepiscopis autem aliquid hic at texere, instituti certè non est mei. Satis sit verbo innuisse, à Paulino, qui anno reparatæ salutis 625 primus Archiepiscopus consecratus, sedisse sexaginta quinque Archiepiscopos ad annum 1606. quo Tobias Matthæus, virtutum & pietatis ornamentis, erudita facundia, & docendi assiduitate reverendissimus, huc ab Episcopatu Dunelmensi fuit translatus,*

The Council
established in the
North.

In hac urbe, ne quid deesset, Henricus VIII. patrum memoria Concilium constituit, non dissimile Parliamentis Gallicis, ad Septentrionalis hujus plagæ causas ex æquo & bono judicandas. Constat autem ex Præside, Consiliarijs pro Principis arbitrio nunc pluribus, nunc paucioribus, Secretario & Sub-adjuvis. Quod ad Eboraci longitudinè attinet, eam xxii. partibus xxv. scrupulis, latitudinè liiii. partibus & x. scrupulis, Mathematici nostri descriperunt. Et hactenus de Occidentali Comitatus parte,

parte, & urbe Eboraco, quæ nec illius, nec cuiusquam alterius partis censetur, sed suis gaudet immunitatibus, jurisdictionemque in vicino ad Occasum agro habet, quam *libertatem de Ansfy*, alij *The Ancienty*, ab antiquitate vocant, alij verò a Germanica dictione *Anstossen*, quæ limites denotat, conjectura satis probabili deduxerunt. Ousa Eboracum jam relinquens, vertigine illa aquarum, quam *Higram* dicimus, subinde exagitatus, defluit per *Bishops Thorpe*, id est *Episcopi Villam*. Inde autem *Selby* irrigat opidulum non infrequens, ac demum *Humbrium* petit, per *Drax* viculum, Monasterio jam pridem celebrem.

Easfriding, sive pars Orientalis, secunda hujus regionis portio, in qua *Parisios* locavit Ptol. ab Eboraco ad Ortum jacet. A Septentrione & Occasu *Derventionis* fl. arcuato decursu, à Meridie *Humbro* æstuario, & ab Ortu Oceano Germanico circumclusa. Ad mare & Derventionem utrunque est gleba felici, media verò nihil aliud est quam surgentium montium congeries, *Yorke's wold*, id est *Montes Eboracenses* vocant. *Derventio*, Anglis *Derwent*, non procul ab ipso litore effusus, primum in Occasum, inde in Meridiem se flectit per *Aiton* & *Malton*, de quibus suo loco dicemus. Quam primum verò hanc partem subintravit, defertur haud procul a ruinis veteris Castris *Monferrant*. Unde parùm abest ripæ impositum *Kirkham*, id est *Ecclesie locus*. Inde, sed inferius, sui cognominis Urbem habuit, quam *Derventionem* vocavit Antoninus, & ad VII. ab Eboraco lapidem statuit, ad quam distantiam *Derventioni* flumini adpositum est opidulum *Auldby*.

Easfriding

Limites

Solum

Derventio urbs

Auldby

Auldby

Auldby, id est, si è Saxonico convertas, *Antiqua habitatio*, ubi nonnulla vetustatis indicia, & in editiori ad flumen colle antiqui castris extant ad huc tadera, ut non possit Deriventio non fuisse: Hinc fl. *Stanford-bridge* subluit, qui etiam a bello ibi commissio *Battle-bridge* vocatur. Inde *Wreslul* castrum nitidum & munitum præteriens, sub *Bapthorpe*, quæ claræ Equitum familiæ nomen & mansionem præbet, in *Ousam* profilit. Iamque auctiores undas trahens prope *Howden* opidum mercatorium, cuius celebritas non est ab elegantia, aut frequentia, sed quod nomen territorio adjuncto fecerit (quod *Howden-shire* inde dicitur) & collegiatam jam pridem quinque Præbendariorum Ecclesiolam ostenderit, cui adjunctæ sunt *Dunelmensium* Episcoporum ædes, qui amplissimas possessiones eo loci habent. Parumque hinc abest *Meibam*, quod ut cognomen, ita sedem familiæ veteri & inclytæ *Meibamorum* dedit.

Abus æstu *Abum* æstuarium aquas invehit suas, sic enim *Ptolemæo* vocatur, quod Saxonibus & nobis *Humber*, unde regionem ultra hoc æstuarium generali nomine *Nordan-humbriam* dixerunt. Vtrumque nomen ex *Aber* Britannico deflexum videatur, quod fluminis ostium illis denotat, & huic per excellentiam impositum existinem, quod *Vrus* sive *Ousa* plurimos fluvios suo hospicio exceptos in hoc deducat, aliæque maximi nominis flumina in illud evolvantur. Et certe totius Britannicæ æstuarium est amplissimum, & piscosissimum, quod exæstantis Oceani accessibus

bus adauctum, iisdem retrò montibus, suas illiusque aquas vehementissime vasto cum murmure, non sine magno navigantium periculo, agit. Romano sæculo non procul a ripa ad *Foulness* minorum gentium flumen, ubi *Wighton* nunc *Wighton* cernitur, frequens agricolarum opidulum, olim, ut opinari lubet, fuit *Delgovitia*: & in viculo huic opidulo adjuncto, Saxonice etiam temporibus idolorum sanum maxima in gloria erat, quod à Dijs gentilibus tunc *God-mundingham*, nunc *God-manham*, eodem sensu vocant. Nec dubito quin ipsis Britannicis temporibus celebris fuerit aliquod oraculum. Cùm autem *Paulinus* *Nordanhumbris* Christum prædicaret, *Coy* si, qui sacrorum gentilium pontifex erat, Christianam religionem amplexus, hoc sanum in pietatis domicilium injecta lancea primus profanavit, destruxitque cum omnibus, septus suis succendit. *Beda*

Hinc magis ad Ortum *Hull* flumen *Humberum* *Hull*, *fr* petit, qui fontes habet juxta *Driffeld* vicum, *Alfredi* eruditissimi *Nordanhumbrorum* tumulo notum. Properat ille haud procul a *Leckenfeld*, Perciorum *Northumbriæ* Comitum ædibus, cui vicina est habitatio celebris sanè & vetustæ stirpis *Hochamorum* ad *Schorburg*, hinc propius ad *Beverley* accedit, Saxonice *Beverlega*, opidum amplum & perfrequens, *Petuariam* *Pavisorum* è nomine & situ conjectes, licet nihil vetustius prætendat, quam quod *Ioannes* cognomento de *Beverley*, Archiepiscopus *Eboracensis*, vir, teste *Beda*, & pius & doctus, cùm Episcopatu se abdicasset, terrena averfatus, huc in Monasterium se contulerit, & diem circa annum salutis 721.

obierit. Hujus memoriam adeo sanctam habuerunt Reges, & præcipuè Athelstanus, quilibet ut Sanctum tutelarem coluit, postquam Danos fudisset, ut multis & magnis immunitatibus locum dotaverint, & asylius concesserint, quod obaratis, & rerum capitalium suspectis liberum & tutum erat per fugium. In quo statuebatur cathedra è saxo, cum hac inscriptione: *Hæc sedes lapidea Freedstool* dicitur, id est *Pænis cathedra*, ad quam reus fugiendo perveniens omnimodam habet securitatem. Unde in justam magnitudinem crevit opidum, inquilinorum magna indies confluit multitudo, civisque ex Hull flumine ad maritima commoda incile duxerunt, quod naviculis subvehendis par est. Habuit olim pro summo Magistratu duodecim Custodes, inde Gubernatores cum Custodibus. Nunc verò beneficio Reginae Elizabethæ Prætores & Gubernatores, *Hull* fluvius, post emensa hinc aliquot passuum millia, in Humbrum effunditur, juxtaque ostium sui nominis Opidum habet, *Hull* opid. *Kingston upon Hull*, sed vulgò *Hull* appellatum. Hoc non admodum vetustam accersit originem. Edwardus enim Primus, qui ob Regias virtutes inter primos & optimos Reges suo merito reponendus, spectata loci opportunitate, qui *Wick* prius dictus, opidum extruxit, quod *Kingston*, id est *Regium opidum* nominavit. Hoc paulatim in eam dignitatem emerfit, ut magnificis ædificijs, firmis propugnaculis, navibus instructissimis, mercatorum copia, & rerum omnium affluentia sit nunc Emporiū hujus tractus longè celeberrimum. Quæ omnia accepta ferunt

ferunt cives partim *Michael de la Poole*, qui privilegia loco impetravit, cum illum ad Comitatus Suffolciensis dignitatem Richardus II. evexisset, partim quæstuosæ mercaturæ ex Islandiæ piscibus induratis (*Stokfish* vocant) è quibus divitiis congesterunt maximas. Unde breviamodum spatio muro lateritio crebrisque turribus urbem suam sepserunt, quæ flumine non defenditur, tantamque vim lapidum in navium saburram detulerunt, ut inde omnes urbis regiones pulcherrimè constraverint. Pro Magistratu, ut à civibus accepti, primùm Custodem habuit, inde Ballivos, postea Majorem cum Ballivis, ab Henrico autem VI. demùm impetrarunt, ut Majorem & Vicecomitem haberent, & ipsa Vrbs Comitatus esset, ut nostri Jurisconsulti loquuntur, *per se incorporatus*.

Ab hac Vrbe promontorium avido procurfu *Ocellum* in mare se immittit, quod *Ocellum* Prol. nos *Hol-promont derneffe*, & Monachus quidam *Cavan Deiram*, *Holderneffe*, quasi *cavam Deirorum regionem* vocat, eadem significatione qua *Cælosyria*, id est *Syria cava* nominatur. In hoc primùm occurrit sinuoso in littore *Headon*, olim, si famæ veri amplificatrici credere libet, nec fidem ego abnuam, mercatorum & rei nauticæ industria ad summam dignitatem erecta, a qua ita decidit Hulli vicinitate, & portus obstructione exhausta, ut vix tantillum pristini splendoris præ se ferat. Nunc tamen ad pristinae dignitatis spem paulatim reviviscere incipit. Deinde promontorio adsidet antiquum opidum, quod Antoninus *Pretorium* dixit, sed nostra ætas *Patrington*. Cujus incolæ de vetusta *Patrington*

te sui & portus olim oportunitate gloriantur, nec de amoenitate minus gloriantur, amoenissimo enim fruitur prospectu, hinc Oceanum apertissimum, illinc suis littoribus nobile æstuarium conclusum, & viridantes Lincolnienſis agri oras è regione prospicit.

Ab Ocello littus sensim se retrahit, & molli-ter incurvum ad Septentriones pergit. Sed ad *Skipsy* iterum in altum provehi incipit, sinum-que admittit Prol. *Eulimenon Gabrantovicorum*, quem Latinorum Interpretum alij *Portuosum sinum*, alij *Salutarem* verterunt. Quorum neutrum vim Græci verbi melius exprimit, quàm viculi nomen in ejus recessu, quem *Seur-by* vocamus. Quod enim tutum & periculo vacuum, id Britanni & Galli *Seur* dicunt, uti nos etiam Angli, qui forsitan à Britannis illud hausimus. Iuxta est *Bridlington* opidum, notissimum Ioanne de Bridlington, vate Monastico, in cujus vaticinales rhythmos omninò ridiculos incidimus. Promontoriolum quod suo flexu hunc sinum efficit, *Flamborough head* vulgò, Saxonice *Flamburg* ab authoribus dicitur, qui Idam Saxonem harum regionum primum domitorem ad hoc appulisse memorant.

Vix duobus passuum millibus supra *Flamburgi* promontorium, pars Borealis hujus regionis, sive *North-riding* inripit, quæ cæteris partibus prætentata, a mari auspicata, longissimo tractu, sed minus lato, per 60. mill. pass. ad Westmorlandiam in Occasum protenditur, hinc Derventione, & aliquamdiu Vro flumine, illinc continuo Tesis decursu, quo a Dunelmensi Episcopatu ad

Bore-

Boream se jungitur, comprehensa. Nec incommodè hæc regio in has partes distribui possit, *Divisio*, *Blackamore*, *Cliveland*, *Northkalverton-shire*, & *Richmond-shire*. Quæ ad Ortum & mare vergit, *Blackmore*, hoc est terra nigra & montana dicitur, cauti- bus enim montibus, & Sylvis passim exasperatur, Oram maritimam *Scarborough* castrum ce- leberrimum illustrat, *Scarburg*, id est *Burgus in rough*, prærupta rupe olim dictum. Operæ pretium autem videatur hic annotare, uberrimam & quæ- tuosissimam in subjecto mari *Halecum* (sive *Leu-Halecum comenidarum*, aut *Chalcidum*, si ita mavis, piscatu- que sistentiam Hollandos & Zelandos exercere, cum ve- piscatura, nam prius, veteri instituto, ex hoc Castro im- petrauerint. Veniam enim piscandi semper concesserunt Angli, honore sibi reservato, utili- tate verò exteris quasi per desidiam resignata. Incredibile enim ferè est quantam pecuniæ vim ex hac in nostro littore piscatura Hollandi sibi corrogent.

Inflectitur inde littus cauti- bus præcisum us- que ad *Teise* fl. sinusque circumducto littore efficitur plus minus mille pass. patens, quem à no- *Robbi n* minatissimo exlege Roberto *Hood*, *Robbin Hoods Hoods bay* *Bay* vocamus. Inde *Dunus* sinus, à Prol. mem- ratur, statim refugiente utrinque littore ostenditur, cui *Dunefley* viculus adsidet, & huic conti- guum *Whit-by*, ubi lapides inveniuntur, serpen- tium in spiram revolutorum effigie, naturæ lu- dentis miracula. Serpentes olim fuisse crede- res, quos lapidens cortex intexisset. Repertum est & in hoc littore Succinum nigrum, sive *Gea-Gagates* *re*, *Gagatem* aliqui esse existimant, quem interlap- te,

Ii 3

rario-

rariores lapides gemmasque habuerunt veteres. Enascitur verò inter cautes, ubi rimis dehiscunt, & priusquam expoliatur, colore est subrufo & aruginoso. expolitus autem verè est nigro-gemmeus, de quo audi Solinum: *Gagates in Britannia plurimus, optimusque lapis, si colorem requiras, nigro gemmeus, si qualitatem, nullius ferè ponderis, si naturam, aqua ardet, oleo resinguntur, si potestatem, attritu calfactus applicita detinet.*

Cliveland.

A Whitby recedunt in Occasum littora, quibus adjacet *Cliveland*, a clivis, ut videtur, nomine accepto (quos *Cliffes* nostra lingua vocamus) Montes enim clivosi passim per hanc latera trahunt, ad quorum radices regio in fertiles campos aequatur. In littore *Skengrave* viculus multiplici piscium captura letatur, ubi & hominem marinum ante 70. annos captum per aliquot dies crudis piscibus vescentem ferunt, sed qui captata oportunitate ad suum evasit elementum. Prope *Hunt-cliffe* autem in littore, recedente astu, scopuli eminent, ad quos Phocæ, nobis *Seales*, contractius (ut aliqui volunt) pro *Sea vales*, id est *Vituli Marini*, agminatim se conferunt, ut dormiant & apricentur, inque scopulo littori proximo unus quasi procubitor excubat, cumque aliquis accedit, vel saxo dejecto, vel se cum sonitu in aquas devolutò, cæteris signum dat, ut sibi consulant, & undis se committant.

Homo marinus.

Phocæ.

A viris sibi maximè metuant, quos insequentibus, cum aqua sunt destituti, rejecto posterioribus pedibus quasi arenæ & grumorum turbine, sæpè repellunt. A foeminis autem minus timent, adeò ut qui eos capere velint, muliebri veste se induant.

induant. Eadem ora inveniuntur lapides flavescens, rubescens, & nonnulli fallia quadam materia incrustati, qui ex odore & gustu calchanthum, nitrum & sulphur promittunt, necnon plurimus Pyrites arei coloris. Iuxta ad *Huntly-nabb*, littus, quod longo tractu jacuit apertum, in cautes celsius surgit, & sparsim ad earum radices jacent saxa, varia magnitudine, tam affabrè Sphærica figura a natura efformati, ut globi artificis manu in majorum tormentorum usum tornati videantur. In quibus effractis inveniuntur Serpentes saxei suis spiris revoluti, sed qui plerique capitibus destituti.

Lapides globosi.

Tesis quod dixi ostium, navigantibus olim suspectum, jam tuta statio deprehenditur, & ad tutum accessum indicandum utraq; in ripa Phari nostra memoria sunt constitutæ. Ad quartum ab hoc ostio milliare *Gisburgh* editius sedet, nunc exiguum opidum, sed cui, dum stetit, magna gloriæ fuit Monasterium perpulchrum & opulentum, quod Gualterum de *Hemingford* Historicum non ineruditum produxit. Locus sanè hic eximius, & qui cum Puteolis amœnitate, grata varietate, & raris naturæ dotibus contendat, quos tamen salubritate longè superat. Aer interjectu montium, quæ mare hibernat, mollitur, solum fœcundum, & gramine lætum, magnam anni partem blandos flores effundit, venisq; metallicis & terra aluminosa colore vario, sed præcipuè ochræ & ferruginis, è qua alumen optimum & calchanthum excoquere jam incœperunt, opulentiè abundat. *Ounfbery Topping* mons præceps & totus virens hanc

Gisburgh, locus mirè amarus.

procul assurgit, præalta specula longè spectabilis, qui & navigantibus pro indicio, & vicinis est pro prognostico: quoties enim culmen nube circumfunditur, plerumque pluvia subsequitur. E vasto saxo prope verticem fons oculis affectis salutaris effluit: & hinc gratissimo spectaculo valles reductæ, colles herbidi, prata virentia, pascua læta, arva frugifera, rivuli piscosi, portuolum *Tesis* fluminis ostium, littora aperta sine inundationis periculo, mareque velivolum despectantur.

Pickering. Interiùs ad montes de *Blakamore* memorandum nihil occurrit, nisi *Pickering*, Lancastrensis patrimonij opidum nõ exiguum, colli adfixum, & vereri castello munitum, ad quod plurimi circumfusi viculi spectant, unde vulgò *Pickering Lib*, *Libertas de Pickering*, & *Forrestia de Pickering*, regio adjacens denominatur. In qua ad *Derwentionem* *Atton* sita est. Et ex altera parte ad quartum a *Pickering* milliare, juxta *Dow* rapidum fluviolum *Kirkby-Morside* non postremæ fortis mercatus. post hæc ad *Solem Occidentem* *Rhidall* substernitur, vallis læta, amœna, fœcunda viginti tribus Parochialibus Ecclesijs ornata, quam *Rhie* fl. interfecat. In hac *Elmsley* sedet, quod *Vinctum* (si non mihi impono) *Beda* vocat. Inferiùs ipsi flumini *Rhion* adidet, antiquæ familiæ *Percihætorum*, qui *Percijes* vulgò vocantur, antiqua possessio. Inde *Rhius* multorum torrentum aquas secum in *Derwentionem* evolvit, qui irrigat hac in Valle *Malton*, forum frumentis, equis, piscibus & instrumentis rusticis celebratum. Propè hanc vallem *Neuburgus*, cu *Guillel-*
mum

mum *Neubrigensem* rerum Anglicarum scriptorem doctum & diligentem debemus, & *Bel-*
lelanda, vulgò *Biland*, duo celeberrima monasteria floruerunt. Deinde ad Austrum *Calaterium* nemus, vulgò *The Forrest of Galtres* subjacet, arboribus alicubi opacum, alicubi uliginosa planitie madescens: hodie equorum solenni cursu, in quo victori equo campanula aurea præmio proponitur, celeberrimum. Vix enim credibile, quanta hominum multitudo ad hæc certamina undique confluat, & quantis depositis pignoribus de equorum velocitate concertatur. In hoc nemore *Crae* cernitur, & vix quarto hinc milliari *Sherri-butron* summæ elegantie castrum inter nemuscula amœnissime sedet, cui vicinum est *Hunderskell*, castellum a fontium ebullientiam multitudine sic dictum.

Post montes ad Occasum, ubi in planitiem & lætiores campos regio denuò se explicat, *Alverton-fluvie*, vulgò *North-Alexton*, regiuncula *Wisco* *North-*
fluviolo irrigata jacet, nomine a *North-Alverton* *Alerton*.
opido sumpto, quod nihil est nisi platea longior: sed nundinis boarijs festo S. Bartholomæi, omnium quæ hactenus vidi, frequentissimum. Juxta hoc, prælium, quod vulgò de *Standardo* dicunt, factum, in quo *David Scotorum Rex*, qui his regionibus solitudinem inaudita crudelitate fecerat, tanta suorum strage in fugam conjectus fuit, ut tum demum juxta iræ parentatum existimarint nostri. Dictum est autem hoc prælium de *Standardo*, eo quod Angli circa vexillum sive *Standardum* conglobati, primum *Scotorum* impetum exceperint, sustinuerint, eosque demum

Standardum quid. demum profligaverint. *Standardum* autem hoc erat, ut in antiquis libris depictum vidimus, currus ingens rotis suffultus, in quo malus eximia altitudinis infixus, in cuius summo crux eminebat, & infra crucem vexillum imminabat. Signum autem erat summæ expeditionis, & quasi sacra ara existimabatur.

Eboracenses Comites & Duces. Eboracensis Provinciæ primus & unicus Comes fuit Otho, filius Henrici Leonis Ducis Bavarie & Saxonie; Mathilde filia Henrici II. Regis Angliæ, qui postea Imperator Otho quartus. Longo post tempore Edmundum de *Langley*, Regis Edwardi III. filium Eboraci Ducem instituit Richardus II. Cujus filius primogenitus Edwardus, patre superstite, fuit Dux Eboracensis, & fortiter in pralio ad *Agincourt* in Gallijs, nulla suscepta prole, vitam profudit. Frater autem ipsius secundogenitus, Edmundum uxoris fratrem ad Regiam dignitatem evehere molitus, statim interceptus capite luit, quasi à Gallis corruptus Henrici V. vitæ insidiatus fuisset. Richardus ejus filius decimo sexto post anno, summa, sed improvida Henrici VI. benignitate in integrum restitutus fuit. Iamq; Dux Eboraci, Comes Marchiæ & Ultoniæ, Dominus de Wigmore, Clare, Trim, & Conaght, tantos spiritus assumpsit, ut regnum, quod clandestinò malis artibus aliquamdiu affectaverat, tandem contra Henricum Sextum in Ordinum conventu publicè suo jure postularit. Et quamvis prudenti consilio, ad imminentiù periculorum remedium, ita temperata res esset, ut Henricus VI. ad vitam regno uteretur frue-

retur,

retur, Richardus autem Dux Eboracensis regni hæres & successor designaretur, interposita cautione, ut neuter in alterius perniciem quicquam moliretur: eouſque tamen ambitio Ducem statim præcipitem egit, ut dum spes suas anteire pararet, exitiabile illud bellum inter Lancastrensem & Eboracensem familiam, Albæ & Rubræ Rosæ symbolis distinctum, concitavit. Quo ipse mox occubuit; Henricus VI. quater captus, tandem vita & regno spoliatus fuit; Edwardus Richardi filius regnum obtinuit, eodemque deturbatus: denuò recuperavit; Regij sanguinis Principes plurimi, & Proceres splendidissimi è medio sublati; hæreditariæ illæ & opulentæ Regum Angliæ in Gallia Provinciæ amissæ; Hibernia neglecta & efferata, opes Regni omninò excisæ, & misellus populus nullo non calamitatum genere obrutus fuit. Edwardus autem solio confirmatus, & ejus nominis in Regum serie quartus, Richardo filio secundo Ducatus Eboracensis titulum contulit, qui cum Rege fratre à Richardo tyranno patruo tenella ætate fuit extinctus. Deinde Henricus VII. filio suo juniore, qui postea Henrici VIII. nomine in Angliæ Regem inauguratus, eundem concessit. Et nuperrimè Rex Jacobus Carolum filium secundo genitum, quem antea in Scotia Ducem Albanie, Comitem Rossie, & Baronem de Ardmanoch creaverat, Ducem Eboracensem, ut ad formulam loquar, *per gladij cincturam, cappæ & circuli aurei impositionem in capite, & traditionem virgæ aureæ investivit*, cum ipsum & undecim ex splendidissimis familijs in Equestrem quam

Balnei

Baldæ vocant dignitatem ritè cooptasset.

Numerantur in hoc Comitatu Parvicia 459. quibus subsunt plurimæ Capelle, etiam magnis Parvicijs incolarum multitudine adæquanda.

RICHMOND-SHIRE.

EBoracensis agri pars reliqua, quæ Solstitialem Occasum spectat, & late patet, *Richmond-shire* vocatur, nomine facto a Castro quod Alanus Britannæ Armoricæ Comes extruxerat, cui Guilielmus Normannus Victor hunc agrum, qui priùs Edwini Angli erat, hoc brevi diplomate donavit: *Ego Guilielmus cognomine Bastardus, Rex Angliæ, do & concedo tibi nepoti meo Alano Britannia Comiti, & heredibus tuis in perpetuum omnes villas & terras, quæ nuper fuerunt Comitis Eadwini in Eboracshira, cum Feodis Militum, & alijs libertatibus & consuetudinibus, ita liberè & honorificè, sicut idem Eadwinus eadem tenuit. Data obsidione coram* *Soli geniu.* *civitate Eboraci. Incisis rupibus & montosa collium eminentia hæc regio ferè tota eminet, quorum convexa sunt alicubi satis herbida, radices convallesque non omninò infrugifera. Montes verò ipsi plumbos, carbone fossili, necnon ære gravidi. Quod in montium autem summitatibus, ut etiam alibi, lapides nonnunquam fuerunt reperti cochleas marinas & alia aquatilia referentes, si non sint naturæ miracula, refusi in omnem terram sub Noè diluvij certa esse indicia, cum Orofio Christiano Historico iudicabo.*

Qua Lancastrenses attingit hæc regio, inter montes, ad eò vasta, solitaria, squalientia, & muta sunt omnia, ut quosdam rivulos hac reptantes *Hell-becks*, quasi rivulos infernales sive Stygios dixerint finitimi, præcipuè illum ad fontes Vri fluminis, qui uno saxo pro ponte conjunctus, tam profundè defluit, ut spectantibus horrorem incuriat. Securaque sunt hoc tractu cubilia capris, damis & cervis, qui hic visuntur magnitudine sua & ramosis cornibus spectatissimi.

Vrus fluvius jam sæpè dictus hic ex montibus Occiduis decidit, primumque vallem *Wensedale* *Wensedale* gregibus satis repletam, plumbiq; alicubi feracem mediam stringens, dum adhuc fontis vicinia exiguus est, ab Austro fluviolo *Baint* augetur, qui è stagno *Semar* magno cum murmure evolvitur. Ad ipsos verò confluentes, ubi tugioliola sunt pauca, quæ à ponte quo primum *Vrus* calcatur, *Baintbrig* vocant, olim præsidium fuit Romanorum, cuius & reliquiæ hodie supersunt. Et inter cæteras eruta fuit non ita pridem *Aurelij Commodi Imp.* statua, quæ extabat in *Nappa*, ædibus turritis & præcipua sede *Medcalfe* *Medcalfe* *forum*, quæ numerosissima totius Angliæ familia his temporibus censetur. Christophorum enim *Medcalfe* virum Equestris dignitatis, & familiæ hujus primum, trecentis Equitibus ejusdem familiæ & cognominis eodem amictu stipatum, cum Comitatus Vicecomes nuper esset, *Institarios* *Asisfarum* excepisse, Eboracumque deduxisse accepimus. Hinc citus defertur *Vrus*, cammaris fluviatilibus abundans, jamque in *Orien-*
tem

Middleham tem Solem se agens, *Middleham*, opidum adit. Deinde *Swalem*, a celeritate (ut auctor est Thomas *Spottus*) sic dictum, magno aquarum afflutu influentem accipit, qui etiam ex Occiduis montibus, vix quinque mille passus supra Vri fontes, in Ortum desluit, & valle utrinque patenti, quæ inde *Swaldale* nominatur, satis illa quidem graminosa, sed sylvis indiga, devehitur primum per *Marrucke*, & *Mask* plumbi feracem: inde *Richmundiam*, vulgò *Richmont*, primariam regionis urbem, exiguo mœnium circuitu includiam, sed productis ad tres portas suburbijis satis frequentem perfundit, quam Alanus primus Comes condidit; & hoc nomine quasi *Divitem Montem* ornavit, mœnibus & castro firmissimo præmunivit, quod rupi impositum, ex alto *Swalam* vasto cum murmure inter saxa ruentem, potiùs quàm fluentem despicit.

Comites.

Comites *Richmondia* fuerunt multi pro Principum favore, & ex varijs familijs. Alanus Rufus, Comes Britannia Armorica. Alanus Niger, cui Guilielmus Conquestor hunc agrum donavit. Stephanus Comes Britannia, frater ejus. Alanus Comes Britannia, filius Stephani. Conanus Comes Britannia, filius ejus. Galfridus Plantagenet, filius Henrici II. Regis Anglia. Arthurus filius ejus, quem à Rege Ioanne sublatum scribunt. Sanè hoc nomine Ioannem, ut Ducem Normannia, Galli in quaestionem vocarunt; absentem, inauditum, minimè contentem, & non convictu sententia lata condemnarunt, Normanniam & hæreditarias in Gallia possessiones abjudicarunt. Post Arthurum autem

tem in *Richmondia* Comitatu successerunt, Guido Vicecomes Thoarensis, siye de *Thouars*. Ranulphus tertius, Comes Cestriae. Petrus de *Dreux*, regio Francorum sanguine oriundus. Petrus de Sabaudia, qui ultrò hoc honore cessit. Ioannes Comes Britannia, filius Petri de *Dreux*. Ioannes Dux I. Britannia, filius ejus, cui natus Arthurus Dux Britannia, quem aliqui produnt Comitem etiam fuisse *Richmondia*: certè Ioannes frater ejus junior statim a morte patris hunc gestit honorem, & demùm sine prole, Edwardo III. regnante, obiit, Ioannesque Dux Britannia nepos ejus ex Arthuro fratre in hoc Comitatu successit. Quo sine sobole defuncto, Edwardus III. Comiti *Montisfortis*, hunc Comitatum, donec suas in Gallia possessiones recuperasset, concessit. Quibus mox Anglorum ope recuperatis, idem Rex Ioanni Gandaveni filio contulit, illeque Regi patri pro alijs terris in manus tandem reddidit. Rex autem illicò Ioannem de *Monteforti* secundum Britannia Ducem, quem generum sibi asciverat, *Richmondia* Comitem creavit. Verum is autoritate Parliamentaria hoc Comitatu abdicatus fuit, quia Gallis contra Anglos adhæserat, titulum tamen retinuit, posterisque reliquit, possessionem verò Richardus II. Rex forori ejus concessit. Qua mortua Radulphus *Nevill* Comes Westmorlandia primùm Castrum & Comitatu *Richmondia* ad terminum vitæ beneficio Henrici III. accepit, & post eum Ioannes Dux Bedfordia. Deinde Edmundo de *Hadham* fratri suo uterino Henricus VI. *Richmondia* Comitatus titulum contulit

contulit peculiari jure, ut sedem in Parlamento Ducibus proximam haberet. Huic successit Henricus filius, qui postea Rex Angliae, ejus nominis septimus. Dum ille autem exularet, Georgius Dux Clarentiae & Richardus Dux Gloucestriae ab Edwardo III. fratre hunc Comitatum acceperunt. Postremo Henricus filius notus Henrici VIII. Dux Richmondiae à patre investitus fuit, qui sine liberis ex hac vita anno 1535. demigravit.

Dux Richmondiae.

Numerantur in hoc agro Parociae magne praeter
Sacella 104.


Tabulam habes in Comitatu Eboracensi.

EPISCOPATUS DVNELMENSIS.

Episcopus Dunelmensis, vulgò *The Bishop of Durham*, sive *Duresme*, Eboracencibus ad Septentrionem confinis, in trianguli speciem efformatur, cujus apex ad Occasum, coeuntibus ibi Septentrionali limite & Tesis fontibus, figuratur, Laterum alterum, quod Meridiem spectat, continuo Tesis decursu terminatur: alterum, quod Boream intuetur, primum breviter ab apice linea ad Derwentum flumen, inde Derwento ipso, donec *Chopwel* amniculum admiserit, & deinde Tina flumine describitur. Basium verò trianguli, quae Ortum respicit, ora maritima effingit, quam magno fremitu Oceanus Germanicus gravissimè diverberat.

Confinit.

Qua



Quâ in abicem coarctatur, campi sunt nudj, sylvæ fatis raræ, colles glabri, sed non sine ferri venis, convalles autem fatis graminosæ, Angliæ enim Apenninus, quem dixi, hunc angulum interfecat. Ad Orientalem autem partem, sive trianguli basim, uti etiam ad latera, culturæ terra est perquam grata, reditusque cum Agricolâ labore contendunt, pratibus, pascuis, arvis distincta, opidis passim confita, & carbone fossili, quo pro ignis alimento plurimis in locis utimur, copiosa. Carbonem hunc aliqui bitumen terrenum nigrum, alij Gagatem, alij Thracium lapidem esse volunt, quæ omnia eandem rem esse probavit magnus ille in rebus fossilibus Philosophus Georgius Agricola. Certè hic noster nihil aliud est quam bitumen colore sub terra induratum & excoctum, bituminis enim odorem reddit, & si aqua aspergatur, acrius & luculentius ardet, an verò oleo extinguitur, non sum expertus.

Totam hanc regionem cum alijs etiam vicinis *S. Cuthberti Terram*, sive *Patrimonium* vocant in suis scriptis Monachi. Sic enim vocarunt illi quicquid ad Dunelmensem spectavit Ecclesiam, cujus Cuthbertus quasi patronus habetur, qui in prima Saxonice Ecclesie infantia Lindefarmensis Episcopus, vitam tanta sanctitate & integritate transegit, ut inter Divos relatus fuerit, Regesque nostri & Proceres amplissima latifundia donarint, & plurimas immunitates irrogarint. Et a Guilielmi Normanni statim tempore Comitatus Palatinus judicata est hæc Diocesis, & Episcopi nonnulli tanquam Comites Palatin

figillo.

figillo insculperunt militem cataphractarium phalerato equo insidentem, altera manu gladium vibrantem, altera insignia Episcopatus prætendentem. Iuraque sua regalia habuerunt Episcopi, adeo ut proscriptorum bona illis, non Regi cederent, & ipsa plebs immunitatibus elata militare in Scotia sub Rege recusavit. Dicebant enim (*Historia Dunelmensis pro me loquetur*) *Se esse Halwærke folkes*, id est *sacro operi adscriptitios*, & terras suas tenere ad defensionem corporis *S. Cuthberti*, nec debere se exire terminos Episcopatus, scilicet *ultra Tinam & Teisam pro Rege vel Episcopo*. Verùm Edwardus I. has libertates præcidit. Iura tamen sua postea recuperavit Ecclesia, illasque tenuit usque ad Edwardum VI. cui, dissoluto Episcopatu, omnes ejus redditus & libertates Ordines in Parlamento concesserunt. Sed statim Maria Regina eadem autoritate omnia facta tecta Ecclesie restituit, quibus hodie gaudet.

Flumen quod Meridionalem hujus agri partem vallat, Latinis *Teisis* & *Teisa*, vulgò *Tees*, *Teisa* fl. Polodoro Italo, cui suæ Italiae Athesis animò conversabatur, sine ulla ratione *Athesis* dicitur. Hic è saxeto *Stancmore* erumpit, raptisq; secum multis undique torrentibus per rupes fluens, primum *Bernard castle* pulsat. Vnde vix quinque mille passus abest paulò remotius a *Tesi Standrope*, quod & *Stainthorpe*, id est *Vicus saxeus* dicitur, opidulum mercatorium. Cui contiguum est *Raby*, quæ duo tantum fluviolo separantur, qui post pauca miliaria in *Tesim* defertur prope *Selaby*, ubi nunc sedes familiae *Brakenburiorum*, & sua vestate, & conjugijs cum hæredibus *Dentoni* &

K k 2

Wieliffi

Sea-cole,
Carbo fossilis.

S. Cuthberti patrimonium.

Comitatus Palatinus.

Derlinto.

Hell-
ketels.

Wicliffi insignis. Tesis inde lapsus per *Sockburne*, prope *Derlington* frequens forum agitur, quod *Hugo de Puteaco* sive *Pudsey* templo & ædificijs exornavit. In hujus agro tres sunt miræ profunditatis putei, *Hell-ketels* vocat vulgus, id est *Inferni caldaria*, quia per antiperistasin calefcant in illis aqua. Prudentiores hausta terra motu telure subsēdisse credunt, & probabiliter quidem. Illos autem subterraneos habere meatus & exitus *Cuthbertus Tunstallus* Episcopus primus deprehendit, reperto in Tesis anserē, quem signatum in horum majorem experiundi gratia demiserat. Post *Derlington* Tesis viridantium camporum margines & rusticanas villas flexuoso metu lambens, tandem amplo ostio in Oceanum se ejicit, unde *Trianguli* basis ad oram maritimam inchoatur.

Hartlepole

Littus hinc in Septentriones decurrit uno & altero tantum amniculo interseiffum, juxta *Gretham*, ubi egregium Hospitale posuit *Robertus Dunelmensis* Episcopus. Cui proximum est *Claxton*, quod insigni in hoc tractu familiae nomen fecit. Inde littus promontoriolo solum uno prominet vix septem supra Tesis ostium milliariibus, cui *Hartlepole* emporium celebre, & statio fida, situ percommodo adsidet. Ab hoc per XV. mill. pass. litrus continuum, sparsim opidis redimitum grata facie navigantibus arripet, donec *Vedrae* flumini se aperit, sic enim *Ptol.* nominatur, qui *Beda* *Virus*, & nobis *Wete*. Hic in ipso trianguli apice, parte scilicet regionis ad Occasum extrema, è duobus rivulis coalescit, & in Orientem properat per vasta ericeta,

ta, magna Episcopi vivaria, & *Witton* castellum Dominorum de *Evers*, qui antiquæ sunt in hoc agro nobilitatis. Inde post pauca milliaria *Gaunlesse* fluviolum ab Austro admittit, ubi ad ipsos confluentes editiori tumulo imponitur *Aukland*, a quercubus denominatum, quod turritas Episcopi ædes, ab Antonio Becco magnifice restauratas, pulcherrimumque pontem præterdit. Hinc in Septentriones *Vedra* iter flectit, statimque in collis supercilio antiquæ urbis jam plusquam mortuæ reliquias suspicit, quam *Antoninus Vinovium* dixit, *Binchester* nobis hodie vocatur, unoque tantum & altero domicilio constat, vicinis tamen tum rudetis, mœniumque reliquijs extantibus, tum Romanorum nummis sæpius effosis notissimum.

Aukland.

Vinovium,
Binchester.

Mox *Vedra* crebris saxis eminentibus interpolatus defertur, quæ, nisi vi imbrium flumen intumuerit, nunquam aqua integuntur, quibusque, quod non alibi accidit, si aqua infundatur, parumque misceatur, falsam imbibit qualitatem. Imò ad *Butter-by* viculum, cum flumen æstivo tempore subsedit, è saxis illis aqua salsa sub-rufa exilit, quæ solis calore ita albescit & crescit, ut accolæ hinc salem sibi colligant. Iam flumen, quasi Insulam moliturum, primariam Regionis Urbem colli impostam undique ferè circumluit, unde nomen *Dunholm* a Saxonibus *Dunelmum* inditum. Collem enim, ut ex *Beda* colligas, *Durham*, *Dun*, & Insulam amnicam *Hohne* dixerunt. Ex sive *Dures-* hoc *Dunelmum* fecerunt Latini, sed vulgus *Dur-* me. *ham* corruptissimè vocat. Situ quidem editiori, & sæpè munitissimo, spatio tamen non magno,

ovali quodammodò forma, flumine ab omni parte, nisi a Septentrione, circumfunditur, & mœnibus firmatur. Ad Australem parrem, ferè quò flumen se reducit, Cathedralis Ecclesia surgit, pyramidibus & sacra turri conspicua. In medio imponitur castrum quodammodò intermedium inter duos pontes è saxo, quibus flumen hinc ad Ortum, illinc ad Occasum conjungitur. A castro ad Septentriones patet forum, & S. Nicolai cernitur Ecclesia, unde in Aquilonem protenditur suburbium longius inter flumen circumductum, uti alia utrinque ultra flumen, quæ ad pontes ducunt, & in singulis sua est seorsim Ecclesia. Originem autem non admodùm antiquam habet. Cùm enim Lindisfarnenses Monachi, bellorum calamitate a Danis exagitati, incertis sedibus cum S. Cuthberti reliquijs vagarentur: hic tandem, oraculo, si credere libet, admoniti, circa annum salutis 995. confederunt. Non multis post annis, Angli illi, qui Normannicum imperium æquis oculis intueri non poterant, loci ingenio freti, in belli sedem elegerunt, negotiumque non parvum Guilielmo Normanno facefferunt. Sed cùm res ex sententia non successisset, fuga sibi consuluerunt; Dunelmumque adiens Rex Guilielmus, multis ad Ecclesiasticæ libertatis firmitatem indultis privilegijs, castrum, de quo diximus, in eminentiori collis parte extruxit, quod postea in Episcoporum habitationem cessit, ejusque claves, cùm Episcopatus vacaret, veteri instituto, S. Cuthberti sepulchro appendi solebant. Satis longo post intervallo, ad Occi-

duam

duam Ecclesiæ partem W. Skirlaw Episcopus elegans opus substruxit, quod *Galileam* vocant, & in quod Venerabilis Bedæ tumulum marmoreum transfudit. Dunelmum autem, ut & hoc adjiciam, longitudinem grad. 22. latitudinem verò grad. 54. scrup. 57. definitam habet. Sub Dunelmo, ne hoc omittam, ad Orientem egregium admodùm cernitur xenodochium, quod Hugo ille de Puteaco Episcopus opulentissimus, & momentaneus Northumbriæ Comes *Leprosus* (ut habet Neubrigensis) *indulgentior, profusa quidem, sed tamen ex parte minus honesta largitione construxit. Alieni quippe juris non modicum huic devotioni per potentiam applicans, dum propria sufficienter impendere gravaretur.* Attamen ad LXV. Leprosos (præter Sacrificos) alendos proventus satis opimos assignavit.

Rectiori hinc lapsu in Septentriones Vedra suas aquas ducit per *Finchale*, ubi Henrico II. regnante, Godricus vir antiqua & Christiana simplicitate, totus Deo defixus solitariam vitam egit & peregit, eodem loco sepultus, quo (ut habet G. Neubrigensis) *vel orans procumbere, vel agrotus decumbere, consueverat.* Inde Vedra defertur per *Lumley* castrum vivario inclusum, sedema *Lumleyorum* vetustam, quibus genus est a *Lulpho*, *Barones Lumleyi*, viro in hoc tractu summæ nobilitatis sub Rege Edwardo Confessore. Horum Marmaducus matris insignia sibi adscivit (cujus jure opimam *Thwengorum* hereditatem adierat) scilicet baltheum vel fasciam rubram inter tres virides *Psittacos* in clypeo argenteo, cùm antea *Lumlai* gestassent *Psittacos* sex argenteos in parma rubra.

K k 4

Radul.

Radulphus verò Marmaduci illius filius primus Baro de *Lumley* a Richardo II. erratus fuit. Quo honore Ioannes ab eo nonus hodie gaudet, vir absoluta animi virtute, vitæ innocentia, omnibusque veræ nobilitatis ornamentis senex honoratissimus.

E regione non procul ab altera fluminis ripa sedet *Chester upon the street*, *Concester* Saxonibus dicta, unde *Condercum* ego iudicari, in quo Alam primam Asturum Romanis temporibus stationem habuisse memorat Liber Noritiarum. Lindisarnenses Monachi cum Cuthberti sui corpore, Danica intonante tempestate, in hoc annis cxiij. delituerunt. In cuius memoriam cum Egelricus Episcopus Dunelmensis novæ Ecclesiæ eo loci fundamenta jaceret, tantam pecuniæ vim defossam reperit, ut abundè jam dives Episcopatu se abdicarit, & Petrobürgum reveris, cuius Cœnobiarcha fuerat, vias per paludes munierit, & alia opera non sine maximis impensis excitarit. Interius ad ipsius ferè Trianguli medium alius etiam exiguus est vicus *Lanchester*, quem *Longovicum* fuisse semel existimavi.

Vedra tandem in Orientem se convertens, in mare se condit ad *Wiran-muth*, ut *Beda* vocat, nunc *Monks Were-mouth*, id est *Vedra* ostium quod ad *Monachos* spectavit. Quinque mill. pass. superius Tinæ etiam ostium aperitur, ad quem memorandum est *Gate-head*, id est *Caprae caput*, quasi *Novi castri*, quod alteram fluyij ripam occupat, suburbium, cui ab Edwardo sexto adjunctum erat, cum Episcopatum dissolvisset, sed Maria statim Ecclesiæ restituit. Hoc vulgus ipso Novo castro

castro multò vetustius esse existimat. Si ego etiam hoc, & Novum castrum (nam unum olim fuisse opidum flumine tantum divisum videatur) limitaneam illam stationem fuisse dixerò, quam *Gabrosentum* sub posterioribus Imp. vocarunt, & Cohors secunda Thracum defendit, nomenque antiquum & sensu & significatione retinuisse, nihil uti spero veritati absolum dixerò. *Gaffr* enim pro *Capra*, & *Hen* in sermonis contextu pro *Pen*, quod Caput est, usarpant Britanni, & eadem planè significatione *Caprae Caput* antiquis nostris Historicis Latine dicitur, ut *Brundisium* Messapiorum lingua à Cervi capite nomen accepit.

Infra hunc vicum, ferè ad ipsum Tinæ ostium *Girwy*, nunc *Farrow* cernitur, Venerabilis *Beda* *Beda Venerabilis* natale solum, ubi ille Angliæ splendor singularis, pietate & eruditione *Venerabilis* cognomen adeptus, meditando scripturis, ut inquit ipse, operam dedit, plurimaque volumina inter decumanos barbariæ fluctus doctissime conscripsit. Quo mortuo (ut inquit Guil. Malmesb.) sepulta est cum eo rerum gestarum omnis penè notitia usque ad nostra tempora. Cum enim pigro semper succederet pigrior, multo tempore in tota Insula studiorum detepuit fervor.

Dunelmenses Episcopos, qui Comites Pala-
Episcopi
Dunelmenses
tini censentur, non est cur hic enumerando persequar. Satis sit innuere, ex quo Cathedra hic constituta fuit, anno salutis 995. triginta quinque Episcopos usque ad nostram ætatem sedisse. Quorum celeberrimi sunt quatuor, Hugo de *Puteaco* sive *Pudsey*, qui præfenti pecunia, mille scilicet

scilicet trecentis libris, Comitatum Northumbriae, dum ipse viveret, Sathbregiamque iure perpetuo successoribus possidendam a Rege Richardo I. emit. Antonius *Bec* Patriarcha Hierosolymitanus, qui in substructiones insanas, splendidumque apparatus infinitam pecuniam effudit Thomas *Wolsey* Cardinalis, cuius felicitati nisi moderatio nihil deerat. Et tunc nobis pueris obiit, *Cuthbertus Tunstall*, summarius artium scientia & vitae sanctitate (absit invidia verbo) illorum omnium instar, & magnum Britanniae nostrae ornamentum.


C. Tunstallus.

Numcrantur in hoc agro, & Northumbria Ecclesie Parochiales 118. praeter Sacella plurima.

LANCA-SHIRE.

Iter aliò versus jam conferendum est mihi, ad reliquos scilicet illos Brigantes, qui trans montes ad Occiduum Oceanum confederunt, & primò ad Lancastrenses, quos subinvitus (quae res mihi bene vertat) quodammodò adeo. Vereor enim ne mihi non satisfecero, nedum lectori. Ex voto enim pauca admodum successerunt, cum partem hujus terrae longè maximam perlufrarem, ita vetusta prisca nomina ubique abraffisse videbatur. Sed audendum est, nec Divinum numen, quod hactenus mihi affulsit, defuturum confido.

Sub montibus, qui (ut saepè jam dixi) per Angliam



gliam mediam procurrit, & quasi arbitri inter Regiones sive Comitatus se interponunt, jaceret ad Ortum Lancastrensis ager, Saxonice *Lancaster-syre*, vulgò *Lanka-shire*, *Lanka-shire*, & *The County Palatine of Lan-caster*, quod sit Comitatus Palatini titulo insignis. Inter Eboracenses ab Ortu, & Hibernicum Oceanum ab Occasu ita includitur, ut ab Austro, qua Circenses adspicit, sit latior, sensimque in Boream procedens, quâ Westmorlandia confinit, coarctetur. Ibi que irruente maris sinu abruptitur, sui que partem non exiguam ultra sinum habet, quæ Cumberlandiæ adjacet.

Vbi in campos æquatur, hordei & tritici satis est fertilis, ad montium radices avena fertilior, ubique solo tolerabili, nisi uliginosis quibusdam & minus salubribus locis, *Mosses* vocant, qui tamen hæc sua incommoda commodis resarciunt uberioribus. Abrasa enim superficie unctuosos cespites, *Turfs* dicunt, ad ignis fomitem, & nonnunquam arbores subterraneas, vel quæ diu defossæ jacuerunt præbent; Inferius verò margam ad stercorendos agros affatim alicubi suppeditant, qua tellus, hominum opinione frugum impatientissima, ita mitescere incipit, ut majorem olim hominum fuisse inertiam, quam terræ ingratitudinem existimare liceat. Sed regionis bonitatem ex incolarum habitudine, qui ab aspectu sunt inprimis decori, diducides: & etiam, si placeat, ex armentis. In bobus enim, qui sunt proceris cornibus, & composito corpore, nihil quod Mago Carthaginensis apud Columellam requirit, facile desideres:

Ad

Ad partem Austrinam à Cestrensibus *Mersejo* fl. dirimitur, qui parum a fonte in Occalum fertur lento fluxu, statimque a Borea *Irwellum*, qui omnes hujus Orientalis plagæ fluvios secum defert, gratanter excipit. Inter quos notissimus est *Roch. fl.* qui appositum habet in valle *Rochdale* *Rochdale*. mercatum non infrequentem, ut ipse *Irwell* habet sibi impositum *Burij* mercatum itidem nihilo inferiore. Vbi verò *Irwello* confluit *Irkus*, ripa sinistra, quæ è subrufo saxo surgit, vix tribus a *Mersejo* mill. pass. per vetus illud opidum floret, quod *Mancunium* & *Manucium* variante lectione Antonino nominatur, nec dum vetusto nomine profusè deleto, *Manchester* nobis dicitur. Hoc circumvicinis opidis præcellit suo ornatu, frequentia, lanificio, foro, templo & Collegio, quod Thomas Dominus *La-ware*, regnante Henrico Quinto fundavit. Superiori verò ætate multò præcellentius fuit: tum laneorum pannorum honore (*Manchester Cottons* vocant) tum asyli jure, quod Parliamentaria autoritas sub Henrico VIII. Cestriam transtulit.

Ceterum ut regrediamur, Irwelli aquis *Mersejus* jam plenior iter Oceanum versus suscipit per *Trafford*, & *Chatmosse* uliginosum agrum longè lateque patentem, cujus partem non exiguam inflati amnes patrum memoria non sine magno periculo abripuerunt. Quo in loco subfider jam vallis anniculo irrigata, arboresque *Arbores* *sub terra*. prostratæ repertæ fuerunt. Ut suspicari liceat, cùm terra negligenter jaceret, & rivulorum prokursus in patentibus vallibus non deducerentur, meatusque vel incuria vel vastitate intercluderen-

Nomen.

Fines.

Solum.

Boves Lancastrenses.

derentur, quicquid humiliter erat in hujusmodi uliginosos tractus vel stagna fuisse conversum. Quod verum si sit, non est cur miremur tot arbores hujusmodi locis passim per Angliam, sed præcipue hoc in agro, obrutas & quasi sepultas jacere. Cum enim nimia uligine radices solverentur, ut deciderent, & tam molli solo haurirentur & immergerentur necesse fuit. Vicini contis & veribus tentando, ubi latent, explorant, loco notato effodiunt, & pro ignis alimento utuntur: sunt enim flammis & lumini, æquè ac tæda, gratæ, quod fortasse sit è bituminosa terra qua sunt circumfusæ. Scio receptissimam esse opinionem, ab inundato mundo has vi undarum prostratas jacuisse, eo magis quod editioribus in locis alicubi effodiantur: verum illi ipsi locos illos editiores quos dicunt uligine permadere non dissentunt.

Holcroftii.

Post Chatmossæ se ostendit *Holcroft*, quæ ut sedem, ita & nomen præclaræ *Holcroftiorum* familiæ præbuit. Adjacentque hic circumquaque *Opidula*, uti etiam per totum hunc Comitatum & *Cestrensem*, & alias Septentrionis partes, quæ ut nomen claris familiis communicarunt, ita ejusdem sui nominis possessoribus ad hæc usque tempora gaudent: qualia nominatim sunt *Aston*, *Aberton*, *Tillesley*, *Standish*, *Bold*, *Hesketh*, *Worthington*, *Torbec* &c. Quas & alias multas hujusmodi familias in Septentrionalibus his regionibus (ut semel dicam) uti virtus fundavit, provida moderatio, & antiqua suis bonis contenta simplicitas auxit: ita in Australibus Angliæ Provinciis luxur, usura, corruptelaram illece-

Nobiles ali quot in hoc tractu familia.

bræ, & dolus malus brevi tempore florentissimas prorsus subruerunt, adeo ut veteris nobilitatis germina jam exarescere multi conquerantur.

Interim nos *Merscij* decursum persequemur, qui jam per *Warrington*, notum suis Dominis, cognomine *Butleris*, mercatum defertur: à quo ad Septentrionem non multum abest *Winwick* inter optima Angliæ sacerdotia nominatissimum, Unde patenti gremio commercijque percommodo Oceanum ingreditur *Mersesus*, ubi *Lutherpole* patet, Saxonice *Liferpoole*, vulgò *Lirpole*, a diffusa paludis in modum aqua, ut opinio est, nominatum, qui commodissimus & usitatissimus est in Hiberniam trajectus, elegantia & frequentia, quam antiquitate celebrior. In proximo est *Seston*, juxta quam *Alt* fluviolus viam in mare quærit, & ubi invenit, viculum additum *Althmout* inde nominat, vicinumque habet *Ferneby*, in cujus uliginoso solo cespites effodiuntur, qui incolis pro ignis fomite, & lucernarum vice. Sub cespitibus autem aqua subest pigra & nigricans, cui nescio quid unctuosum superfluit, & in qua pisciculi innatant, qui à fossoribus capiuntur: ut fossiles hic esse pisces dicamus, non minus quam circa *Heracleam* & *Tium* ponti.

Lirpole.

Pisces fossiles.

Evehitur hinc magno flexu litus apertum, interioriusque à mari cernitur *Ormeskirke*, mercatorum opidum, sepultura *Stanleiorum* *Derbienke*, summi Comitum insigne. *Duglesb* fluviolus hic tacite serpit. Ad cujus fontes *Wiggin* est, opidum cultum & copiosum, incorporatum ex *Majore*

Ormeskirke.

Wiggin.

&c.

& *Burgensibus*, Rectorque Ecclesiæ, opidi (ut accepi) est Dominus. In proximo *Holand* cernitur, è qua clarissima illa *Holandorum* familia, qui Cantij Comites, & Surræ Exoniæque Duces fuere, & originem & nomen traxit. Propè Duglessi ostium *Merton* palus satis diffusâ alitur, quæ suo emissario in hunc se exonerat, statimque Ribello flumini in suo æstuario obviam se offert. Qui ex Eboracensis agri collibus properantibus aquis primùm in Meridie defertur per tres præcellios montes, in *Ingleborrow hill* ad fontes, quem vasto dorso in Occidentem Solem gradatim quasi ascendentem, & in sui extremo alio quasi imposito colle evertum demirati sumus: *Penigent*, fortasse ab albicante & nivolo capite (hoc enim Britannjs *Pengwin* denotat) qui vasta mole, sed non perinde excelsa attollitur: & *Pendlehill*, qui sublimi admodum fastigio erigitur, & in ipso fastigio peculiarem profundit plantam, quam quasi a nubibus productam *Clowdes-bery* vocant. Horum montium libentius memini, tum quod in Apennino nostro sunt eminentissimi; tum ut intelligatur quod antè dixi, cur Alpes summæ *Pennina*, & ipsa montium summities *Pennin*, & *Apennini* ita prisca Gallis dicta fuerint. Per enim montium summitatem Britannis denotat. Ad ramentum verò montis *Pendle*, *Clithero* castrum prope Ribell adidet, & huic vicinum *Whaley*. Vnde in Occasum conversus Ribellus nomen suum impertit vico, quem nostra ætas *Riblechester* appellat, ubi tot Romana vetustatis vestigia, statuæ, numismata, columnæ, columnarum bases, epistylia, aræ, marmora, inscriptio:

Ribell. fl.

Apenninus
unde sic
dictus.Ribleche-
ster.

inscriptiones subinde effodiuntur, ut non abs re fuisse videatur, quod incolæ claudicante rhythmo dicitant:

It is written upon a wall in Rome

Ribchester was as rich as any towne in Christendome. Caterum cum hujus fortuna, confecta periodo, sive bello, sive terra motu, quod vulgus suspicatur; succubisset, inferius, qua regurgigans Oceani vim patitur Ribellus, & *Bellisama* æstuarium Ptolomæo vocatur, ex Riblecstræ occasu succedatæa proles *Preston* surrexit, amplum, & *Preston* ut in his regionibus elegans & frequens opidum; a religiosis viris sic dictum, nostra enim lingua *Sacraotum opidum* sonat. Sub hoc Ribello aquas infundit suas *Derwen* fluviolus; qui primum opidum mercatu notum *Blacke-borne*, a nigra aqua sic dictum, irrigat; quod regiuncula adjacenti *Blackeburne-shire* nomen indidit,

Preston illud, de quo modo dixi, *Preston in Anderneffe* vocat vulgus hominum; pro *Armundesse*, sic enim hanc agri partem dixerunt Anglo-saxones; quod inter Ribellum & Cocarum fluvios longius circumacta littore prominet, & promontorio quasi naso extenditur, quod etiam postea *Agmondernes* dictum. *Avæna* hæc est feracior, hordei impatientior, sed pascuis latior, præsertim ad mare, quæ partim est campestris, unde pars ejus magna *The fle*, pro *Feild*, appellari videtur, quia tamen alibi palustris, minus salubris censetur. In ora hic maritima multis in locis sabuli cumulos videas, quibus aquam subinde infundunt, donec saluginem contraxerit, quam postea subditis glebis in candidum salem

Salis consi-
ciendi no-
va ratio.

Quickfads. excoquunt. Nonnullæ sunt hic etiam infidæ arenæ & rapaces, tabulum vivum dicunt, itinerantibus adeo periculofæ, dum compendia recedente æstu fectantur, ut maximè caveant ne terreno itinere, cum Sidonio loquor, pedestre naufragium faciant, præcipuè verò circa *Cocari* ostium, ubi Syrtico quasi agro *Cockersand Abby* Cluniacensium jam pridem Monasteriolum, inter *Cocari* & *Luni*, sive *Loni* ostia, interjacet, & mare Hibernicum longè lateque diffusum prospectat, *Lonus* ille, vulgò *Lune*, ex Westmorlandiæ montibus scatens, accolæ æstivis mensibus opima Salmonum piscatione dirat, qui cum aqua limpida & arenosis vadis præcipuè lætentur: in hunc & alios hujus oræ fluvios conferunt penetrant. Quamprimùm Lancastrenses invisit, *Laccus* amniculus ab Ortu aquas illi committit suas. Quo in loco nunc *Over-borrow* est, pertenuis sanè rusticorum viculus, sed qui varijs certè præfæ vetustatis monumentis antiquitatem suam asserit. Nomen verò antiquum si recuperet, alijs, non mihi debeat, etsi, ut formicæ semitas, anxia sedulitate quæsi. Ab hoc Burgo *Lonus Thurland* Tunstallorum propugnaculum, & *Hornby* egregium Castellum prætervehitur, quod Dominos suos *Harringtonos* & *Stanlejos* Barones de *Monte Aquile*, sive *Mont Eagle*, a *Thoma Stanley* primo *Derbiæ* Comite oriundos venditat. Quorum tertius & postremus reliquit filiam unicam & hæredem, matrem *Guilielmi Parker*, quem Rex *Jacobus* avito honore Baronis de *Mont Eagle* denuò exornavit, & nos nostrique posterum universæ *Britanniæ* bono natum

1605] natum agnoscamus. Ex litterulis enim subobscuris ad eum clandestinò transmissis, & ab eo in medium tempestivè prolatis, proditio, quam efferata impietas machinari poterat longè nefandissima, in ipso ferè extremo Reipubl. fato est deprehensa: cum sceleratis nonnulli, sub execranda religionis larva, vi magna pulveris fulminalis Conclavi Parlamentario supposita, ad Principem & Patriam uno momento disflandum, jamjam ignem admoturi starent.

Lonus hinc paucula permensus milliaria *Lancaster* ad Australem ripam videt, præcipuum *Regionis* opidum, quod incolæ veriùs *Lancaster* vocant a *Lona* fl. *Longovicum* & nomen superstes & flumen subterlabens quodammodò argumentantur. Quamvis autem hodie opidum sit minus frequens, & incolæ omnes rei rusticæ vacent (circumvicinus enim ager cultus est, apertus, florens, nec sylvis nudus) in *Romanæ* tamen vetustatis argumentum *Cæsarum* nummos nonnunquam inveniunt, maximè ubi fraterculi suum claustrum habuerunt. *Aream* enim ibi antiquæ urbis fuisse prædicant, quam *Scoti* anno salutis 1322. succenderunt. Ex quo tempore ædificare cœperunt propiùs collem viridantem ad flumen, cui imponitur castrum, non magnum quidem, nec vetustum, sed elegans & firmum: adfidetque in ipso colle unicum quod habent templum, ubi *Monachi* exteri olim suum habuerunt *Cœnobiolum*. Sub quo ad pontem pulcherrimum, quo *Lonus* confternitur, in ipsa præcipiti collis declivitate, parietis antiquissimi & *Romani* operis pendet fragmentum.

gimentum, *Werywal* vocitant illi, recentiori Britannico hujus opidi, ut videtur nomine. Hoc enim opidum illi *Caer-werid*, id est *Vrbem viridem* dixerunt, à viridanti forsitán illo colle. Ioannes Lancastríæ Dominus, qui postea Rex Angliæ, *Burgensibus suis Lancastríæ charta confirmavit libertates omnes quas Burgensibus Bristolíæ concesserat*. Edwardusque tertius anno regni sui 36. concessit *Majori & Ballivis Ville Lancastríæ, quod Placita & Sessiones non alibi tenerentur*. Polum Arcticum, ut hoc non omittam, grad. lxxxv. v. elevatum aspicit, ab ultimo verò Occidente part. xx. scrup. xlviii. removetur.

Fornes.

Dum ex hoc colle circumspicerem, ut Loni ostium viderem, quod non multò inferiùs effunditur, *Fornes* altera pars hujus regionis ad Occasum oculis occurrit, quam mare quodammodo avulsit, quod inrudescente æstu littus devoravit, sinusque tres laxiores effecit, scilicet *Kentsand, Levensand & Duddensand*, inter quos ita prominet terra, ut inde sit nomen sortita. *Fornes* enim & *Foreland* idem est nobis, quod *Promontorium* antèr Latinis. Hæc tota, nisi ad mare, excelsis montium cacuminibus, & crebris rupium molibus affurgit. Inter quos montes

Winander-Mere.

lacus totius Angliæ maximus, nunc *Winanderuere*, per decem plus minùs milliaria, fundo quasi continuo saxo confrato, ripas incurvat, immensæ alicubi, ut ferunt accolæ, profunditatis, & pisce sibi peculiari (quem *Chare* ijdem vocant) fœcundus. Inter hunc lacum & *Dudden* fl. promontorium quod vulgò *Fornesse* dicimus, se projicit, insulamque *Walney* quasi antemurale

Walney.

longo

longo tractu prætentam habet, tenui freto divisam, cujus fauces munimentum, *Pile of Fouldrey* dictum, scopulo in medijs fluctibus impositum tuetur.

Quod ad Nobiles qui Lancastríæ titulo usi sunt, primi Normannici Imperij infantia tres fuerunt, qui *Domini de honore Lancastríæ* dicebantur, Rogerus scilicet *Pictavenis*, Guilielmus filius Regis Stephani, & Ioannes Regis Richardi Primi frater, qui postea Rex Angliæ. Satis longo post intervallo Rex Henricus III. Ioannis filius, Edmundum *Gibbosum* filium suum natu minorem Comitis Lancastríæ titulo primus exornavit. Cujus filius Thomas Comes fuit Lancastríæ secundus. Huic successit Henricus frater, qui unicum reliquit filium Henricum, quem *Edwardus III.* è Comite in Ducis honorem exulit.

Domini Lancastríæ

Comites.

Duces.

Cujus filia *Blanchia* in uxorem accepta Ioannes de *Gaunt*, ita dictus quia *Gandavi* in *Flandria* natus, *Edwardi III.* filius natu quartus, universam hæreditatem adiit; jamq; opibus par multis Regibus, Dux Lancastríæ a patre creatus, jura etiam regalia ab eò impetravit, qui Comitatum Lancastríensem in *Palatinatus* dignitatem publico rescripto evexit. Idem porro Ioannes anno *Richardi II.* decimo tertio consensu *Parlamentí* Dux *Aquitaniæ* (*Aquitania* fremente) fuit creatus. Quo tempore hos præ se tulit titulos, *Ioannes filius Regis Angliæ, Dux Aquitaniæ & Lancastríæ, Comes Derbyæ, Lincolníæ & Leicesteriæ, Seneschallus Angliæ*. Post hunc Ioannem, *Henricus de Bolingbroke* ejus filius, in Ducatu Lancastríæ successit, qui cum exturbato *Richardo II.* Angliæ re-

gnum obtinuisse, Henricum filium, qui etiam postea fuit Rex Angliæ, ejus nominis Quintus, hoc honore ornavit. Atque hac forma & conditione Ducatus iste jam inde mansit, nisi quod Edwardus III. anno Regni primo, cum Henricum VI, in Parlamento læsæ Majestatis proscriptisset, Coronæ (ut loquuntur) appropriaverit: à qua tamen Henricus VII. statim sejunxit. Suosque nunc habet seorsim Officiarios, Cancellarium scilicet, Attornatum, Receptorem, Clericum Curie, Assessores sex, Tabellarium, Auditores duos, Receptores XXXIII. & tres Supervisores.


Recensentur in hoc agro, præter plurimas Capellas, Paræcia tantum 36. sed que maximas alibi Paræcias incolarum multitudine longè superant.

WESTMORE-LAND.

AD extremos Lancastrenses succedit magis in Septentrionem altera Brigantum regioncula, Latinis *Westmorlandia*, nobis *Westmoreland*, & scriptoribus nonnullis recentioribus *Westmaria*: ab Occasu & Boreâ Cumberlandia, ab Ortu Eboracensi & Dunelmensi agro terminata. Quæ quia tota inter montes altè pertinentes sit sita, & magnâ ex parte inculca jaceat, hoc nomen in nostrâ lingua invenit. Loca etenim inculca, & quæ non facile agricultura sublevari possint, *Mores* Angli Septentrionales vocant, & *West more-land* nihil aliud est nobis, quàm *inculca ad Occasum regio*. Pars hujus Australior,

Termini.

Nominis ratio.



lior, quæ angustiori spatio inter Lonum fl. & Winander-mere nonnulla ex parte concluditur, satis ferax in vallibus habetur, licet & suas asperas glabrasque cautes ostendat, unoque nomine *The Baronie of Kendale*, sive *Candalia*, id est *Vallis ad Canum* nominatur. *Can* enim fluvius, qui saxis asperatus hanc vallem perstringit, nomen indidit, ad cujus Occiduum ripam frequentissimum opidum *Candale*, sive *Kirke by Candale*, id est *Ecclesia in valle ad Canum*, duabus productis plateis se interfecantibus sedet, lanificij gloria & industria ita præcellens, ut eo nomine sit celeberrimum. Incolæ enim copiosam per universam Angliam laneorum pannorum exercent mercaturam. Sibiq; honori in primis esse existimant, quod præter Barones, etiam Comites suos habuerint, Ioannem Ducem Bedfordiæ, à fratre Rege Henrico V. eo honore auctum, Ioannem Ducem Somersætt, & Ioannem de Foix, ex illustrissima *Fuxensium* in Gallia familia, quem Henricus VI. ob fidelem in Gallico bello operam eo dignitatis extulerat. Vnde fortassis est quod aliqui ex hac *Fuxensi* familia in Gallia etiamnum de *Candalia* denominentur. Inferius in *Can* fl. duæ sunt *Catadupæ*, ubi vasto cum murmure aquæ præcipitantur: altera est ad *Levens* viculum, altera magis ad Austrum propè *Betham*, quæ quasi certa prognostica sunt vicinis: cum enim Borealis clarius insonare auditur, serenitatem, cum Australis, imbres & nebulas certo expectant.

Ad superiorem angulû lacus *Winander-mer* quasi projectum antiquæ urbis cadaver jacet, magnis

gnis mœnium, & extra mœnia ædificiorû multis divulsis ruderibus adhuc extantibus. Quod *Ambleside* Romanorum opus fuisse, lateres Britannici, cæmentum lateritijs frustulis intritum, urnulæ, vitrea vascula, Romanorum numismata sæpius inventa, lapides rotundi instar molarium, è quibus coagmentatis columnæ olim extractæ, & strata viæ ad hanc ducentes clarè loquuntur. Nomen autem antiquum disperijt, nisi, cum *Ambleside* hodie vocetur, quis *Ambloganam* esse, cujus meminit Notitiarum liber, conjectando suspicetur.

Ad Ortum Lonus limitis vice fungitur, tractumque adjacentem suo ex nomine *Lonsdale* insignit, cujus primarium opidum est *Kirkby Lonsdale*, quod ad sacra & ad mercatum populus circumvicinus confluit. Supra Loni fontes latius se explicat regio, multisque gyris & flexibus montes excurrunt. *Eden*, flumen nobile, qui *Ptol. Ituna*, inter hos montes iter quærit in Occasum æstivum, per *Pendragon* castrum, atque inde per *Wharron hall*, sedem Baronum de *Whar- Barones de ton*, quorum tertius nunc floret Baro Philip- *Wharron*, pus, vir honoratissimus. Postea per *Kirkby Stephen* forum notum defluit, & *Musgrave* viculum unum & alterum. Hic aquas *Ituna* quasi remoratur, ut alijs rivulis consocietur, quorum uni vix duobus mill. pass. ab ipso *Ituna Vertere* incubuerunt, prisca memoriæ opidum, quod nunc in tenuem vicum exiguo propugnaculo munitum, & nomen in *Burgh* abiit. Sub posterioribus enim Imperatoribus, & norasse semel *luber*, *Castella parva* oportuna bello & annonæ

copia munita *Burgi* dici coeperunt, nomine novo, quod post translatum in Orientem Imperium à Græcorum *Pyrgo* Germani & alij mutuo sumfisse videantur. Vnde & *Burgundionum* nomen, sic enim illa ætas crebra per limitem disposita habitacula vocavit. Via militaris Romanorum suo aggere etiamnum conspicienda hæc ducit ad *Brovonacum*, per *Aballabam*, cujus meminit liber *Notitiarum*, quæ aded incorrupto hætenus mansit nomine, ut ipsa clarissimè se ostendat. Pro *Aballaba* enim nos *Apelby* contractè vocamus. Sola hujus vetustas & positio est suspicienda, nam alioqui ita infrequens est, & tenui structura, ut nisi vetustate meruisset primarium regionis censeret opidum, & juridicos conventus, sive *Asifas* in suo castro habere, quod publicum est maleficis ergastulum, parum admodum a vico abesse. Tota enim pulchritudo in una latiori consistit platea, quæ à Septentrione in Austrum facili colle ascendit, in cujus parte superiori castrum flumine ferè totum circumdatum eminet. In inferiori templum situm est, & schola. Intento hinc cursu in Occasum æstivum fertur fluvius per *Buley* castrum Episcopi *Carleolenfis*, & *Kirkby Thore*, sub quo magna rudera vetusti opidi videntur, Romani quæ nunti subinde erunt. Iuxta ad *Crawdendale-waitb* fossæ, valla, & aggestæ moles apparent. Fertur hinc *Ituna* non procul ab *Hogwil* castro *Sandfordorum*, via verò militaris recta in Occasum æquinoctialem ducit per *Whinfield*, vivarium amplum arboribus opacum, ad *Brovoniacum*. Cujus redificia & dignitatem licet absumpserit vetustas, nomen

Aballaba,
Apelby.

Brovoniacum,
Brougham,

men tamen ferè inviolatum superest, *Brougham* enim vocamus. Hic *Eimotus* fl. ex amplo lacu effusus, *Loderum* fl. recipit, prope cujus scaturiginem ad *Shape* fons est, qui instar Euripi sapius in die reciprocantibus undis fluit & refluit; & ingentia forma pyramidali saxa, quorum nonnulla novem pedes altitudine superant, & crassitudine XIII. recta quasi serie per mille passus æquali ferè distantia disponuntur.

Westmorlandiæ Dominus primus (quod sci-*Westmor-* am) præfuit *Robertus* de Veteri Ponte, sive *Westmor-* landiæ *pont.* Vnde *Cliffordi* ejus successores ad nostra usque tempora tenuerunt officium Vicecomitatus *Comites.* de *Westmorland*. Longo post tempore Rex *Richardus II.* *Radulphum* de *Nevill*, Dominum de *Ragby*, virum summæ & vetustissimæ nobilitatis Anglicæ, ab *Vchtrede Northumbriæ* Comite oriundum, primum *Westmorlandiæ* Comitem creavit, cujus posterii eo honore floruerunt, donec *Carolus*, impotenti animo, & scelerata conspiratione, fidem in *Reginam Elizabetham* & patriam exuendo, clarissimæ familiæ maximum dedecus impressisset, unde patria profugus vitam in *Belgio* miserè egit, & peregit.

In hoc Comitatu 26 numerose Paræcia habentur.

CUMBERLAND.

VVestmorlandiæ ad Occasum præjacet *Cumbria*, vulgò *Cumberland*, ultima in hac parte Angliæ Provincia, utpote quæ ipsam *Scoti-*



Fines.

Scotiam ab Arcto attingit, ab Austro & Occidente Hibernico Oceano pulsatur, ab Ortu vero super Westmorlandiam Northumbriæ est contigua. Nomen ab incolis traxit, qui veri & germani Britanni fuerunt, & se sua lingua *Kymbri* & *Kambri* indigitarunt. Britannos enim diu hic infedisse, fremente Anglosaxone, historia testatur. Terra autem, quamvis ob Septentrionalem situm frigidior, & ob montes asperior videatur, sua tamen varietate perlustrantibus aridet. Post verrucosas enim rupes, & confertos montes metallis gravidos, quibus lacus omni volatilium generi abundantes interjacent, succedunt pabulosi colles gregibus referti, quibus rursus substernuntur porrectæ planities frugibus satis fœcundæ. Ad hæc Oceanus, qui ad littus alliditur, piscium optimorum examina alit, & negligentiam accolis quasi exprobrat, quod minus gnauiter piscaturam exerceant.

Coplant.

Pars hujus meridionalis *Copeland* & *Coppland* dicitur, eo quod acuminatis montibus, quos *Kopa* Britanni vocant, caput suum exerit, vel ut alijs placet, *Copeland* quasi *Copperland*, ab opulenta aris vena. In hac ad sabulosum *Dudeni* ostium, quo à Lancastrænsibus determinatur, *Milum* est, antiquæ familiæ *Hodlestonorum* castrum, vnde circumducto in Boream littore, *Ravengla* stationem, ubi & Romæ extiterunt, ut accipi, inscriptiones, duo rivi commodè circumcingunt, *Esk*, qui exoritur ad radices montis altè prærupti *Hardknott*, in cuius vertice ingentia saxa & fundamenta Castri non sine admiratione nuper detecta fuerunt, cum adeo sit præcep-

ut

ut non facilè quis ascendat, & *Irt*, in quo conchæ, cum rorem, quem veluti maritum appetunt, oscitatione quadam hauserint, fiunt gravidæ, Margaritæque pariunt, quas accolæ, cum recesserit aqua, venantur, Gemmarijque nostri minimo ab egenis emunt, & maximo vendunt. De his & hujusmodi *Marbodæus* in isto versu loqui videtur:

Gignit & insignes antiqua Britannia baccas.

Iam litus in Occasum pedetentim se provehit, promontoriolumque efficit, quod *S. Bees*, pro *S. Bega* vulgò vocatur, a Bega virgine Hibernica pia & religiosa, quæ vitam illic solitariam egit. Vix mille hinc passus *Egremont* castrum colli imponitur, sedes olim Guilielmi de *Meslines*. Procedit hinc litus paulatim se subtrahendo, & ut ex rudetis apparet, ubicunque facilis ascensus erat, a Romanis permunitum fuit. Vltimus enim erat Romani Imperij limes. *Moresby*, viculum, ubi navium statio, ex his munimentis fuisse, par est existimare. Multa enim ibi antiquitatis vestigia in hypogæis & fundamentis, multæ cavernæ, quas *Pictis holes*, id est, Pictorum cavernas vocitant. Sed nullus adhuc repertus *Morbium* fuisse docet, ubi Equites Cataphractarij meruerunt, quod nomen tamen quodammodo subindicat. Post hoc Derventio flumen Oceano se occulit, qui in *Borrodale* valle exortus, inter montes *Derwentfels* vocatos serpit, in quibus ad *Newlands* & alibi aris venæ opulenta non sine auro & argento nostro tempore denuò sunt repertæ, cum jam olim innotuerint, ut ex

*Margaritæ**S. Bees
Promont.**Moresby,
Morbium.**Aris fodina.*

Quas fodinas

fodinas si nosset Cæsar, Britannos importatò
 ære uti non scripsisset, cum hæ & aliæ ærariæ
 non solum universæ Anglæ sufficiant, verum
 etiam magna vis quotannis exportetur. Hic
 etiam passim reperitur terra illa metallica, sive
 saxum induratum & micans; nobis *Black lead*
 dictum, quo ad ducendas lines & monochro-
 mata Pictores utuntur. Per hos montes lapsus
 Derventio, in lacum spatiosum diffunditur, in
 quo tres eminent Insulæ. In margine autem,
 quem roseidi montes circumvallant, *Keswike*
 opidulum mercatorum jacet, æraria sectura
 ante multos annos notum, & hodie Metallico-
 rum habitatio.

Hinc Derventio rapidissimè in Septentrio-
 nem provolvitur, ut *Cokarum* recipiat. Qui con-
 fluentes *Cokarmouth* forum copiosum, castrum-
 que Comitum Northumbriæ ferè circumluant.
 Opidum eleganti satis structura, sed humiliori
 situ inter duos colles subsidens, quorum alteri
 Ecclesia, alteri è regione castrum imponitur fir-
 missimum. Huic ultra flumen ad alterum milli-
 are objacet antiqui castrum cadaver, *Papcastle* vo-
 cant, cui Romanam vetustatem monumenta
 non pauca adstruunt. Adunatis postea aquis
 Derventio Oceano se submittit, ad *Wirkinton*.
 Salmonum piscatura nobile, nunc sedem anti-
 quæ Equestris familiæ *Curvennorum*; qui genus à
 Gospatricio Northumbriæ Comite repetunt,
 suasque hic instar castrum aedes habent magnificas,
 & à quibus nobis, absit verbo invidia, genus
 maternum.

Hinc murum ad defendendum littus quatuor
 plûs

Blacke-lead.

Keswike.

Cokar-mouth.

Curvenni, maternum auctoris genus.

plus minùs mill. pass. commodis locis ductum
 fuisse credant nonnulli à Stilicone, cum ex Hibernia
 Scoti hæc littora infestarent. Imò &
 nunc adeò continuæ sunt parietinae ad *Eleni* osti-
 um, qui non longum permenus iter, ad fontes
ferby habet, forum non minimum, *Arbejam* fu-
 isse judicamus, ubi Barcarij Tigrienses statio-
 nem egerunt, & ad ostium *Elenborough*, ubi co-
 hors Dalmatarum cum suo Præfecto olim statio-
 nem habuit. Situm habuit in colle satis edi-
 to, qui mare Hibernicum prospectat, sed jam
 seges est eo loci quo opidum fuit, etsi ejus ve-
 stigia planè se exhibent, multæque hic aræ, in
 scripta saxa, & statuae eruuntur.

Cum paulisper hinc littus rectà perrexerit,
 sinuato æstuario ita reflectitur, ut videatur esse
Moricambe illud, quod apud Ptol. hoc in loco
 statuitur, ita loci ingenium & nomen quadrant.
 Æstuarium enim est incurvum, & *Moricambe*
 mare incurvum Britannicè significat. Paulò su-
 perius promittitur Promontoriolum, magnum-
 que subest æstuarium, modò Angliæ & Scotiæ,
 olim Romanae Provinciæ & Pictorum divortia
 aperiens. Promontoriolo huic incumbit anti-
 quum illud Opidum *Blatum-bulgium*, a quo Anto-
 ninus, tanquam à remotissimo loco & Provin-
 ciæ limite, Britanniarum itinera incipit. *Bulness*
 hodie incolis dicitur, & viculus est admodum
 exilis, qui suum tamen munimentum habet.
 Ad idem æstuarium interius est *Drumboug* cas-
 trum, olim Romanorum statio. Qui & aliam
 hic habere stationem, quæ nunc in novum no-
 men mutata *Burgh upon sands*, id est *Burgus ad sa-
 bulum*

Terby, Arbeja.

Moricambe.

Blatum-bulgium.

Solway-
frith.

bulum nominatur. Ipsum autem æstuarium *Solway Frith*, id est *Fretum Solway* utriusque genti dicitur, a *Solway* Scotorum opido appositum. Haud multò superius, nec procul ab *Eimoi* & *Loderi* confluentibus, ubi rotundum illud vallum, quod *Arthuri Tabulam* vocant Incolæ, abest *Penrith*, id est, si è Britannico interpreteris, *Caput*, vel *Collis ruber*. Rubet enim terra & saxa è quibus confruitur, vulgò autem *Penrith* dicitur. Emporiolum celebre, ad Occiduam plagam castro regio firmatum, quod regnante Henrico VI è ruinis Romani munimenti *Maburg* in vicinia fuit restauratum, temploque satis pulchro ornatum. Quin & in ejus usum *W. Stridand* Episcopus Carliolensis suo sumptu incile duxit è *Peter-rill*, id est *Petero* fluviolo, qui ad suam ripam *Plompton Parke* habuit, vivarium amplum, quod olim Reges Angliæ ferarum, sed Henricus VIII hominum habitationi prudenter dicavit, cum in Regnorum Angliæ & Scotiæ ferè sit collimitio.

Plompton
Parke.

Ituna fl. se in suum æstuarium immerfurus, duos simul fluviolos accipit, *Peterillum* scilicet, & *Caudam*. Ad *Peterillum Greisfocke* est, illustris jam pridem familiarum castrum. Ad *Caudam*, præter æris fodinas ad *Caudebec*, prænitidum Carliolensis Episcopi castrum, *The Rose castle* dictum: Inter utriusque verò confluentes optima & longè amoenissima positio urbs vetustissima *Carlile* interponitur, à Septentrione Itunæ alveo, ab Ortu *Peterillo*, ab Occasu *Cauda* munita, præter hæc defendentis naturæ munimenta, firmis mœnibus è saxo, castello, & *Citadella*, quam

Carlile.

vocant,

vocant, armata. Forma jacet oblongior ab Occasu in Ortum procurrens. Ad Occidentem castrum satis magno ambitu, in media ferè urbe exurgit templum Cathedrale, cujus superior pars recentior artificio est admodum elegante, inferior tamen multò vetustior. Ad ortum verò *Citadella*, quam propugnaculis varijs firmo opere posuit Rex Henricus VIII. defenditur. Romani & Britanni hanc *Lugu-vallum*, & *Lugu-ballum*, Saxones, teste *Beda*, *Luell*, nos *Carlile*, & Latini recentiores *Carleolum* dixerunt. *Luguballiam* enim & *Carleolum* eandem fuisse uno ore consentiunt Historici nostri. Ego autem, liceat & mihi meam proferre conjecturam, *Vallum* illud & *Vallia* a nominatissimo illo Romanorum Vallo militari deductum asseverarim. Murus enim ille Picticus parum ultra *Itunam* flumen, qui jam ponte lignea conjungitur, ad *Stannwicks* viculum sub ipsa Urbe cernitur, & ipsum flumen è regione castris transijt, ubi in fluminis alveo ipsius vestigia, saxa scilicet ingentia adhuc extant. *Lugum* etiam, sive *Lucum* præcis Celtis, qui cum Britannis ejusdem linguæ erant, *Turrin*, significasse docet *P. Mela*. Ita ut *Lugu-vallum* sit, & sonet, *Turrin*, vel monumentum ad Vallum. Ab hoc fonte si *Lugdunum*, quasi *Turrin* in colle & *Gallis* præ *Lucoteciam* quasi *Turrin pulchram* derivassent Galli, (ea enim verborum vis est in lingua Britannica) rectius fortasse collimassent, quam cum hanc à *Luto*, illam a *Lugdo* fictitio Rege deduxerunt. Romanis temporibus hanc floruisse varia antiquitatis indicia subinde eruta, & celebris ejus tunc temporibus memoria satis affirmatè lo-

Lucius &
Lugus
quid Bri-
tannus &
Gallis præ

quuntur. Meridianum autem (ut & hoc adjectivum) grad. XXI. scrup. xxxi. ab ultimo Occidente distantem, & Polum Borealem grad. lxxxv. scrup. lv. sublimem habet.

Iam Itunam si transmittas, *Rowcliffe* cernas, castellulum à Dominis *Dacre* non ita pridem erectum. Super hoc confociatis undis uno quasi ostio Itunæ æstuarium subeunt duo flumina, *Esea* & *Leven*. *Esea* è Scotia descendit, & per aliquot milliaria se Anglici juris fatetur, una cum agro in ulteriori ripa posito, in quo *Sollom-mosse* captivitate quam plurimorum è Scotica nobilitate innotuit anno 1543. Ager autem circumvicinus *Batable ground*, id est Terra *lingiosa* dicitur, quia de ea inter Anglos & Scotos contenditur. *Leven*, alterum de quo dixi flumen, in ipso Regnorum limite scaturit, nihil memorandum præterfluit, præter *Beucafile*, quod in solitaria regione militum manus tuetur.

Magis ad Austrum & Occalum, interius jacet *Gillef-land* *Gillef-landia* Baronia, regimcula ita impedita torrentibus, quas *Gilles* vocant, ut inde nomen factum judicarem, si non legissem in libro Ecclesiæ de *Lanerkoff*, *Gillum* quendam, qui etiam *Gilbertus* in Charta *Henrici II.* dictus fuit, hanc olim tenuisse, a quo probabile est terræ nomen hoc inditum.

Cùm jam maritima & interiora *Cumbria* quodammodo perlustraverim, pars Orientalior, macra licet illa, jejuna, & solitaria invisenda superest, quæ tamen nihil exhibet præter *Tinæ* australis fontes, in solo subivido, & viam antiquam Romanam octo ulnas in latitudine

laxis

faxis constratam, *Mayden-way*, id est *Virginum viciniam* vocitant, quæ ex *Westmorlandia* ducit. Et ubi *Alon rivulus* & *Tina* ille confluent, per latus collis molliter inclinatum veteris opidi vestigia adhuc sunt reliqua, quod ad Septentriones vallo quadruplici, ad Occalum fescuplo fuit incinctum, *Whitley castle* nunc loco nomen, in cujus *Whitley* vetustatis testimonium superest compendiosa *castle*, scribendi ratione implexis litteris imperfecta inscriptio, qua docemur cohortem tertiam Nerviorum Ædem Imperatori Antonino Severi filio ibidem posuisse.

Labente Romanorum in Britannia Imperio, *Cumbria* quamvis hæc regio a Scotis & Pictis gravissimè *Reges* dilacerata fuerit, Britannos tamen primavos incolas diutissimè servavit, & serò in Saxonum potestatem devenit. Cùm autem Saxonum res Danicis bellis accisa præceps iret, suos Regulos, qui *Cumbrorum Reges* dicebantur, ad annum Domini 946. habuit. Quo tempore (ut inquit *Florilegus Westmonasteriensis*) *Rex Edmundus*, adiutorio *Leolini Regis Demetrie fretus*, *Cumbriam* totam cunctis opibus spoliavit, ac regnum illud *Malcolmo Scotorum Regi de se tenendum concessit*. Et *Præfecti*, exinde filij Regum *Scotia* natu maximi *Cumbria* præfecti aliquamdiu tam sub Saxonibus quam Danis dicti sunt. Cùm autem *Normannis* Anglia se dedidisset, hæc etiam pars in illorum manus concessit, *Radulpho*que de *Meschinnes* obtigit. Sed *Stephanus Rex*, ut Scotorum gratiam iniret, illis denuò reddidit, ut clientelari jure a se & Regibus Angliæ tenerent. *Henricus autem II.* qui successit, cùm hanc profusam

M m 2

liber

liberalitatem sibi & suo regno. frandi fuisse sentisset, Northumbriam, Cumbriam & Westmorlandiam a Scoto repetijt. Comites Cumbriae ante Henrici VIII. tempora non erant, ille autem Henricus Clifford primum Cumbriae Comitum creavit, qui genuit Henricum Comitem secundum, cui duo filij Georgius & Franciscus. Georgius tertius Comes navali gloria clarus, ad labores impiget, ad pericula fortis, obiit anno 1605. Illi autem successit Franciscus frater Comes quartus, in quo ardor mentis ad virtutem tantis majoribus dignus clarissime elucet.

Hicager 58. Parochiales Ecclesias praetenturam

Capellas numerat.

Tabulam vide ad Comitatum Westmorlandiae.

VALLEVM,

sive

MVRVS PICTICVS.

Superiorem Cumberlandiae partem intersecat, qui nullo modo tacendus est, Murus ille celeberrimus, Romanae Provinciae limes, Vallum Barbaricum, Praetentura & Clusura (sic enim antiqui vocarunt, Antonino, Cassiodoro & alijs Vallum, Bedae Murus, Britannis Gual-sever & Mur-sever, Scotis Sottis-waith, Anglis & accolis The Picts wall, id est Murus Picticus, The Keepewal, id est Custodia murus, & per excellentiam The wall. Cum

Cum Deo Duce, virtute comite, ambitiosa Romanorum fortitudo, rebus supra vota fluentibus, imperium ita undique prolataisset, ut sua ipsius magnitudo jam sibi suspectior esset, Imperatoribus visum est consultissimum, id limitibus quibusdam circumscribere. Hi autem limites, pro locorum ratione, aut a natura, ut mare, flumina majora, montes, terrae deserta, aut ab arte, ut praetenturae, scilicet fossae, castra, arces, valla & muri, per quae militaria contra Barbaros disposita erant praesidia.

In hac Insula Romani, cum ultiores Britan-
 niae regiones, caelo & solo utique aspero, a
 Barbaris Britannis Caledonijs inhabitari viderent, in quibus perdomandis laboris plurimum, emolumenti parum admodum erat, varias varijs temporibus Praetenturas, ad Provinciam limitandam & defendendam instituerunt. Primam possuisse videtur I. Agricola, cum angustum terrarum spatium inter [†]Bodotriam & [†]Dunbriten praesidijs firmavit, quod postea subinde communitum.

Hadrianus, cum in hac Insula octoginta plus minus milliaribus retrocessisset, Praetenturam fecit secundam. Murus (ut inquit Spartianus) per Lxxx. mill. pass. ducens, qui Barbaros Romanosque divideret. Quem ex stipitibus magnis in modum militaris sepi funditus jactis & comexis fuisse, ex subsequenti Spartiani narratione colligi potest. Hic autem is est de quo nunc agitur, per 80. enim mill. pass. procurrit.

Lollius Urbicus, Britanniae sub Antonino Pio Legatus, secundis praesidijs terminos iterum pro-

movit usque ad primam illam Iulij Agricola Prætenturam, & ibidem tertiam Prætenturam muro excitavit. Quam in Scotia fuisse, infra docobitur.

Prætentura quarta. Cum autem Caledonij Britanni, imperante Commodò, hunc murum perrupissent, Severus, posthabita anteriori illa & ingenti regione, munimentum per transversam Insulam ab Iunæ æstuario, sive *Solvey frith*, ad Tinæ ostium, sive *Tinmouth* duxit, eo sanè, si quid ego iudico, loco, ubi suum ex stipitibus murum duxit Hadrianus, & juxtà mecum sentit Hector Boëtius, quemadmodum & doctissimus ille Hispanus Hieronymus Surita, qui scribit, *Munimen Hadriani magnâ munitionum mole a Sept. Severo longius Valli nomine productum fuisse. Ille (inquit Spartianus) Britanniam, quod maximum ejus Imperij decus est, muro per transversam Insulam ducto, utrinque ad sinem Oceani munivit: unde & Britannici nomen accepit. Receptam, inquit Orosius, partem Insule a cæteris indomitis gentibus Vallo distinguendam putavit. Itaque magnam fossam, frmissimamque Vallum crebris turribus communitam per cxxii. mill. pass. à mari ad mare duxit. Cum quo Beda consentit, qui non libenter audit Severum murum duxisse, quod Murum ex lapidibus, Vallum è palis, qui dicti valli, & cespitibus factum fuisse contendat. Nec alio quàm Valli nomine apud Antoninum, & Nothiam Provinciarum designatur, Britannisque (ut innui) Gual-Sever dicitur.*

Pauculos post annos hæc neglecta, ut videtur, munitio fuit. Cum tamen Alexander Severus Imp. (ut est apud Lampridium) *Sola que de hosti-*

*bus capta erant limitaneis ducibus & militibus donasset, ita ut eorum essent, si heredes illorum militarent, nec unquam ad privatos pertinerent, Romani ultra murum progressi, & Barbarico solo stationes extruentes & instruentes, ad Bodotriam usque Imperij fines denuò propagarunt, quos tamen Barbari, continenter bellum ex bello ferentes, ad Severi Vallum repulerunt. Dioclesianus his limitibus providè prospexit, sub quo Carausius Prætenturam inter Glotam & Bodotriam restituit. Hos limites primum neglexisse arguitur Constantinus Maximus. Interjectam verò inter Clufuras sive Prætenturas regionem Theodosius Theodosij Aug. pater ita recuperavit, recuperatamque Provinciam ita pristino statui reddidit, ut Rectorem legitimum haberet, & Valentia in honorem Valentiniani deinde vocaretur. Cum autem res Romana plusquam apertè jam labi cœpisset, & Picti Scotique cespitium ad Bodotriam murum perumpentes, has partes immaniter depopularentur, Romana legio in auxilium missa, cum ad Galliam tuendam revocaretur, Britannos hortata est, instruere inter duo maria trans Prætenturam Insulam murum, qui arcendis hostibus posset esse presidio. quinta. Verùm ille, ut habet Gildas, a vulgo irrationabili absque refflore factus non tam lapidibus quàm cespitibus, non profuit. De loco ubi hic murus constructus, audi Bedam, *Fecerunt autem cum inter duo Freta vel sinus maris, per millia passuum plurima, ut ubi aquarum munitio deerat, ibi presidio valli fines ab hostium irruptione defenderent. Incipit autem duorum ferme millium spatio à Monasterio Abercurvinig ad Orientem, in loco qui sermone Pictorum Pen valel, lingua autem Anglorum Penvel-**

Penveltun appellatur, & tendens contra Occidentem terminatur juxta urbem Alcluth. De subsequente autem tempore pergit deinceps Beda his verbis: *Tum Romani denuntiauerunt Britonibus, non se ultra ob eorum defensionem tam laboriosis expeditionibus posse fatigari, ipsos potius mouent arma corripere &c.* Ac deinde: *Quin etiam Romani, quia & hoc socijs, quos relinquare cogebantur, aliquid commodi allaturum putabant, murum a mari ad mare recto tramite inter urbes, quæ ibidem ob metum hostium factæ fuerunt, ubi & Severus quondam Vallum fecerat, firmo de lapide locarunt.* Murus autem ille è saxo inter Tinæ ostium & Itunæ æstuarium, ubi etiam nunc ad eam expressa ejus habentur vestigia. Vidi enim tractum ipsius per montium ardua & prona mirabiliter ascendere & descendere, quæ patentiores sunt campi, fossam latam & altam exterius præjacere, quæ nunc multis locis coæquatur, interius aggerem, sive viam militarem, sed valde interruptam. Turres sive castella habuit crebriora millenis passibus disparata, *Castle-steads* vocant, & interius opidula munita, quæ *Chesters* hodie vocant, & his Turres interpositas, in quibus dispositus miles barbaris immineret. Tubulum etiam æreum eo artificio muro insertum inter singula castella & turres intercurrissæ ferunt accolæ (cujus fragmenta subinde repererunt) ut si quis vocem in eum quacunque turri immisisset, statim sonus in proximam, inde ad tertiam, & omnes deinceps, non interruptus perferretur, ad significandum ubi loci hostium insultus nmeretur. Sed cum Murus nunc jaceat, & tubulus sit nullus, multi hic circumquaque prædia &

fundos

fundos in *Cornage* (ut Juridici nostri loquuntur) *Cornage*. à Regibus nostris tenent, videlicet ut cornu irruptiones hostium vicinis significent, quod à veteri Romanorum instituto deductum nonnulli existimant. Sed ut signatiùs Muri ductum sequar, ad *Blatum Bulgium*, sive *Bulness* ad Oceanum Hibernicum incipit, & secundum *Itunæ æstuarium* per *Burgh upon sands* ad *Lugu-vallum* sive *Carlil* pergit, ubi *Itunam* transit. Inde procurrat, *Irthing* quæ flumen subjectum habet, *Cambecke* rivulum meandris se curvantem transmittens, ubi castelli magna indicia. *Irthingo* & *Poltroslo* fl. postea trajectis, *Northumbriam* intrat, & inter montium conglomerationes, secundum *Tinam Australem*, continuus (solummodò *Tina Boreali* divisus, ubi olim ponte conjunctus fuit) ad ipsum usque Oceanum Germanicum progreditur. Hoc verò observatione dignum, quod uti Romanorum prudentia hunc murum ita duxit, ut alterius quasi munimenti loco, ad interiorem partem duo maxima flumina subjecta haberet, *Tinam* scilicet & *Irthing*, quæ angustissimo terrarum spatio dirimuntur: ita Barbarorum solertia eo præcipue loci primum aditum sibi aperuit inter hæc flumina, quo liberum nullo flumine intercurrente in Provincie sinum ingressum haberent. Vulgi de hoc Muro fabellas sciens prætermitto, hoc unum tamen quod a fide dignis accepi, lectori subducere nolo. Durat tradita persuasio in magna parte populi circumvicini, limitaneos Romanorum milites plantas vulneribus salutare olim in suum usum hic passim plantasse. Vnde *Empi-*

M m 5

rici

Murus è
saxo Præ-
tentura
saxa.


Tubulus ad
voce defen-
sionis.

rici Scotorum Chirurgi quotannis incunte aestate huc ad plantas colligendas conflunt, quarum utilitatem longo temporis usu edocti mirifice laudant, & efficacissimas esse asseveranter affirmant.

OTTADINI.

Post Brigantes statuuntur apud Ptolomæum, qui pro exemplarium variante lectione *Ottalini*, *Ottadeni* & *Ottadini* nominantur, pro quibus omnibus ego, si auderem, *Ottadini* facili admodum mutatione substituerem, ut significaret *Trans* vel *supra Tinam flumen*. Sic sanè incolarum nomen cum regionis positione undique conveniret. Ultra Tinam enim hi confederunt, & regionem in Wallia trans Conovium fl. *Vch-Conwey*, & ultra Girway fl. *Vch Gwirway* vocant hodie Britanni. Nec certè omnino absurdum esse possit, si eadem ratione hanc regionem ultra Tinam *Vch-Tin* dixerunt, unde hoc nomen *Ottadini*, paululum luxata dictione, sed gratiori sono, Romani efformasse videantur. Longo post tempore hæc regio *Valentia* pars fuisse videatur. Sic enim in *Valentiniani* Imperatoris honorem *Theodosius* nuncupavit, cum *Barbaros* contudisset, & amissam hanc Provinciam recuperasset. Verùm Saxónico bello antiqua hæc nomina exoleverant, & regiones omnes quæ trans *Humbrum* æstuarium ad Septentriones jacent, Saxónico nomine *Nordanhumbra-ric*, id est *Nordanhumbrorum regnū* vocari cœperunt. Quod tamè nomē in reliquis agris nunc obliteratū, in una *Northumbria*, quam jam adibimus, superstes remanet.

NORTH



Nominis
ratio.

NOrthumbria, Saxonice *Nordanumberland*, & vulgò *Northumberland*, trianguli, sed non æquilateri figura quodammodo inclusa jacet. Meridionale latus *Derwent* in *Tinam* influens, & ipse *Tina* claudit, quæ *Dunelmenses* spectat. Orientale latus mari Germanico pulsatur. Occidentale verò, quod ab *Occafu* brumali in Ortum æstivum primùm concatenatis montibus, inde *Tweda* flumine protrahitur, *Scotiae* obvertitur. Terra ipsa magna ex parte aspera est, cultu dura, cultorumque corpora durasse videtur, quos ferociores faciunt vicini *Scoti*. Ad mare & *Tinam* adhibita mediocri culeara coloro perquam grata est, alibi verò multò ingrator, & quasi horridior. Murimisque in locis lapides illi *Lithanthraces*, quos *Sea-coales* vocamus, magna copia, magno cum incolarum commodo, effodiuntur. Pars citerior, quæ ad Occasum brumalent vergit, *Hexamshire* dicta, Archiepiscopum *Ebofacensem* diu Dominum agnovit, & Comitatus Palatini jura, nescio an jure, sibi arrogavit. Sed nuper cum Regio patrimonio coaluisset, ex commutatione cum Archiepiscopo facta, Parlamentaria auctoritate *Northumbria* Comitatus connexa fuit, ut eodem esset jure, & *Northumbria* Vicem comitem in causis spectaret.

Tina Australis fl. *Tina* Australis ex *Cumbria* editus, prope *Alsten more*, ubi antiqua est fodina araria, per *Lambley* & *Tetherston-hang* delatus, cum ad *Bellister* castellum pervenit, in Ortum conversus recta cum Muro procurrat, qui nusquam tribus mill. pass. ab eo distat. Murus enim *Cumbria* relicta, & *Irthingo* rivulo superato, *Poltros* rapidum rivulam

Fines.

Solum.

Sea-coales.

Tina Australis fl.

rivulum arcuato opere transiit, ubi magnas moles intra Murum tanquam ad speculandam regionem aggestas vidimus. Proximum huic *Thirlwale* est castrum, quod nò quidem magnum, antiquæ & clarae familiae ut sedem ita cognomen fecit. A *Thirlwal* Murus insanienti fl. *Tippall* se patefacit, ubi in collis descensu paulò intra murum pedamentum castrum Romanorum forma quadrata cernitur, ipsaque ædificiorum fundamenta & viarum tractus adhuc intuentibus planissimè apparent. *Caer Verran* jam loco nomen est, quodnam olim fuerit, eruere ingenij non est mei. Hinc obliquior progreditur Murus per *Iverton*, *Forsten* & *Chester in the wall* prope *Busy-gast* prædationibus infamem.

Hinc *Willymotof-wike*, clarae familiae *Ridleiorum* *Ridleij*, sedem vidimus, juxtaque *Alon* fl. magno aquarum insultu in *Tinam* influentem. Proxima autem in Muro statio post *Busie-gap*, *Seaven-shale* dicitur. Atque inde post *Carraw* & *Walton*, est *Walwike*, in quibus omnibus veterum munitionum sunt manifesta vestigia. Hic *Tina* Borealis murum interlabitur, qui *Tindale* a se denominatum irrigat, demumque *Readum* fl. in sinum admittit suum, qui è *Readsqwire* monte prærupto scatenus, ubi sæpè est *True place* id est conferendi locus, pro Orientalibus limitibus (Præfecti enim limitis Orientalis utriusque Regni causas hic inter limitaneos cognoscere soliti) vallem ob deprædationes incolis nimis vacuum suo nomini adopratur. Utraque vallis laudatissimorum *Velitum* altrix, utraque suos habet montes in summitate adeò uliginosos, ut equitibus sint omnino impervij

Tippall fl.

Tina Borealis fl.

pervij : in quibus, quod mireris, plures sunt lapidum strues admodum magnæ, *Lewes* vocant, quas in memoriam occisorum olim aggestas credunt vicini. In utraq[ue] etiam plures sunt veterum castrorum ruinae. In *Tindale* sunt *Whitechester*, *Delaley*, *Tarfet*, olim *Comminiorum*. In *Rheadesdale* sunt *Rochester*, *Greenchester*, *Rutchester*, & alia nonnulla, quorum antiqua nomina longi temporis injuria obliterata jacent. Aliud antiquæ etiam memoriæ opidum inferiùs alluit, imò ferè jam eluit *Rheadus*, *Risingham* hodie vocant, id est antiqua Anglorum & Germanorum lingua, *Gigantum habitatio*, ut *Risenberg* in Germania *Mous Gigantum*.

Risingham.

Wastes.

Hic circumquaque in *Wastes*, quas vocant, *terris*, ut etiam in *Gilleslandia*, quasi *Nomadas* antiquos videas militare genus hominum, qui à mense Aprili usque ad Augustum in tuguriolis hinc inde dispersis cum suis pecoribus excubant. *Tina* ille *Borealis* deinde per *Chipebes* turriculam olim *Vnsravillorum* desertur, nec procul à *Swinborn* castellulo murum accedit, & intersectat sub *Collesford*, ubi jam *Watwick* ampli castris visitur ruinae. Quod si *Cilurnum* non fuit, in quo *Ala* secunda *Asturum* sua stativa habuit, in proximo fuit ad *Seilneester* in Muro, ubi Ecclesia à fidelibus extracta fuit in honorem *Cuthberti* & *Oswaldi*, cujus nomen ita cæteris officit, ut pristino nomine obliterato *S. Oswaldes* nunc dicatur. Infra quod uterque *Tina* confluit, & jam auctus, subindeque auctior, uno alveo urget ad Oceanum iter per *Hexham*, *Beda* *Hangstald*, *Saxonice* *Hextoldeham*, quod Romano saeculo

S. Oswaldes.

Hexham.

Axeldunum fuisse, & nomen persuadet, & situs editior in colle, collem enim *Dunum* dixerunt Britanni.

Hinc ad orientem Solem *Dilston* sedem *Radclifforum* pervenimus, *Divesston* in antiquis libris dictum, a rivulo *Tinam* influente, quem *Beda* *Devileburnam* dixit, ubi (ut scribit ille) *Oswaldus* ille *Nordanhumborum* Rex, fide Christi munitus, *Cedwallam* Britannum infandum tyrannum justo prælio peremit. Ad alteram *Tinæ* ripam *Curia Ottadinorum* jacet, cujus meminit *Ptolemæus*. hodie a ponte *Corbridge*, quæ Ecclesiam nunc tantum ostendit, & juxta turriculam ab Ecclesia *Vicarijs* constructam & habitatam. Antiqui tamen operis supersunt reliquæ non pauca, inter quas defossam antiquorù thesaurum quæsit Rex *Ioannes*, sed illud illi fortuna per sui ipsius vanitatem, præter lapides enim are ferro & plumbo signatos nihil invenit. Eadem deinceps ripa *Birwell* castrum elegans vidimus, sub quo moles est pulcherrima ad *Salmonù* capturam.

Curia, Corbridge.

A *S. Oswaldes*, duarum munitionum, quas *Castle-steelles* appellant, fundamenta in muro cernuntur, deinde locus *Portgate* dictus, ubi portam fuisse in Muro vis verbi in utraque lingua ostendit. Sub hoc interiùs est *Haltonhall*, & juxta seder *Aidon castle*. A *Portgate* procurrit Murus ad *Waltowne*, quam eandem credimus esse *Villam Regiæ*, quam ad *Murum* vocat *Beda*. Huic vicinum est propugnaculum *Vetus Winchester* nominatum, & inde *Roucheester*, ubi præsidarij castris, quod Muro adjunctum fuit, expressa quadrata forma vestigia planissime conspeximus.

Iam

Newcastle upon Tine. Iam ubi Murus & Tina ferè coeunt, *Newcastle*, urbium in hac plaga ocellus, pralucet, portu nobilis, quem Tina efficit, sua profunditate naves valde magnas admittens, & ita defendens, ut nec tempestatibus facilè jactari, nec vadis afflicteri possint. Situ acclivi & admodum inæquali sedet ad Borealem ripam fluminis, quod pulcherrimo ponte conjungitur, cui ingrediendi ad sinistram pender Castrum, postea clivus præceps: ad dextram forum, & ædificijs pars urbis potior, unde haud facilè ascenditur in partem superiorem, quæ multò est amplior. Ecclesijs quatuor ornatur, mœnibusque armatur firmissimis, quæ septem portis patent, crebris turribus interjectis. Quodnam olim fuerit, in comperto non est. *Gabrosentum* facilè judicari, cum ejus quasi suburbium *Gatef-head* illud Britannicum nomen, a Capris deductum, sua significatione exprimat, ut antè dictum: Vallum autem & Murum per hanc Urbem duxisse certo est certius. Cum verò Normanicum imperium inciperet, statim a Novo Castro, quod Robertus Guilielmi Normanni filius extruxit, hoc novum nomen *Newcastle* induit, magnaque paulatim incrementa cum maritimis Germanis contrahendo, & fossiles carbones, quibus regio abundat, in alias Angliæ partes subvehendo cepit, ita ut commerciorum frequentia & opibus sit jam florentissima, quo nomine in Comitatum per se incorporatum Henricus VI. instituit. Distat à primo Meridiano XXI. part. xxx. scrup. ab Æquatore Arctum veròs lxx. grad. viii. scrup.

Vix tribus hinc milliaribus abest viculus *Walls*. *Wallf. end.* end nuncupatus, id est *Finis Marii*. Nec credibile est Vallum vel Murum ulterius ductum fuisse, cum nulla ulterius sint ejus indicia, & Tina jam proximus Oceano alyeo suo altissimo pro munimento sit firmissimo. Sunt tamè qui ad ipsum Tinæ ostium, quod *Tinmouth* nuncupatur, Vallum, non Murum, pertigisse volunt, illudque *Pen-hal-crag*, id est *Caput valli in rupe*, dictum contendunt, quibus nec ego refragabor. Sed hoc Romano sæculo *Tunnocellum* fuisse ferè asseverabo, cum *Tunnocellum Promontorium Tinæ* vel *Tinæ* sonet. Saxonica Heptarchia *Tunnaceser* vocabatur: Nunc autem *Tinmouthcastle* appellatur, castrisque magnifico & munito superbit. A tergo Promontorij, cui *Tunnocellum* insidet, proximè *Seton*, *Seghill* cernitur, olim *Segedunum* Cohortis tertiæ Lergorum statio ad Vallum. Paulo superius *Wensbeck* flumen ab Oceano absorbetur, qui præterlabitur *Misfordiam*, quam succendit Rex Ioannes, ac deinde interlabitur *Morpit* celebratù opidulum, ad Borealem enim fluminis ripam opidum sedet, ad Australem templum, castrumque umbroso in colle adfider. Non procul hinc *Withrington* antiquum castrum propè littus cernitur. Et *Coquedæ* sive *Coquet* fl. marii miscetur, qui inter montis *Devioæ* aspreta emanans, haud procul a fontibus *Billefdun* habet, & inferius ad Austrum *Harbottle*, cui contiguum est *Halyston*, id est *Saxum sacrum*, ubi in primitiva Anglorum Ecclesia Paulinum multa hominum millia baptizasse fama obtinet. Ad ipsum verò *Coquedæ* ostium *Warkworth*, Castrum

Tinmouth-
castle,
Tunnocellū

Segedunum
Seghill.

Morpit.

Wark-
worth.

Perciorum non inelegans locum habet, & litrus tuetur, ubi miro opere sacellum è rupe excavata sine trabibus & lignis efformatum. Littus deinde Alanio fl. se patefacit, qui necdum illo nomine viduatus quo Prol. innouit, Alne contractè dicitur, ad cuius ripam Alanwic, vulgò Anwick cernitur, victoria Anglorum nobilitatum opidum, qua majorum virtus Guilielmum Scotorum regem Henrico II. captiuum tradidit, & castrum firmatum egregio.

In diuersos hinc angulos littus se cuneans tendit per *Dunstaburgh* patrimonij Lancastrensis castrum, quod *Bebbam* aliqui falso suspicati sunt, quæ superius sedet, & nunc *Bamborow* vocatur, castrum adeò amplum, ut Civitatis sit æmulum. Huic adjunctum est *Emildon*, ubi natus est Ioannes *Duns*, *Scotus* dictus, quia è Scotico genere, qui in Mertonensi Collegio Oxoniæ educatus, in Dialectica & spinosa illa Theologia ad miraculum doctissimus, dubitabundus tamen sacrarum rerum fidem caligine circumfudit, & tam profunda & admiranda subtilitate, licet obscuro incultoquè dicendi genere plurima scripsit, ut Doctoris Subtilis nomen promeruerit, & notam Scotitarum sectam de nomine suo condiderit. *Miserè* autem *perijit*, apoplexia correptus, & nimis festinato funere pro mortuo tumultatus, quum redeunte vita, serò morbi impetum natura discerneret, ita ut frustra ad petendam opem miserabili mugitu, pulsatoquè diu sepulchri lapide, cliso tandem capite, *animam* *cedere*

vidit. Vnde in illum Italus quidam :

Quæcunque humani fuerant iurisque sacenti,

Si quis veritatis indagator legesit, Ilus. Cornejum in Ann. J. Francisci de Vitali & Scoti istas et alios tenebras luce veritatis dissipantem

In dubium veniunt cuncta, vocante Scoto.

Quid ? quod & in dubium illius sit vita vocata, Morte illum simili ludificante strophæ.

Quum non ante virum vita jugularit adempta,

Quam vitæ tempore conditus ille solet.

Mentiris

Floruit circa annum Domini 1300, Quod verò in Anglia natus fuerit, ex manuscriptis ejus operibus in Bibliotheca Mertonensi Oxoniæ, eorumque fide dico, quæ sic terminantur. *Explicit lectura Subtilis in Vniuersitate Parisiensi Doctoris Ioannis Duns nati in quadam Villula Parochia de Emildon vocata Dunston in Comitatu Northumbria, &c.*

Hoc littore deinceps nihil memoratu dignum occurrit, præter *Insulam Sacram*, de qua suo loco, donec ad *Tweda* ostium ventum sit, qui Angliam à Scotia longo spatio discludit, limelquè Orientalis dicitur. Hic fluvius copiosa scaturigine è Scotia montibus erumpens, inter limitaneos equites & abactores, ne grauius quid dicam, diu tortuosus errat. Vbi verò proximè *Caryan* vicum accessit, multis aquis conualescens Regnorum collimitia discriminare incipit. Cumque *Wercke*, uunc *Grejorum* castrum alluerit, *Tilli* fluvij binominis aqua augetur. Quo recepto, jam plenior decurrit per *Norham*, siue *Northam*, quondam *Vbbansford*, *Dunelmensis* Episcopopidum. A quo paulò inferius *Tweda* ostium cernitur, cui in ulteriori ripa impendet ultimum Angliæ, & munitissimum totius Britannia Opidum *Berwick*. Quod undecunquè nomen habeat, situ longius in mare porrigitur, ita ut mari & *Tweda* ferè circumvalletur, & inter duo potentissima regna positum, prima sem-

Anwick.

Bamborow.

Ioannes Scotus, vulgò Doctor Subtilis.

* Cave ni

Lector optime ab his scabellis et mendacijs protosontem huic haurientibus ex turbido vulgum ore, labentibus inuidia unatis.

Tweda fl.

Berwick.

per in discordia utriusque genti fuerit cura, adeo ut ab eo tempore quo Edwardus Primus Scotis primum extorsit, saepius a Scotis occupatum Anglus identidem recuperaverit, Angliaeque Reges operibus subinde firmarint & communi-erint, maximè verò Regina Elizabetha, quae nuper, hostium terrori, civiumque praesidio, altitiorè ambitu intra vetera moenia, & excelso muro firmissimo lapidum connexo compacto circumclusit, quem rursùm fossa profunda, continuo aggere, aggestitijs molibus & hypethraisis ita praemuniivit, ut oppugnantibus omnem spem munitionum fassa vel firmitas facile praecidat. Ut interim praesidiarum militis virtutem, & bellicum apparatus omnium opinione majorem praetermittam. Longitudine part. XXI. scrup. XLIII. Latitudine LV. grad. XLVIII. scrup. definitur.

Reges, Duces, & Comites Northumbriae. Hac Provincia ab Osca Hengisti fratre, & filio ejus Iebusa in Saxonum potestatem redacta, primum suos Duces clientelari jure Cantij Regibus obstructos habuit. Inde cum Regnum Berniciorum constitutum esset, quod à Testi ad Scoticum fretum pertigit, pars ejus optima fuit, parvitque Notdanhumbroborum Regibus, qui eum suam periodum confecerant, quidquid ultra Twedam erat in Scoticum nomen cessit, hunc autem agrum Egbertus Orientalium Saxonum Rex suo imperio per dedicationem adjecit. Deinceps verò regium nomen in hac Provincia desijt, Comitescque vocabantur qui praesuerunt, quorum tredecim in Historijs nostris ordine memorantur. Hodie verò *Perciorum* familia hoc honore

honore gaudet, quae à Brabantiae Ducibus oriunda, *Percy* cognomen cum *Percy* possessionibus accepit, ex quo Ioscelinus, filius junior Godfredi Ducis Brabantiae, vera proles Caroli Magni, per Gerbergam filiam Caroli, fratris minoris Iotharij Regis Francorum postremi ex stirpe Carolea, Agnetem Guillelmi *Percy* filiam & ex asse heredem duxit, cujus Guillelmi proavus Guillelmus *Percy* Angliam cum Guillelmo Normanno victore ingressus, dono ab illo accepit latifundia in *Tatcaster*, *Linton* & alijs locis. Convenit verò inter hanc Agnerem & Ioscelinum, ut ille *Perciorum* nomè assumeret, & sibi sua Brabantiae antiqua insignia retineret. Primus autem ex hac familia Northumbriae Comes fuit Henricus *Percy*, qui à Richardo II. hoc honore fuit exornatus. Post annum verò undecimum quam is mortuus esset, Henricus *Percy*, ejus ex filio Henrico *Whot-spurre* nepos, avitum honorem Parliamentaria autoritate ab Henrico V. recepit, qui in praelio apud S. Albani fanum cecidit. Postea Henricus *Percy*, Henrici illius quem modò dixi filius, gratia Edwardi III. paternum adeptus est honorem. Cui successit Henricus *Percy* Comes quintus, & huic Henricus filius, Comes sextus. Qui cum liberos haberet nullos, & Thomas frater ejus morte esset multatus, quod contra Henricum VIII. in primo religionis dissidio arma moverat, quasi jam de familia actum esset, magnam partem lautissimi patrimonij in Regem & alios effudit. Paucis elapsis annis Ioannes *Dudleij* Comes Warwici titulum Ducis Northumbriae occupavit. Sed is laesat

Majestatis reus peractus, capitis pœnam subiit.
 Et eo sublato, Thomam *Percy*, Henrici Comitis
 sexti è fratre Thoma nepotem Maria Regina
 natalibus restituit, primumque Baronem de
Percy, & mox Northumbriæ Comitem creavit.
 Verùm hic Thomas Comes septimus ~~frater~~
~~Reginæ Elizabethæ~~ restaurandæ
 Romanæ religionis zelo ~~obscuro~~, vitam cum di-
 gnitate anno 1572. amisit. Singulari tamen
 Regina Elizabethæ benignitate Henricus ejus
 frater Comes octavus successit, qui in carcere
 anno 1585. vitam terminavit, filiumque
 Henricum nonum ex hac stirpe
 Northumbriæ Comitem
 successorem habuit.



SCOTIA.

Authoris
in descri-
benda Sco-
tia metho-
dus.



Primum quàm Scotiam calamo obeam, hæc præmonere opera pretium videtur, me primordia gentis Scoticæ ipsorum Historicis, & nominis originationem eruditè Scotis excutiendam relinquere, atque eodem quo prius in Angliæ ordine, primum paucula de Scotiæ divisione, de Regni Ordinibus & Tribunalibus propositurum, deinde compendio persecutorum quæ sunt in singulis Regionibus terræ situs & dotes, quæ celebrioris nominis loca, & quæ illustriores familiæ Comitum & Baronum Parlamentariorum titulo & honore maximè inclaruerunt, quantum legendo & percunctando consequi potuerim, idque providè cautus tam ingenuo & sincero veritatis studio, ut nec vel malevolentissimum offendero, tamque succincta brevitate, ut nec eorum curiosam diligentiam prævertam, qui hæc pleniore penicillo & vivaciore colore perpolire molantur.

Prima Scotiæ divisio.

Univerſa pars septentrionalis Insulæ Britannicæ antiquitùs a Pictis infestâ fuit, qui in duas gentes divisi, *Dicalidoniois* scilicet, & *Vecturionis*. Cum Scoti autem in hac parte rerum potit essent, in septem partes inter totidem Principes partita fuit. Quarum prima continebat *Ene-gus* & *Maern*. Secunda *Aitheodl* & *Goverin*. Tertia *Stradærn* cum *Meneted*. Quarta fuit *Forthe-zer*. Quinta *Marcum Buchen*. Sexta *Murfs* & *Res*. Septima *Cathanesia*, quam *Mound* mons mediùs dividit, qui à mari Occidentali ad Orientale pro-

procurrit. Deinde in septem itidem territoria totum Regnum fuit partitum. Primum à *Fryth* *Secunda*; Britannicè, nunc *Scottwade* usque ad *Tae* flumen. Secundum ad *Hilef*, sicut mare circuit ad montem in Aquilonali parte de *Styvelin*, nomine *Athran*. Tertium ab *Hilef* ad *Dee*. Quartum à *Dee* ad *Spe* flumen. Quintum à *Spe* ad montem *Brunalban*. Sextum *Mures* & *Res*. Septimum Regnum *Argathel*, quasi margo Scotorum, qui sic vocati fuerunt à *Gathelga* Duce. Secundum gen- *Tertia*; tium habitudinem dividitur in *Highland-men*, & *Lewland-men*, id est *Superiores*, & *Inferiores*. Hi potiores Anglorum lingua & habitu utuntur: illi incultiores & præferoces Hibernicorum, ut jam antea memoravi, & postea memorandum. Limitaneos, quos *Borderers* vocant, ex hac divisione excludo, quia illi, pace jam undique affulgente, ex fausta & felici unione, in Britannici Imperij umbilico sunt censendi, & bellorum pertæsi, pacis studijs se assuescere incipiunt. Secundum locorum habitudinem rursus univer- *Quarta*; sum Regnum in duas distribuitur partes, Australem cis *Tawn* flumen, & Borealem trans *Tawn*, præter numerosas Insulas circumpositas. In parte Australi hæ sunt regiones insigniores: *Teshidale*, *Merch*, *Landen*, *Liddesdale*, *Eskedale*, *An-nandale*, *Niddesdale*, *Galloway*, *Carrick*, *Kyle*, *Cun-ningham*, *Arran*, *Cluydesdale*, *Lennox*, *Stirling*, *Fife*, *Strathern*, *Menteith*, *Argile*, *Cantire*, *Lorn*. Parti Boreali hæ regiones accensentur: *Loquabria*, *Braid-albin*, *Perth*, *Athol*, *Anguish*, *Mern*, *Marr*, *Buquhan*, *Murray*, *Rosb*, *Sutherland*, *Cathanes*, *Syathnavern*.

Hæ rursus ad civilem administrationem divi- *Quinta*; duntur

duntur in Præfecturas, Conventus, five Comitatus, *Shiriffdomes* vocant; Seneschallas, vulgò *Stewarties*; & Ballivatus, five *Bailleries*. Comitatus sunt: *Edenburg, Lynthyquo, Selkirk, Roxburgh, Peblis, Berwick, Lanark, Renfrew, Dunfreis, Wighton, Airc, Bute, Argyle & Tarbet, Dumbarton, Perth, Clackmannan, Kyros, Tiffe, Kincardin, Torfair, Aberdene, Bamff, Elgin, Forres, Narn, Innernes, Cromarie, Orknay & Sutherland, Seneschallia: Menteith, Strathern, Kircudbricht, Annandal.* Ballivatus: *Kile, Carrick, Cunningham, Hoddington* Constabulariatus.

Hierarchia Quòd ad Hierarchiam attinet, duo in Scotia sunt Archiepiscopi, Sancti Andreae, & Glascoensis, quorum ille Primas totius Scotiæ habetur, sub cujus autoritate octo sunt Episcopatus: *Dunkeldensis, Aberdonensis, Moraviensis, Dumblanensis, Brechinensis, Rossensis, Cathanensis, Orcadensis.* Glascoënsi Archiepiscopo tres tantum subiant, *Candida Casa, Lismoriensis & Insularum.*

Ordines Scotiæ.
Rex.
Respublica Scotorum, perinde ac Anglorum, constat ex Rege, Nobilibus & Plebe. Rex, ut ex ipsorum sacris scrinijs loquar, *directus est totius Dominij Dominus*, regiamque habet autoritatem & jurisdictionem in omnes Regni sui Ordines, tam Ecclesiasticos, quam Laicos. Proximus à Rege est filius ejus primogenitus, qui *Princeps Scotiæ* appellatur, & peculiari jure Dux est Rothsaix, Scotiæque Seneschallus. Reliqui verò Regis liberi Principes nominantur. Inter Nobiles amplissimi & honoratissimi olim erant *Thani*, id est, qui, siquid video, ex munere solummodo quo defungebantur erant nobilitati. Dictio enim in antiqua Anglofaxonum lingua *Ministram Regium*

Regium denotat. Ex his superiores dicti erant *Abthanes*, & inferiores *Vnderthanes*. Verùm hæc nomina paulatim exoleverunt, ex quo Rex Malcolmus tertius Comitum & Baronum titulos ex Anglia à Normannis acceptos nobilibus benemerentibus detulit. Iam inde temporum decursu novi honorum tituli invaluerunt, & habet Scotia, perinde ac Anglia, suos Duces, Marchiones, Comites, Vicecomites & Barones. Ac Ducis quidem titulum primus in Scotiam intulit circa annum Domini 1430. Robertus tertius, ut honorarios Marchionis & Vicecomitis titulos recenti memoria Rex noster Serenissimus Jacobus Sextus. Hi Nobiles censentur Majores, & locum suffragiumque in Comitibus Parliamentarijs habent, ac peculiari appellatione *Lordes*, uti etiam Episcopi, insigniuntur. Inter Nobiles minores primo loco sunt Equites Aurati, qui sanè celebriori quam alibi in Europa celebritate jurantur, rejurando adhibito creantur, & publica Fœcialium voce denuntiantur. Secundo illi qui *Lairds & Barones* simpliciter vulgò vocantur. Tertio qui clarioribus familijs nati, & nullo certo honore insigniti, *Gentlemen* appellantur. Ceteri omnes utiq; Civēs, Mercatores, Artifices &c. plebi adnumerantur,

Primum & præcipuum tam dignitate quam potestate Regni Scotiæ Tribunal censetur Ordinum ipsius Regni Conventus, qui eodem quo apud Anglos vocatur nomine scilicet *Parlamentum*, & eandem absolutissimam habet auctoritatem, Ex triplici autem constat Ordine, Dominis nempe Spiritualibus, id est Episcopis, Abbatibus

batibus & Prioribus, Dominis Temporalibus, Ducibus scilicet, Marchionibus, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, & Delegatis pro Civitatibus & Burgis. Quibus adjuncti non ita pridem pro singulis etiam Comitibus bini Delegati. Indicitur à Rege pro arbitrio certo tempore præfinito. Cum autem convenerunt, & conveniendi causis à Rege & Cancellario sunt expositæ, Domini Spirituales seorsim eligunt octo ex Dominis Temporalibus, Domini Temporales vicissim totidem ex Spiritualibus. Inde iidem omnes conjunctim octo ex Comitatu Delegatis, totidemque ex Burgorum delegatis nominant, qui numerum xxxii. conficiunt, & Domini pro Artibus appellati cum Cancellario, Thesaurario, privati sigilli Custode, Secretario Regio &c. singula quæ ad Ordines referenda proponuntur admittunt aut rejiciunt Regi prius communicata. Admissa ab universo Ordinum Conventu sedulo excutiuntur, & quæ pro suffragiorum numero comprobantur, Regi exhibentur, qui admoto sceptro se confirmare vel infirmare pronuntiat, sin aliquid Regi displiceat, primum deletur.

Collegium
Iustitiæ.

Secundum a Parlamento est Collegium Iustitiæ sive (ut vocant) *The Session*, quod Rex Iacobus Quintus anno 1532. instituit, ad formam Parlamenti Parisiensis, ex Præside, quatuordecim Senatoribus, septem scilicet Ecclesiasticis, totidemque Laicis (quibus postea fuit adjunctus Cancellarius, qui primum locum obtinet, & quinque alij Senatores) tribus Scribis primarijs, & Advocatis quot visum fuerit Senatoribus.

Ius

Ius autem non secundum rigorem juris, sed ex æquo & bono dicunt, judicantes ex statutis Regni Parlamentarijs, & ubi illa deficiunt, ex jure Cæsareo.

Infiora etiam sunt in singulis Comitibus fora civilia, in quibus Vicecomes, aut ab eo Delegatus jus dicit Incolis de ejectionibus, intrusionibus, damnis, debitis &c. a quibus, ob iniquitatem, aut affinitatis rationem, ad Iustitiæ Collegium nonnunquam appellatur. Vicecomes autem quos dico plerique omnes sunt hereditarij. Civilia etiam fora habentur in feudis Regalibus à Ballivo, qui Regis munificentia regales consecutus est libertates, & etiam in liberis Burgis, & Civitatibus à Magistratibus.

Fora civilia.

Fora etiam sunt quæ *The Commissariat* vocant, quorum supremam Edenburgi habetur, in quorum quatuor Iudicibus agitur de rebus Testamentarijs, jure Beneficiorum Ecclesiasticorum, Decimis, & id genus Ecclesiasticis. In cæteris ferè singulis Regni partibus ad hæc Iudices sunt singuli.

Fora Ecclesiastica.

In criminalibus primarius Regis Iustitiarius forum suum Edenburgi plerumque habet (quod munus jam aliquamdiu gesserunt Comites Argatheliæ) qui duos vel tres Jurisconsultos delegat, qui de capitalibus, aut quæ membrorum mutilationem, aut universorum bonorum amissionem inferant, cognoscunt. Et hoc in foro Reo permillum est, etiam in læsæ Majestatis crimine, sibi adsciscere Advocatum, qui suam causam agat. Iustitiarij etiam in criminalibus nonnunquam Regia autoritate ad hanc vel illam causam

Fora criminalia.


causam particularem cognoscendam constituuntur. Quemadmodum & Vicecomites in suis territorijs, ac Magistratus in Burgis nonnullis de homicidio cognoscunt (homicida intra spatium xxiiii. horarum deprehenso) & a Iuratoribus reum peractum extremo supplicio afficiunt: verum tempore illo elapso, caussa ad Iustitiarium Regium vel Delegatos refertur. Eodem etiam privilegio gaudent Nobiles nonnulli contra latrones in ipsorum jurisdictionibus deprehensos. Sunt etiam qui ejusmodi habent Regalia, ut in criminalibus intra suos limites jurisdictionem exercent, & in causis nonnullis intra ipsorum terminos habitantes à Regio Iustitiaro revocent, cautione tamen interposita ut ex lege jus tribuant.

Hæc compendio, & quasi per transfennam prætereunti mihi inspecta, dicta sunt. Sed Scotia qualis sit, qualesque progeneret, mox certior & magis explorata dicentur, quippe tam diu clausam nobis jam aperuit Principum maximus. Interim ad loca quæ instituti in primis sunt mei accedam.

GADENI sive LADENI.

Ottadinis, sive Northumbriæ vicini erant Gadeni, qui Ladeni etiam unica inversa litterula in nonnullis Ptol. exemplaribus dicti, in illa regione quæ Twedæ fl. ostiû & Edenburgi Fortham interjacet, hodieq; in multas divisa est regionulas, quarum præcipuæ sunt *Tesfidale*, *Twedæ Merb* & *Lothien* Latine *Lodeniun*, quo uno nomine omnes apud medijs sæculi Scriptores erant comprehense.

Tej-



Teiſdale, id eſt, Vallis ad Teiſum ſive Tevoitum fl. inter abruptas cautum crepidines Angliæ proxima à bellicoſa gente habitatur. In hac primùm occurrit *Jedburg* Burgus non infrequens prope *Teſj* & *Jedi* confluentes, unde nomē factū. Magiſque ad Ortum, ubi *Tweda* & *Teiſus* aquas confundunt, *Roſburg*, quod & *Roxburg*, caſtrum maxima parte ſolo adæquatum: Sed Territorium adiacens, hinc Præfectura de *Roxburg* dictum, ſuum habet hæreditarium Præfectum, ſive Vicecomitem è familia *Douglafia*, qui vulgò *The ſhivif of Teviordale*, appellatur. Nunc verò & ſuum Baronem Robertum *Ker*, gratiâ Regis Iacobi VI. habet *Roxburg*, ex familia *Kerorum*, hoc in tractu in primis celebri. *Tweda* autem vallem à ſe denominatam, ovibus, quarum lana in magno pretio, refertiſſimam interfluit. Eximius ſanè fluvius, qui interius ad Occalum inter montes editur, & recto quaſi alveo per *Drimlar* caſtrum, *Pebliſ* forum, quod ſuum habet Vicecomitem, ut etiam vicinum *Selkirk* delatus, *Landerum* fluviolum recipit, ad quem *Landen* cum *Thirleſtan* cernitur, ubi perpulchra ſunt ædes I. *Metellani* non ita pridem Scotiæ Cancellarij, quem ob ſingularem prudentiam Baronem de *Thirleſtan* Rex Iacobus VI. creavit. Inde *Tweda* ſub *Roxburg* advenis *Tevioti* undis auctior factus ſub *Berwico* munitiſſimo Britannia opido, de quo dixi, *Salmonum* feraciſſimus in mare prolabitur.

MERCHIA, MERCH, ſive MERS.

Merchia, quæ proxima, & quoniam limitanea iſta nuncupatur, tota mari Germanico incum-

incumbit. In hac *Hume* caſtrum primùm apparet, antiqua poſſeſſio familiae de *Hume* ſive *Hume*, è qua *Alexander Humius*, qui antea primus Scotorum Baro, & Vicecomes *Berwici*, nuper Comitum *Hume* titulo à Iacobo Britanniarum Rege eſt adauctus. Inde *Colding-ham* cernitur, *Coldinghæ* Bedæ *Vrbs Coldana*, & *Coludi Vrbs*, Ptolemæo fortaſſe *Colania*, multa ante ſæcula Virginibus velatis ſacra; quarum pudicitia literarum monumentis conſignatur, quod cum *Ebba*, quæ præſuit, ſibi naſos & labra præciderint, dum pudicitia potius quàm formæ conſulerent contra *Danos*, qui tamen ipſas cum Monasterio iſdem flammis involverunt. In vicinia eſt *Faſtcaſtle* *Humiorum* caſtrum à firmitate ita nuncupatum. Sed *Merchia* ſuis Comitibus quàm locis multò eſt apud *Historicos* celebrior: Qui titulus memoria noſtra reſtoruit in *Roberto* fratre tertio *Matthæi* Comitum *Lennoxia*, qui eo titulo mox ceſſit nepoti, *Duci Lennoxia* creato, & ipſe nomen ſtilumque Comitum *Merchia* à Rege compenſationis loco accepit.

LANDEN SIVE LOTHIEN.

Lodeneium, quæ *Lothien* & *Landen*, & olim à *Pictis Pictlandia* dicta, à *Merchia* ad Fretum uſque *Scoticum*, ſive *The Frith*, crebris collibus; arboribus raris, ſed frugiferis arvis, & humanitatis cultu pte alijs *Scotiæ* regionibus laudata procurrit. In hac primùm ſe offert in lictore *Dunbar*, caſtrum olim munitiſſimum, ſedes Comitum quos dixi *Merchia*, qui inde vulgò *Comites*

mites de *Dunbar* dicti, sed anno 1567. ex Ordinum autoritate, ne seditiosis esset perfugium, subversum. Comitibus tamen *Dunbar* titulum & honorem anno 1605. detulit Georgio *Hume*, ob fidem diu perspectam, Rex Iacobus, quem antea sibi, hæredibus & assignatis Baronem *Hume de Berwick* creaverat. Iuxta *Tine* fluviolus mari illabitur, cujus propè fontes est *Zeister*, quæ suum habet Baronem è familia *Haiornum* Comitum Arolliæ. Eidem fluviolo ad paucula millia superius adsidet *Hadington*, sive *Hadina*, in planitie latè porrecta, quam fossa alta & ampla, muro cespitio exteriori, cum quatuor propugnaculis ad angulos, totidemque alijs ad murum interiorem, forma quadrata communierunt Angli. Nuper verò Rex Iacobus 1. titulo & honore Vicecomitis *Hadingtoniæ* Ioannem *Ransley*, cujus dextra vindex fuit Principis & Patriæ in nefanda illa *Gorreana* conjuratione, inter Regni Scotiæ Proceres cooptavit.

Supra *Tini* ostium *Tantallon* castrum in ipso littoris flexu ponitur. Hic enim reductis utrinque littoribus æstuarium aperitur nobilissimum, & satis quidem infulosum, Ptolemæo *Boderia*, Tacito *Bodotria*, Scotis *Forth* & *Frith*, nobis *Edenborow* *Frith* nominatum. Huic post *Tantallon* apponitur primùm *Northberwick*, & inde *Dyrilton*, quæ nunc Regis Iacobi VI. gratia Baronis titulum præbet Thomæ *Ereskin* Regij satellitij præfecto, ut *Felton* vicinum Vicecomitis honorarium titulum eidem præbet. His in alto haud procul à littore objacet *Bas* Insula, quæ quasi una confragosa & undique prærupta rupe confur-

Zeister.

Hadington

Bodotria
æstuarium.

Dyrilton.

Bas Ins.

gens, suum tamen habet propugnaculum, fontem & pascua, subeuntibusque fluctibus ita excavatur, ut parum absit quin subforetur. Quanta marinorum volatilium præsertim anserum, quos *Scoutes* & *Soland Geese* vocant, multitudo suo tempore huc advolet (sua enim, ut ferunt, multitudo in serenitate Solem adimunt) quot pisces adsint (centum milium qui hic in præsidio egerunt, non alio cibo ufos perhibent, quam recenti pisce ab his delato) quantum ramusculorum ad nidos construendos convehant (ut abundè hinc incolis de materia ad ignem sit prospectum) quantum lacti ex hornum plumis & oleo fiat, adeò fidem superat narratio, ut vix credat qui non viderit.

Recedente deinde littore *Seton* cernitur, quod à maritimo situ nomen assumpsisse, idemque impertisse videtur nobili inprimis familiæ *Setonorum*. *Esa* annis deinde huic æstuario infunditur defluens per *Borthwic*, quæ suos habet eodem cognomine Barones, per *Newbotle* Baroniam Marci *Keyr*, per *Dalkeith*, Comitum *Mortoniæ* nuper habitationem peramœnam, & *Musselborrow*.

Inferiùs prope Fretum Scoticum *Edenburghus* *Edenburgh* fedit, ipsiis Hiberno-Scotis *Dun Eaden*, id est *roth*. *Opidum Eaden*, vulgò *Edenborrow*, quæ proculdubio ipsa eadem est quæ Ptolemæo *Stratopeton pteroton*, id est *Castrum Alatum*, *Eden-borrow* enim idem planè significat quod *Castrum Alatum*, nam *Adain-alam* Britannis denotat. Ab aliis igitur nominis ratio petenda, & repetatur, si placet, vel ab Equitum Ordinibus, qui *Ale* vocantur,

Soland-
Geese, quæ
Piscarum
Plinij vi-
dentur.

Seton.

vel ab *Alis illis*, quas Græci Architecti *Pteromæta* vocant, id est, ut docet Vitruvius, muri gemini ita in altitudinem surgentes, ut allarum speciem præ se ferant. Urbs hæc situ editiori, cælo salubri, & solo uberi, multis nobilium turribus circumpositis, & perennibus aquarum fontibus irrigua, ab Oriente in Occidentem mille passus porrecta, latitudine dimidio minore, universi Regni caput jure optimo censetur, moenibus firma, ædificijs publicis & privatis pulchra, frequens & celebris ex maritima oportunitate, quam portus ad *Leitham* vicinus præbet. Urque Regum est sedes, ita legum sacrarium, & Iustitiæ forum. Ad Orientem Palatium est Regium adjunctum S. Crucis monasterio, cui in vivario feris, cuniculis & leporibus referto mons impendet ab *Arthur* Britanno *Cathedra Ariburi* dictus. Ad Occidentem verò præruptissima rupes celsum in cacumen elata assurgit, nisi qua Urbem respicit, cui castrum imponitur crebris turribus ita validum, ut inexcuperabile munimentum censetur, quod Britanni *Castle Myned Agned*, Scoti sua lingua *Castrum Puellarum*, sive *Virginium* appellarunt, ab affervatis ibi olim regijs Pictorum puellis, quodque verè *Alatum* illud fuisse *Castrum* videatur.

Lyth.

Ad primum hinc lapidem, *Leitha* portus commodissimus subest ad *Leitham* profluentem, quam cum *Deffius* Gallus in *Edenburgi* securitatem operibus communisset, multis eò confluentibus, ex ignobili viculo in Opidum mox excrevit, etsi munitiones postea solo fuerint adæquatæ. Interius *Fortha* adidet *Abercorn*, Bedæ ætate celebre

Abercorn.

Monaste.

Monasterium, quod nunc *Iacobi VI.* gratia Comitum honorem *Iacobo Hamiltonio* præbet. Iuxtaque *Blachnes* castrum imponitur, & sub eo ad Austrum urbs vetusta *Lindum*, cujus meminit *Ptolomæus*. Hæc doctioribus adhuc *Linlithquo*, *Lindum*, vulgò *Lithquo* dicitur regijs ædibus perpulchris, templo celebri, & piscoso lacu insignis, à quo lacu nomen illud factum videatur, *Lin* enim lacum Britannicè sonare jam antè diximus. Comitum nostra memoria primū habuit *Alexandrum Levingston*, quem à Baronis dignitate, quo longo tempore majores inclauerunt, ad Comitum honorem *Rex Iacobus VI.* evexit, ut paulò post *Marcum Ky* Baronem de *Newcastle* ad Comitum *Lothianæ* titulum extulit.

Comites
Lothianæ

SELGOVÆ.

SVB Gadenis ad Austrum & Occasum, ubi nunc regiunculae *Lidedale*, *Eufdale*, *Eskdale*, *Annandale*, & *Nidisdale*, à fluviois interlabentibus, qui omnes in *Solway Frib* se condunt, denominatæ, infederunt olim *Selgoæ*, quorum nominis reliquæ in nomine illo *Solway*, mihi, nescio an alijs, superesse videntur.

In *Lidedale* se erexit *Armitagium*, ita dictum, *Armitage*, quod solitariae vite olim fuerit dicatum, nunc autem Castrum munitissimum, quod ad *Hepburnos* spectavit, per sororem aurem *Iacobi* Comitum *Bothwelliæ* *Hepburnorum* postremi *Ioanni Coldughamie* Priori, filio naturali Regis *Iacobi V.* enuptam, ad ejus filium & titulum & patrimonium

O o 3

una

Brakenfey. um devenit. In proximo est *Brakenfey*, bellicosæ familiæ de *Baclugh* cognomine *Scot* habitatio.

In *Eusdale* & *Esdale* nihil memoratu dignum occurrit. *Annandie* verò, vulgò *Annandale*, id est Vallis ad *Annam* fl. insignioris notæ loca sunt *Castrum* ad *Long-Maban* tribus ex partibus aqua circumfusum, mœnibusque firmum, & *Annandie* Opidum ad ostium ferè fluminis *Annan*, quod suum splendorem omnino amisit bello Anglico sub Edwardo VI. Seneschallia; autem *Annandie* avito jure præfunt *Maxwellij*.

Nidif-dale Annandia; ad Occasum adjacet *Nidif-dale* arvis & pascuis non infelix, nomine a *Nido* fl. factò, qui perperam Ptolemæo *Nobius*, pro *Nodius* vel *Nidius* concipitur. Nascitur autem ex lacu *Logh-cure*, ad quem *Corda* Selgovarum floruit, deferiturque primùm per *Sanghuer* castrum *Crei-Eonorum*: deinde per *Morton*, quod Comitibus titulum quibusdam è familia *Douglasia* præbuit. Propè ostium verò *Dunfreijs* sedet inter duos colles, opidum hujus tractus florentissimum, lanæis pannis conficiendis nobile, quodque suum vetus castrum ostendit. Propius ostium *Sotway* viculus antiqui nominis *Selgovarum* nonnihil retinet. Ad ostium verò *Caerlaverock*, Ptolemæo *Careantonigum*, apponitur, munimentum inexpugnabile habitum, nunc verò malefirmum Baronum *Maxwel* domicilium, Hæc *Nidif-dalia* unà cum *Annandia* bellicosum alit genus hominum, sed qui ob deprædationes malè audierunt. *Sotway* enim vadoso æstuario insident, per quod in Angliam sæpè prædabundi excurrerunt, & in quo accola utrinque *Salmones*, quibus abundat,

dat, jucundo spectaculo & hilari labore, equites hastis venantur, sive mavis piscantur.

NOVANTES.

Inde verò *Novantes* in vallibus terram illam incolerunt, quæ in occidentem Solem magnis spatijs procurrit, ita tamen recessibus excavata, ut subinde angustetur, & in ipsa rursus extremitate liberius dilatetur, unde *Novantium Chersonesum* nonnulli dixerunt. Hodie verò eorum regio continet *Galloway*, *Carick*, *Kyle*, & *Cunningham*.

GALLOWAY.

Galloway, medijs avi Scriptoribus Latinis *Gatwallia*, & *Gallovidia*, ab Hibernis, qui olim occuparunt, & se *Gael* sua lingua contractè vocant, facta appellatione, colibus passim insurgit, qui pecoribus pascendis quam frugibus ferendis aptiores. Incolæ piscaturam exercent tam in mari circumfuso, quam in rivulis & lacubus sub collibus ubique restagnantibus, è quibus sub Æquinoctium autumnale incredibilem anguillarum lapidissimarum multitudinem excipulis capiunt, unde non minorem quæstum faciunt, quam ex equis pumilis compacta membrorum firmitate ad labores perferendos, qui hinc expetuntur. Inter hos primùm se offert ad *Deam* fl. memoratum *Kircoubright* portus hujus *Kircoubright* oræ commodissimus, altera *Scotia* Seneschallia, *bright*, quæ etiam ad *Maxwellios* spectat. Inde *Cardines Cardines* munimentum ad *Fleet* fluvium asperæ & editæ

Wigton,

rupi affixum, & firmis mœnibus armatum. Atque hinc *Wigton* portus aditu angustiore inter *Blaidnoo* & *Cream* profuentes, qui Comitum hodie gratia Regis Jacobi VI. habet Joannem *Fleming*, ab antiquis *Wigtoniæ* Comitibus stemina deducentem. Prope hanc locū *Leucopibiam* urbem statuit Ptol. quam ubi quæram planè nescio. Locus tamen postulat, ut sit illa sedes Episcopalis *Niniani*, quam *Beda Candidam Casam*, Angli & Scoti eadem notione *Whit-berne* appellant. Quid ergo si *Candidam Casam*, quam *Britanni* dixerunt, *Ptolemæus* suo more Græcè: *Leukoikedia* convertit, id est *Domicilia Candida*, pro quo *Librarij Leucopibiam* nobis obtruserint? Porro hoc in loco *Ninia*, sive *Ninianus Britannus*, vir sanctus, qui *Pictos Australes* Christiana fide primus imbuit, *Theodosio Juniore* regnante, sedem habuit, & *Ecclesiam S. Martini* nomini sacratam construxit. Paulò superiùs angusto tramite peninsula utrinque subeunte mari terre annectitur, quæ propriè *Novantium Chersonesus* & *Promontorium*, vulgò *The Mull of Galloway*, id est *Rostrum Gallovidiæ* appellatur. Sub hoc ad *Arctum sinus Insulis* confertus magno ambitu patet, in quem plurima undique se exonerant flumina.

Novantium
Eramont.

Gallovidiæ hæc suos olim *Principes* & *Dominos* habuit, quorum primus qui *annalium monumentis* celebratur, fuit *Fergusius*, regnante *Henrico Primo* in *Anglia*. Titulus autem *Dominorum Gallovidiæ* *Dowglasiorum* familiae postea obvenit.

Bargeni.
Berigoniu.

Carricta sequitur pascuis læta, cui sua comoda & terra & mare affatim suppeditant. In hac *Berigonium* opidum statuit *Ptolemæus* (nam ita legitur in antiquissimo exemplari *Romæ* excusio anno 1480) quod non possumus non credere fuisse quod nunc *Bargeny* dictum suum habet *Dominum* è familia *Kennediorum*, cujus princeps *Comes* est *Cassilia* (hoc enim nomen castri est quod incolit ad *Dunum fl.*) & hæreditarius huius *Provinciæ Ballivus*. Hæc enim cum *Kyla* & *Cunninghamia* tres *Scotiæ Ballivatus* habentur, quia qui his cum ordinaria potestate & jurisdictione præfunt *Ballivi* vocantur, vocabulo quod medio ævo enatum apud *Græcos Siculos* & *Gallos Conservatorem* significat. Titulus autem *Comitis Carrictæ junioribus* è familia *Brusiana* aliquamdiu relictus, postea *Scotiæ Principibus* accessit.

Ballivus
quid.

KYLE.

Interiorius ad hunc sinum sequitur *Kyle*, rerum *Icopia* præcellens & incolis frequens. In qua *Ptol.* sæculo innotuit *Vidogara*, *Aire* fortasse, qui *Vicecomitatus* est, emporiolumque & portus notissimus ad ejusdem nominis fluvium. Præter quem alij duo rivuli hanc regiunculam perfundunt, *Lougar* nempe, & *Cesnock*, ad cujus ripam est *Vehiltre* castellum, sedes *Stewartorum* è familia Regia. *Hæreditaria* *Ballivi* dignitate huic præest *Cambell de Loudon*.

KYLA ad Ortum & Septentriones conjuncta *Cunninghamia* eidem æstuario ita incumbit, ut expatiantem ejus hæcenus latitudinem cõrceat: nomen verò si interpretæris, idem sonat quod *Regis habitatio*, unde ejus amœnitatem conjiicias. Hanc *Irwinus* irrigat, ad cujus ferè fontes *Kilmarnock* cernitur, *Boidiorum* Baronum habitatio. Ad ostium verò *Irwin* Burgus apponitur cum portu arenosis pulvinis ita intercluso & minis profundo, ut tantum minorum navigiorum sit capax. *Ardrossan* castellum *Montgomeriorum* superius sinui impendit. Nec hinc procul abest *Largis*. Vnde litore inflexo *Eglington* castellum occurrit, quod nobilium ejusdem cognominis fuit possessio, à quibus ad *Montgomerios* devenit, qui hinc titulum Comitum *Eglingtoniæ* acceperunt. Prænobilis sanè gens ac latè diffusa, è qua fuit *Iacobus ille Longus*, Comes *Montgomeriæ* dictus, *Scoticorum* stipatorum præfectus, qui in hastiludio *Henricum II.* Gallicarum Regem, aperta fortè casside, hasta fragmine per oculum in cerebrum penetrante interemit. Numerosior tamen hoc in tractu *Cunninghamiorum* gens habetur, cujus princeps est *Glencarnie* Comes, qui originem ex Angliarepetit, & ab Anglo quidem qui cum cæteris *Thomam* Archiepiscopum *Cantuariensem* occidit, quam verè nesciò, at probabili fortasse conjectura, arrepta ex pallio Archiepiscopali, quod in clypeo gestat gentilitio.

GLOTA INSULA, sive ARRAN,

IN cõspectu *Cunninghamiæ* inter complures alias Insulas eminet *Glota* Insula ab Anton. memo-

memorata in ipso *Glota* sive *Cluida* fl. æstuario, hodie *Arran*, ab ejusdem nominis castro. Interius tota montium prominentia assurgit, ad quorum radices juxta littora percolitur. Huic vicina est *Buthe* Insula, cui è *Stewartorum* familia *Buthe* Inf. præest Vicecomes. In hac *Rothefay* est Castrum, quod Ducatus titulum primogenito Regis *Scotiæ* filio præbet, qui Princeps *Scotiæ*, Dux *Rothefajæ*, & *Scotiæ* Seneschallus natus. Quo etiam titulo *Maria* Regina *Henricum* Dominum *Darley*, priusquam in maritum assumpserat, honoravit.

D A M N I I.

Post *Novantes* interiùs ad *Glottam* sive *Cluidam* fl. & longius ad ipsum Orientalem Oceanum habitaverunt olim *Damnij*. Siquid ego video in *Cluydsdale*, *Baronia* *Renfraw*, *Lennoxia*, *Striveinia*, *Menteth* & *Fift*.


Prope *Cluidæ* fontes in *Crawford Moor* inter resqua auri ramenta post vehementiores pluvias à rusticis reperta opulentam spem jamdiu fecerunt, sed nostro maximè tempore, ex quo *B. Bulmer* aurifodinam hic invenire magno conatu suscepit. Certè *Azurum* sine ullo ferè labore quotidie eruitur. A fontibus *Cluida* in *Boream* per ædes *Baronis Somervill* eluctatus, *Duglas* sive *Douglas* flumen ab Occasu suspicit, qui nomen suum & Valli per quam defluit, *Douglasdale* dictam, & in ea Castro *Douglas* communi-
Douglasij.
 &

Hamiltonij & Cluidæ est *Lunric* Vicecomitatus *Hamiltoniæ* hereditarius, qui nomen debent *Castro Hamilton*, quod situm superius ad *Cluidæ ripam* in loco fertili & peramœno. E qua familia Rex *Iacobus VI.* *Ioannem Douglasium* novo titulo & *Scotis* non prius usitato *Marchionem Hamiltoniæ* creavit. Glotta sive *Cluida* hinc per *Botbwell*, quæ suos jacat *Comites*, delatus, mox pronovalveo *Glasgow* interfuit, olim sedem *Episcopalem*, sed diu neglectam, donec Rex *Guilielmus* restituit, nunc verò *Archiepiscopalem*, & *Academiam*, quam pio instituto anno 1454: *Turnbullus* *Episcopus* extracto *Collegio* instituit. *Celeberrimum* hoc est hujus tractus *Emporium*, amœno situ & pomiferis arboribus laudatum, pontemque octo arcubus innixum habet *perpulchrum*. Ad *Glotta ripam* citeriorem sita est *Baronia* de *Reinsraw*, a primario opido dicta, quæ *Ptol.* *Randuaræ* videatur, ad *Carthcart* fl. qui sui accolam habet ejusdem nominis *priscæ nobilitatis Baronem* de *Carthcart*. Cui vicina sunt *Cruikston*, sedes quondam *Dominorum* de *Darley*, unde *Henricus* pater *Regis Iacobi VI.* *Dominus* de *Darley* dictus, *Halke*, locus *Baronum* de *Ros* ex *Anglica* origine, *Pasletum*, vulgò *Pasley*, *monasterium* quondam celebre, quod *templi splendore* & *apparatu* paucis cessit, nunc *habitationem* & *Baronis* titulum *Regis Iacobi VI.* *benignitate* *Claudio Hamiltoni* præbet, Et *Sempill*, cujus *Dominus* *Baro Sempill* jure antiquo hujus *Baroniæ* est *Viccomes*. Sed titulum *Baronis* de *Reinsraw* ad *Scotiæ* *Principem* peculiari jure spectare legimus.

Glasgow.

Reinsraw
Baronia.

A D



AD alteram Cluidæ ripam supra Glasgow, *Lennoxia*, sive *Levinia* in Septentriones, longius procurrit, inter montium conglomerationes, nomen sortita a *Levino* flumine, quod Prol. *Lelanonius*, in Cluidam influit è lacu *Lomundo*, qui sub montibus hic se explicat, in longitudine xx. mill. pass. & VIII. in latitudine complexus, & admodum piscosus, sed maximè peculiari sibi pisce, *Pollac* vocant, insulisque confertus, de quibus fabellæ apud vulgus hominum invaluerunt plurimæ. Insulam verò hic fluctuantem in questionem vocare non libet, cum nihil vetet corpus levius & pumicosum aquæ innatare. Viderint autem illi qui propius hujus loci naturam norunt, an hoc *Nechami* nostri antiquum *Distichon* sit verum:

*Ditatur fluvij Albania, saxea ligna
Dat Lomund multa frigiditate potens.*

Vbi *Levinus* è lacu in Cluidam se exonerat, interponitur *Al-cluid*, sic veteres dixerunt: posterius autem *Dunbritton*, id est *Britannorum opidum*, & corruptè metathesi quadam *Dunbarton* vocarunt, eo quod Britanni diutissimè contra Scotos Pictos & Saxones tenuerint. Est enim propugnaculum sive castrum & natura & situ totius Scotiæ munitissimum, ad ipsos fluminum confluentes in herbida planitie rupi confragosæ & bicipiti affixum, in cujus altero vertice specula eminent, in altero, qui humilior, crebra surgunt propugnacula. Inter duos hos vertices ad latus Septentrionale ascensum habet unicum vix singulis pervium, gradibus magno labore per obliquam rupem excisis. Pro fossis sunt ad Occasum

*Levinus fl.
Lomundus
lacus.*

*Insula
fluctuans.*

*Britannodunum,
Dunbarton*

casum *Levinus*, ad Meridiem Cluida, ad Orientem cœnosa planities, quæ Oceani aestu accedente tota aquis integitur, ad Septentriones ipso acclivi situ est tutissimum. Ab hoc regio circumfita Vicecomitatus de *Dunbarton* dicitur, & Comites *Lennoxia* Vicecomites natos diu agnovit. Quod ad ipsos *Lennoxia* Comites spectat, ut vetustiores omittam, *Duncanus* quidam *Lennoxia* Comes erat, regnante *Roberto II.* qui filibus solummodò relictis diem obiit. Quarum alteram duxit *Alanus Stewart*, cui genus à *Roberto* filio natu minori *Walteri*, ejus nominis secundi, Magni Scotiæ *Seneschalli*, & fratre *Alexandri Stewart* secundi, a quo stirps Regia Scotorum. Ex honorario enim munere *Seneschalli*, utique qui Regijs proventibus præfuit; & *Stewart* lingua vulgari vocatur, cognomen illustrissimæ huic familiæ inditum fuit. *Alano* illi natus fuit *Ioannes* Comes *Lennoxia*. *Ioanni* successit *Matthæus* filius, qui duxit filiam *Iacobi Hamiltonij* è *Mariona* filia *Iacobi II.* Regis, è qua suscepit *Ioannem* *Lennoxia* Comitem. *Ioanne* procreatus fuit *Matthæus* Comes *Lennoxia*, qui variè agitatus in Gallia & Scotia, fortunam in Anglia nutiorem expertus est gratia *Henrici VIII.* quum neptem è sorore illi in matrimonium dedit cum latifundijs. Ex hoc felici conjugio progeniti *Henricus* & *Carolus*. *Henrico* ex *Maria* Scotiæ Regina *Iacobus VI.* Rex Britannia propitio numinis aeterni favore auspicijs natus est felicissimis, ad orbem Britannicum inter se, ut a reliquo Orbe, antè divisum in unum Imperij corpus colligandum, & ad ater;

*Lennoxia
Comites.*

eternam securitatem, ut speramus & comprehensuramur, nostris posteris, & posterorum nostrorum posteris infinitis seculorum continuationibus firmissimè fundandum. Carolo autem defuncto, contulit Rex Jacobus Esmeo Stewart, filio Ioannis Domini *Aubignij*, fratris secundi Matthæi quem dixi Comitris Lennoxia, titulum Ducatus *Lennoxia*, quo ejus filius Ludovicus hodie fruitur,

*Lennoxia
Duces.*

STIRLING, SHIRIFDOME,

Lennoxia ad Ortum æstivalem conterminus est ager *Sterlinensis*, nomine a primario Opido assumpto, soli ubertate & nobilium frequentia nulli Scotiae Provinciae secundus. Hic illud angustum est terræ spatium, quo *Glosta* & *Bodotria*, sive *Dunbritton Frith* & *Edenborough Frith* (ut ad nostra tempora loquar) diversi maris æstu longius inveci, ne invicem pertingant, dirimuntur. Quod Iulius Agricola, qui huc & ulterius penetravit, primus observavit, & hoc interstitium præsidij firmavit, ita ut omnis ceterior Britannia pars à Romanis tunc teneretur, hostibus velut in aliam Insulam semotis. Sed post hanc gloriosam Agricolaë expeditionem, Britanni Caledonij ad Tinam usque flumen Romanos repulerunt, usque adeo ut Hadrianus Imp. satis habuerit inter Tinam & Escam fluvios murum cespitium ducere centum mill. pass. citra Bodotriam ad Austrum. Verùm Antoninus Pius ductu Lollij Urbici, quem Legatum huc miserat, Barbaros iterum trans Bodotriam,

*P. Agricola
da.*

*Hadrianus
Imp.*

*Lollius Vr-
bicus,*

ako,

alio, ut habet Capitolinus, cespitio inno, scilicet ab illo Hadriani, submovit. Quem hoc in loco de quo agimus ductum fuisse (& non à Severo, ut vulgò creditum) non alios advocabo testes, quàm duas antiquas inscriptiones hic effossas, quas Servatius Ribelius nobilis Silesius, qui has regiones curioso observavit, mihi descripsit. Quarum altera quidem talis est: IMP. CAES. TIT. ÆLIO HADRIANO ANTONINO. AVG. PIO. P. P. VEXILLATIO. LEG. XX. VAL. VIC. F. PER MIL. P. III. Altera verò talis: IMP. CAES. TIT. ÆLIO HADRIANO. AVG. PIO. P. P. LEG. II. AVG. PER. M. P. III. D. CIXVIS. Incepit autem hic murus, ut hodie ferunt Scoti, ad Avenum fl. qui *Edenborough Frith* subit, & transito Carrone fluviolo ad *Dunbritton* pertigit. Vocatur hodie *Grahams Dyke*, vela *Grahamo* Scoto *Grahams Dyke*. bellicoso, cujus virtus in eo pertumpendo inprimis enituit, vel a *Grampeio* monte, ad cuius radices visitur. Porro de hoc Romani Imperij limite ad Carronem ita cecinit optimus ille Poëta Georgius Buchananus.

*Roma securigeris præterdit mœnia Scotis,
Hic spe progressus posita, Carronis ad undam
Terminus Ausonij signat divortia regni.*

In hoc agro *Sterlinensi* ad Orientalem partem cernitur castrum *Callendar* Baronum de *Callendar*. *vingston*. Familiaque Baronum *Fleming* prope habitat ad *Cumbernald*, in quam nuperrimè Regis Jacobi VI. gratia Comitris titulum intulit, cum I. Baronem *Fleming* *Wigtonia* Comitrem creavit. In vicinia est *Elphinston*, quæ suos etiam habet

P P

Baro.

Strivelin.

Barones. Et quæ *Fortha* meandris suis tortuosis volvitur, & pontis patiens est, *Sterlinium*, vulgò *Strivelin* & *Sterlinborrough* adfidet, ubi in supercilio rupis præcipitis arx regia eminet firmissima, quam Rex *Iacobus VI.* novis ædificijs exornavit, cuique diu præfuerunt ut Castellani Domini de *Ereskin*, quibus Principum *Scotix*, dum minori sunt ætate, cura & custodia subinde fuit demandata. Quod quidam monetam probam Angliæ, quæ *Sterling Money* dicitur, hinc denominaram velint, frustra sunt. A Germanis enim, quos Angli *Esterlings* ab Orientali situ vocarunt, facta est appellatio, eos enim *Ioannes Rex Angliæ* ad argentum in suam puritatem redigendum primus evocavit, & ejusmodi nummi *Esterlings* in antiquis scriptis semper concipiuntur. Circa *Sterlinium* *Alaunam* statuere videtur *Ptolemæus*, quæ vel ad *Alon* rivulum, qui *Fortham* hic illabitur, vel ad *Abway* *Ereskinorum* ædes, qui hæreditarij hujus agri extra *Burgum* sunt *Vicecomites*. Comitibus autem *Sterlini* titulo neminem hæcenus legi insignitum.

CALEDONIA.

Quicquid *Britanniæ* ultra *Grahames Dyke*, sive *Murum Antonini Pij*, quem modò dixi, ad *Septentriones* protenditur, & utrinque prominet, *Caledonia* *Tacito*, ut ejus incolæ *Britanni Caledoniam incolentes*, vocantur. *Ptolemæus* in multas Nationes distribuit, scilicet *Caledonias*, *Epidios*, *Vacomagos*, &c. Qui omnes postea, quod pingendi corporarum retinerent, a Romanis &

Pro vin.

Provincialibus Picti fuerunt denominati. Cæterum in *Caledoniorum* nomen omnes apud classicos Auctores abierunt: quos sic dictos existimari a *Caled* Britannico, quod durum sonat, & multitudinis numero *Caledon* parit, unde *Caledonij*, id est, homines duri, asperi, inculti & agrestiores, quales maxima ex parte *Septentrionales* habentur, qui ex cœli rigore sunt truciores, & ex sanguinis abundantia audaciores. Inter hos *Sylvæ Caledoniæ* erat *Caledonia*, *Lucio Floro* *Saltus Caledonius*, in immensum spatium diffusæ, procerisque arboribus in via, & *Grampio* monte, hunc *Grantzaine*, id est *Mons incurvus* divisæ. Hæc regio inter alias varij generis feras *Tauros sylvestres* candidos, & densè instar leonum jubatos olim aluit plurimos, hodie autem paucos, sed illos admodum truculentos, feros, & ab humano genere adeò alienos, ut abhorreant ad aliquod tempus quæcunque homines vel manibus contrectaverint, aut halitu perflaverint, canumque impetus omnino contemnunt, licet *Scoticorum* canum ferocitatem *Roma* olim ita admirata sit, ut ferreis caveis adfectos. Cæterum hoc *Caledoniorum* vocabulum ita apud Romanos scriptores invaluit, ut pro *Britanniâ* universâ & omnibus *Britanniæ* sylvis usurparint,

In hac ampla *Caledoniorum* regione, post *Sterlinensem* agrum, de quo postremo dictum, & duas minoris notæ præfecturas, *Blackmans* & *Kairòs*, spectatissima *Insula Fife* quasi cuneata inter duo æstuaria *Fortham* & *Taum* in ortum longius procurrit. Terra fruges & pabula, carbonisque fossiles benignè profundit, mare, præter

P p z

alios

Fymon.

Sylvæ Caledoniæ

Tauri Caledoniæ

Fife Insula.

alios pisces, ostrea & conchylia affatim producit, & littora confita sunt opidulis, quæ strenuis abundant nautis. In Australi hujus latere ad *Forthan* primum occasum versus apparet *Calveros* nova Baronia I. *Colvil*. Inde eminet *Dunfermling* monasterium olim celebre, quod nunc Comitum nomen & honorem præbet Alexandro *Seton* viro prudendissimo, quem Jacobus Rex Britanniarum & in Comitem *Dunfermling*, & Regni Scotiæ Cancellarium jam pridem merito extulit. Inde *Kinghorn* æstuario adfidet, à quo Comitum titulum & honorem Regis Iacobi VI. beneficio Patricius *Lion Baro Glamys* nuper accepit. Postea *Disfert* est in littore acclivi situ, unde ericetum ejus nominis se pandit, ubi locus satis amplus, quem *Carbonum aream* vocant, terreno bitumine abundat, & partim non sine incolarum damno ardet. Cui adjacet *Ravins-beuch* Baronum de *Scindler* habitatio. Suprà *Levinus fl.* in *Forthan* se condit, qui ad ostium *Wemmis* castrum habet, sedem nobilis ejusdem cognominis familiæ, quam Baronis dignitate nuper Iacobus VI. adauxit. Hinc litus sinuoso tractu ad *Fisnes* id est *Fife* promontorium reducit. Suprà

S. *Andree*,
Fanum
S. *Andree*

S. *Andree* urbs Archiepiscopalis apertum Oceanum prospectat. Antiquior loci appellatio, ut habent schidæ antiquæ, *Regi-mund*, id est *Mons S. Reguli* est, in quibus legitur, *Oerigus* sive *Vigus Rex Pictorum Deo & S. Andree* dedit, ut esset caput & mater omnium Ecclesiarum in Regno Pictorum. Iamque Episcopalis Cathedra hic posita, cujus Episcopi, ut reliqui Regni Scotiæ ab Archiepiscopo Eboracensi sacrati & confirmati fuerunt, donec

IACO-

Iacobo III. intercedente, propter crebra inter Scotos & Anglos bella, Sixtus III. Pontifex Romanus Episcopum S. *Andree* totius Scotiæ Primatem & Metropolitanum constituit. Antea tamen *Laurentius Lundoris* & *Richardus Corvellus* Legum Doctores bonas litteras hic publice professi, Academiae fundamenta jecerunt, quæ felici litteratorum proventus, tribus Collegijs, & in illis Regijs Professoribus jam celeberrima. *Eaden* sive *Ethan* fluviolus juxta mari se immiscet, qui exortus propè *Falkland*, olim Comitum *Fifensium*, nunc Regium recessum ad venandi voluptates percommode situm, per *Struthers* castrum Baronum *Lindsey*, & *Cupram* Burgum insignem profluit. Inversa jam littorum fronte ad Septentriones, ad *Taum* æstuarium floruerunt olim duo egregia Monasteria, *Balmerinoch*, quod nunc suo Barone Iacobo *Elphinston* gaudet, & *Lundoris* hodie Patricij *Lestai* Baronia, quibus interfidet *Banbrich* Comitum *Rothesia*, ad quem hæreditario jure autoritas Vicecomitis *Fifensis* spectat, instar castrum firmata habitatio. Comitatus autem *Fifensis* jam inde a Regis Iacobi I. temporibus decretum est ut Coronæ adunaretur.

Falk-landæ

STRATH-ERN, & MENTEITH.

AD *Taum* æstuarium, quod *Fisam* à Septentrione terminat, *Julius Agricola* Propator Britanniae optimus sub pessimo Imperatore *Domitiano*, tertio expeditionum anno, vastatis eoque nationibus victricibus signis pervenit.

In hoc æstuario *Ern* fluvius eximius aquas *Tau* confundit, qui è lacu ejusdem nominis ortus regionis per quam defertur nomen impertit summum, *Straith-ern* enim dicitur, quod antiqua Britannorum lingua *Convallis ad Ern* significat. Hujus *Erni* ripam exornat *Drimein* castrum familiae Baronum de *Dromond*. Eademque ripa surgit *Tulbar-din* castrum, letius ex quo propitia Regis Iacobi VI. gratia Ioannes *Moravius* Baro de *Tulbar-din* ad honorem & amplitudinem Comitis *Tulbar-din* est erectus. Altera ripa inferius *Duplin* castellum, habitatio Baronum *Olyphant*. Nec longè distitum *Inermeth*, Dominis suis *Stewartis* è familia de *Lorna* satis notum. Vbi verò *Ern Tau* confluas admiscuit aquas, *Taus* jam spatiosior in

Aberneth.

ripa *Aberneth* suspicit, *Pictorum* olim regiam, & civitatem frequentem, quam, ut antiquo legitur fragmento, *Nectanus Rex Pictorum Deo & Brigide* ædificavit usque ad diem iudicij cum suis subditis. Cessit autem longo post tempore in possessionem *Douglastorum*, Comitum Angulie. Porro huic agro, uti etiam *Mentethie* adjacenti *Senechalii* autoritate Barones *Dromondi* hereditariò præfunt.

Menteth.

Menteth, ut ferunt, nomen habet a *Teith* flumine, quem & *Taich* vocant, & inde hanc Provinciolam *Taichiam* Latine dicunt: cujus ripæ adidet *Dunblan* Episcopatus, quem Rex *David* ejus nominis primus instituit. Ad *Kirk-bird*, id est *Fanum Brigide*, ades suas primarias habent Comites *Mentethie*, ex stirpe *Grahamorum*, ut etiam Comites *Montrosie* ex eadem stirpe haud procul ad *Kirkardin*. Pertingit autem hæc *Menteth* usque

Dunblan.

usque ad montes, ut accepi, qui *Lacus Lomundi* Orientale latus claudunt.

ARGATHELIA, sive ARGILE.

Vltra lacum *Lomundum* & *Lennoxia* partem Occiduam se expandit juxta *Cluidæ* æstuarium *Argathelia*, quæ & *Argadia* Latine, vulgò *Argile*, rectius *Argathel*, & *Ar-Gwinhel*, id est, juxta *Hibernicos*, vel ut veteres schida habent, *Margo Hibernia*. *Hibernia* enim adjacet, cujus incolæ *Gwinhil* & *Gaothel* appellant Britanni. Regio longè lateque procurrit, piscosis lacubus lacinata, & montibus ad armenta pascenda alibi percommoda, in quibus feræ vaccæ & cervi vagantur, ad littus autem scopulis & nigricantium montium sterilitate horrescit.

Ut huic Provincie jus per *Iustitiosos itinerantes* Perthi administraretur, quando Regi visum fuerit, sanxit Rex *Iacobus III.* Ordinum Regni autoritatè. Sed ipsi Comites sua in quibusdam jura habent Regalia, viri amplissima autoritate & numerosa clientela, qui ab antiquis *Argathelia* Regulis per innumeros proavos genus deducunt, & a *Cambello* ipsorum castro cognomen acceperunt, Comitibusque honorem & titulum Regi *Iacobo II.* acceptum ferunt, & propitia Regi gratia jam aliquamdiu fuerunt *Iustitiarj* Regni *Scotie* generales, & *Aulæ Regiæ* præfecti.

CANTYRE.

Lacus Fin, hælcum suo tempore ad miraculum feracissimus, *Argatheliam* a *Promontorie*

torio difungit, quod per xxx. plus minùs miliaria in conum se colligens ita avidè Hiberniam versus se projicit, quasi ipsam, quæ angusto freto vix xlii. milliarium dirimitur, ad se advocaret. Hoc *Epidiorum* promontorium nuncupat Ptolemæus. Hodie lingua Hibernica, quæ toto hoc tractu in usu est; *Can-tyre* id est *Caput terræ* appellatur. Incolitur verò à familia *Mac-Conell*, quæ hic dominatur, ad nutum tamen Comitum Argatheliæ, & subinde prædabunda in Hiberniam suis myoparonibus excurrit, ubi Provincidas illas, quas *Glines* & *Rewte* vocant, occupavit.

LORNA.

AD Boream superius *Lorna* jacet, generosi hordei ferax, vasto lacu *Leave* divisa, ad quem est *Beyogomum* castrum, in quo olim Iustitiæ forum. & haud procul *Dunstafag*, id est *Mons Stephani*, quondam Regum habitatio, supra quod lacus *Aber* in terram tam longè ex occiduo mari se insinuat ut lacui *Nesso*, qui in Orientalem Oceanum se immittit, nisi angusto spatio montes interpositi diremissent, confluxisset. In hæc celeberrimum est *Tarbar* in *Loch-kinkevan*, ubi Parliamentaria auctoritate Jacobus III. Iustitiarium & Vicecomitem constituit, qui Australium Insularum incolis jus administraret, *Lornæ* Domini superiori avo fuerunt *Stewarti*, hodie autem *Argatheliæ* Comites.

BRAID ALBIN.

INtrorsus inter elata & confragosa montis *Grampijjuga*, ubi paulùm subsident, est *Braid-Albin*

Albin, id est *aliissima Scotiæ pars*, qui veri enim & *Nominis* gnesij Scoti Scotiam patria lingua *Albin* vocant, ut ubi maximè attollitur, *Drum Albin*, id est *Scotiæ dorsum*. Verùm suis Ducibus, quàm terræ dotibus notior hæc Albania. Primus, quem *Duces* legi, Albanix Dux fuit Robertus Comes Fifen-
banix, quem frater Rex Robertus III, eo honoris evexit. Huic successit filius Mordacus, qui perduellionis damnatus, securi percussus fuit, cum duos filios idem supplicium pridie pertulisse vidisset. Tertius Albanix Dux fuit Alexander, filius secundo-genitus Regis Jacobi II. Cujus filius Ioannes, quartus Dux Albanix, delinitus aulæ Gallicæ delicijs, ducta ibidem uxore, mortem sine sobole obiit. Ab ejus autem morte nullus Dux fuit Albanix, donec Maria Regina Henrico Domino *Darley*, quem pancelus post diebus in maritum assumpsit, hunc titulum detulit. Ut Rex Jacobus VI. eundem Carolo filio juniori infantulo, qui nunc Dux Eboraci, concessit.

Incolit has regiones genus hominum incultum, pugnax & inprimis maleficum, *Hig-land* vulgò vocant, qui vera soboles præcorum *land-men* Scotorum Hibernicè loquuntur, & se *Albinnich* vocant, corpore firmo & compacto, robore valido, pedibus pernices, animis elati, bellicis exercitijs, seu potiùs atrocinijs innati, & ad vindictam odio capitali projectissimi Hibernicorum more virgatis sagulis induti, capillitio densò & longiori, venatu, piscatione, & prædatione vivunt. In bello casside ferrea, lorica ferreis annulis contexta; arcubus & hamatis sagittis, & machæris utuntur latioribus: atque

per gentes, quas *Clannes* vocant divisi, ita immanner grassantur prædando, cædendo, ut ipsorum effera crudelitas legem extorserit, qua tantum est, ut si quis ex aliqua illorum gente damnata intulerit, quicumque ex illa gente captus fuerit, aut damnata refarciat, aut capite luat.

PERTH SHIRIFDOME.

Egremio montium Albanie *Taus* fluvius totius Scotie maximus se fundit, primumque per agros proruit, donec in lacum diffusus satis infusum, cursum cohibet. Inde ripis coarctatus *Perthiam* regionem amplam & fœcundè opimam irrigans, *Almund* rivulum ex *Atholia* prolabantem suscipit. Hæc *Atholia* (ut de via paulum deflectam) maleficis mulieribus infamis, regio satis fertilis, saluosas habet convalles, ubi *Sylva Caledonia* varijs anfractibus, umbrarum horrore, urforum, nec non immanium tauro-rum jubatorum, quos modò memoravi, latibus formidolosa, olim longè latequè per regiones istas circumquaque se explicuit. Locorum hic gloria parva, sed Comites suos recentiores habet regio è familia *Stewartorum de Lorne*, quorum primus Ioannes fuit, filius Iacobi qui *Eques Niger* cognominatus, ex Ioanna Vidua Regis Iacobi Primi, filia Ioannis Comitis *Somerseti*, & nepti Ioannis *Gandavensis Ducis Lancastræ*.

Almund recepto *Taus* jam plenior *Dunkelden* sede Episcopali ornatum petiit. Hoc *Caledoniorum* opidum plerique ex vi verbi suspicantur, & *corylorum* tumulum interpretantur, qui à

corylis Caledoniae sylvæ nomè inditum volunt. Pergit hinc *Taus* per cadaver desolata urbem *Perthiam*, pro qua commodiore situ Rex *Guilielmus Perthum* extruxit, quæ statim adeò fuit opulenta, ut qui eo sæculo vixit *Nechamus* de ea cecinerit:

*Transis ample Tai per rura, per oppida, per Perth,
Regnum sustentant istius Urbis opes.*

Posteritas autem a templo in *S. Ioannis* honorem posito *Saint Iohns town* vocavit, Anglique flagrante inter *Brusios* & *Balliolos* bello, operibus magnis armarunt, quæ Scoti postea magna ex parte subruerunt. Cæterum urbecula est elegans, situ amœno inter duo viræta, & licet ædes sacræ nonnullæ existant, splendida, ita distincta ut singuli artifices singulos ferè vicos seorsum incolant, marinaque commoditates *Taus* accedente æstu naviculis subvehit. Ac nuper adeò Rex *Iacobus VI.* *Perthum* in Comitatum erexit, cum *Iacobum Baronem Dromand* Comitem *Perthiæ* creavit. Inferiùs *Rethuen* sedet castrum *Rethuenorum*, abominandi nominis & ex omni memoria eradendi, cum Ordinis amplissimi decreto sancitum sit, ut qui ejusdem essent nominis, illud deponerent, & novum sibi adsciscerent, postquam *Rethueni* fratres execrabili & nefanda conspiratione in eadem *Iacobi Sexti* Principis longè optimi conjurassent, qui ipsorum patrem *Guilielmum Gowria* Comitem dixit, & postea cum jura ipsi Regi insolentior præscriberet, jure Regni perduellionis reum capite mulavit. *Gowria* illa frumentarijs campis & singulari solibus libertate nobilitata ad alteram *Tai* ripam planior

Perthum
S. Iohns
Towne

Comes Perthia

Rethueni

Gowria

Athol.

Sylva Caledonia.

Comites Atholia.

Dunkelden

Scona.

nior procumbit. In hac è regione Perthi trans
 Taum *Scona* celebre olim Monasterium, Regi-
 bus *Scotia* inaugurandis venerandum visitur,
 ex quo *Kenethus*, Pictis in proximo ad inter-
 nationem occisis, saxum ex *Hibernia* in *Argathe-*
liam translatum Regibus *Scotorum* consecran-
 dis lignea cathedra inclusum hic collocavit,
 quod *Rex Edwardus I.* *Angliae* Westmonaste-
 rium transferendum curavit. De quo vaticini-
 um vulgò jactitatum, quod cum nunc fidem in-
 venerit, ut id genus pauca, subjungendum
 curavi.

*Ni fallit fatum, Scoti quocunque locatum
 Inveniunt lapidem, regnare tenentur ibidem,*


Nunc autem *Scona* *Davidi* de *Moravia* sive *Mur-*
ray Regis *Iacobi* speciali gratia *Baronis* titulum
 præbet. Vbi jam *Taus* grandior se dilatat, *Arrol*
 impendet, inclitorum *Comitum Arrollia* ha-
 bitatio, qui à *Brustorum* temporibus hæreditarij
 fuerunt *Scotia* Constabularij.

Comites
Arrollia.

ANGVSIA, ANGVIS.

AD *Tai* æstuarium, & interiùs ad fluvium *Es-*
cam Septentrionalem *Angusia*, vulgò *Angus*,
 genuinis *Scotis* *Ancora*, campos tritici & omne
 genus frumenti feraces, amplos colles, lacus,
 saltus, pascua & prata expandit, plurimis arci-
 bus & castris condecorata. In primo à *Gourea*
 limine *Glamis* est castrum & *Baronia* familie
 cognomine *Lions*, è qua *Patricius* Baro *Glamis*,
 qui nunc floret, honorem *Comitis* *Kinghorn* à *Re-*

Glamis.



Scotie pars
 Orientior in
 qua diversi Co-
 mitibus & Av-
 demia Aberdyn.
 Millaria Scotia.
 20

- Forfor.* ge Iacobo VI. nuperrimè consecutus est. *Forfar* parum abest, ubi jns dicunt Barones *Greij* Vicecomites hereditarij. Proximè Tai ostium sedet
- Dundee.* *Dundee*, quod olim *Alectum*, alij *Taodunum* appellant, opidum sanè celebre, & cujus Constabularius peculiari jure Regum Scotorū est Vexillifer. Nomen verò *Dundee* *Donum Dei* alludendo interpretatur *Hector Boëtius* hinc oriundus, qui bonis litteris reslorentibus *Scoticam* historiam eleganter scripsit, eamque ex tam intima antiquitate, ut in ejus scriptis *Paulus Iovius* admiratus sit extare de his remotis ab orbe partibus, *Hebridibus* & *Orcadibus*, mille ampliùs annorum memoriam, cū in Italia altrice ingeniorum tot sæculis post ejectos Gothos scriptores defuerint. Hinc in conspectu est *Brochty-crag* arx. Atque inde Oceano aperto obiacet *Aberbroth*, contractè *Arbroth*, juxta quod *Rybrum Promontorium* in altum longè conspicendum porrigitur. Propè *Esca* Australis in mare se evolvit, qui e lacu profluens *Fynnevim* castrum in colis suis *Lndesfais* Craufordix Comitibus illustre perfluit. *Brechin* deinde eidem flumini apponitur, quam Cathedra Episcopali *David Primus* exornavit; & in ostio *Mont-rose*, id est *Mons Rosarum* opidum, quondam *Celurea*, ex occasio alterius ejusdem nominis exortum, quod inter duas *Escas* intersidet, & Comitititulum *Grahamorum* familiæ impertit.
- Angusie Comites.* Post vetustiores aliquot Comitès, *Douglasij* excelsi atque invicti animi magnitudine jam inde à *Roberti III.* temporibus *Angusie* Comitum titulo claruerunt, postquam *Georgius Douglas*

glas Regis filiam in uxorem duxerat, primi *Scotix* Comites habiti; & ad quos spectat coronam solennibus Regni conventibus ante Reges gestare. Sextus autem ex hac stirpe *Angusie* Comes fuit *Archebaldus*, qui *Margaretam* filiam Regis *Henrici VII.* Angliæ, & *Iacobi V.* Regis *Scotorum* matrem in uxorem duxit, è qua *Margaretam* progenit *Matthæi Stewart* Comitit Lennoxix uxorem, quæ suum in hunc Comitatum jus *Davidi Douglas de Petendreich* patru sui filio cum consensu mariti & filiorum lubens cessit, ut familiam illam sanguine conjunctissimam, beneficij etiam vinculo sibi arctius altringeret, cū filius *Henricus* nuptias *Reginæ Mariæ* ambiret, è quibus *Britanniæ* bono Rex *Iacobus Magnæ Britannix* Monarcha auspiciatò natus.

MERNIS.

Mernis regiuncula mari Germanico obversa, pingui gleba, satis librata camporum jacet planitie. Maximè autem in ea memorandum est *Dunnotyr*, castellum arduæ & inaccessæ rupi, unde mare despectat, superimpositum, mœnibus firmis, turribus intercurrentibus communitum, quod diu possederunt *Keithi* è familia veteri & iplendissima, qui virtute duce consecuti sunt ut sint Comites *Marescalli* Regni *Scotix* hereditarij, hujusque *Provinciæ* Vicecomites. A mari remotior *Fordon* locatur, cui a *Ianne de Fordon* aliqua gloria, qui hinc oriundus *Scoti chronicon* magno labore sedulo congestit.

MARRIA, MAR.

A Mari in mediterraneis supra Mernis *Maria* ad sexaginta plus minus mill. pass. se dilatando excurrit, quâ latior Occasum versis montibus intumescens, nisi quâ *Dee* fl. Ptolemæo *Diva*, & *Donus* fl. sibi viam aperiunt, & campos foecundant. Ad *Doni* ripam *Kildrumnij* magno est ornamento, vetus sedes Comitum *Marræ*. Nec longè distita est Baronum *Foybois* habitatio, qui vetusto generis splendore clari, hoc cognomen (cum prius *Bois* vocarentur) acceperunt, postquam familiæ hæres immanem ursum valiè trucidasset. Sed ad ostium majori sunt ornamento duo Opida, quæ ab ostio, quod *Britanniciè Aber* dicitur, unum mutuata nomen, sed unius agelli interjectu distincta: alterum citerius, quod *Deve* fl. propius, Episcopali dignitate, quam huc a *Murhlaco* viculo Rex *David* primus transtulit, pulchris Canonico-rum ædibus, pauperum xenodochio, & scholis bonarum litterarum publicis, quas *Guilielmus Elphinston* loci Episcopus anno 1480. ad erudiendum juventutem consecravit, admodum est nobile, & *Nova-Aberdon* dicitur. Alteruna ulterius *Vetus Aberdon* Salmonum captura est celeberrimum. Et omnem certè fidem superat, quanta Salmonum copia & hæc & alia *Scotiæ* flumina ex utraqûe Regni parte abundant.

Comitum *Marræ* dignitas jam aliquamdiu in usu non fuerat, cum *Maria* Regina *Iacobum* fratrem nothum hoc honore exornavit. Nec adeò multò post, cum hunc titulum veteri jure

ad

ad *Ioannem* Dominum *Ereskin* spectare deprehensum esset, *Moraviam* illi in honorem contulit, & eundem illum *Ioannem Ereskin* virum antiquæ nobilitatis, *Marræ* Comitem creavit, cujus filius eodem prænomine eodem jam honore lætatur, in utroque Regno Regi à consilijs.

B V C H A N I A sive B V Q V H A N.

VBI nunc *Bughan*, Latine *Bogania* & *Buchania*, supra *Donum* flumen in mare prominet, *Tairali* olim sedes habuerunt. Hoc recentius no- *Tairali*.
men a bobus sunt qui deducant, cum tamen ovibus pascendis terra sit aptior, quarum lana in primis laudata. Prodit *G. Buchananus* in *Regiæ* fluminis regionem hanc irrigantis ripa speluncam esse prope *Stangs* castrum, cujus natura præterenda non videtur. Aqua è naturali fornice guttatim idestillans statim in lapidum pyramidas vertitur, ac nisi opera hominum antrum subinde purgaretur, spatium usque ad fornicem brevi completetur. Lapis autem qui ita gignitur, velut mediam naturam inter glaciem & saxum obtinet: est enim friabilis, neque ad marmoris duritiem unquam consolidescit. Hæc ille. De anseribus *Clayks*, quos ex arboribus *Clayks* an-
enasci & hoc in littore & alibi, maturosque in *scres*,
mare decidere quidam cum admiratione crediderunt, cum illorum nidi & ova nusquam reperiuntur, vix operæ pretium est meminisse. Ingens etiam massa *Electri*, quæ vel equi corpus *Ambra* si-
magnitudine æquavit, haud multis ab hinc an-
nis fuit in hoc littus ejecta. *ve Electri*.

Q q

A Bucha-

New-
Aberdon.Ould
Aberdon.

A Buchania littore reflexo & ad Septentriones obverso Boena est, & exigua praefectura *Bamff*; nec non *Aiufa* minoris notae territorium, castrumque *Rothamay* Baronum de Salton, quibus cognomen *Abernethy*, habitatio. Sub his *Strathbolgy*, id est *Corvallis ad Bolgy*, Marchionis *Huntley* praecipua sedes. Hunc enim titulum Rex Iacobus VI. contulit Georgio Gordon Comiti *Huntley*, Domino *Gordon* & *Badzenoth*, antiqua nobilitate & numerosa clientela admodum illustri. Buchania Comitatus a Iacobo *Stewart* de *Buchania*. *Lorna*, deficientibus jampridem masculis, per filiam ad *Douglasium* juniorem de *Lochlevin* devenit.

MORAVIA, MURRAY.

TRANS Crampium montem, qui velut serie cohaerentia juga multis flexibus dorsum huc usque agit, *Vacomagi* olim sedes habuerunt ad finem *Vararim*, ubi nunc *Murray*, Latine *Moravia*, sua feracitate, amoenitate; & fructiferarum arborum commoditate insignis. *Spey* fl. inclytus per hanc sibi viam in mare aperit, in quo hospitatur, cum *Restes* castellum irrigavit, unde familia *Lislejorum* Comitis titulum accepit. *Lona* fl. a Ptol. memoratus, qui nunc *Loß*, juxta in mare se condit, prope quem cernitur *Elgina*, in qua, & *Forres* vicina Vicecomes haereditarius *I. Dunbar* de *Cinnoc* est stirpe Comitum *Moraviae* jus administrat. Vbi verò mare jam subiturus solum planius & mollius reperit, & in lacum *Oloriferum*, in quo *Olorina* herba abundat, diffun-

diffunditur, castrum habet impositum *Spiny*, *Spiny*. quod nunc primum suum habet Baronem *Alexandrum* est stirpe *Lindsejorum*, uti vicinum *Kinlos*, celebre olim Monasterium, suum etiam habet Dominum *Edwardum Byus*, Angliae *Charophylacem*, quem Rex *Iacobus VI.* Baronem *Byus* de *Kinlos* creavit. Haec ad littus. Interius, ubi jam *Bean* castrum (*Banatia* creditur, quam memorat Ptol.) vas marmoreum artificiose insculptum & Romanis numismatibus repletum anno 1460. fuit reperimentum. Iuxta *Nardin* sive *Narne*. *Narne* est, Vicecomitatus haereditarius *Cambelloorum* de *Lorna*. Parum hinc abest *Nessus* lacus peramplus, *Nessus* lacus. scilicet mill. pass. in longitudine protensus, aqua adeo tepida ut in hoc rigenti coeli climate nunquam congelet, à quo tenui quasi montium isthmo *Litca* sive *Lotha* lacus dirimitur.

Sub Rege *Roberto Byus*, *Thomas Randolphus*, *Moraviae* ejus est sorore nepos, *Moraviae* Comitis titulo fuit celeberrimus. Sub *Roberto II.* *Ioannes* de *Dunbar*. Sub *Iacobo II.* *Guilielmus Creichton* Regni Cancellarius, & *Archebaldus Douglas* acerrimè de hoc Comitatu sunt digladiati, & hic *Creichtono*, etsi is filiam natu majorem *Iacobi* de *Dunbar* in uxorem duxisset, praelatus. Sub *Iacobo V.* frater ejus, quem Regni Vicarium constituit, hoc honore usus est. Et nostra memoria *Iacobus* Regis *Iacobi V.* filius nothus hunc honorem à *Maria Regina* sorore accepit. Cujus filia unica *Iacobo Stewart* de *Down* marito, cui genus est *Regio sanguine*, hunc titulum attulit. Qui ab amulis oculis filium *Iacobum* reliquit in hoc honore successorem.

Questorem (*Stewart* vulgò vocant) constituerit. Vnde hoc muneris nomen cognomen *Stewart* ejus posteris indidit, qui passim per Scotiam numerosa nobilitatis sobole profeminati, & magnis honoribus cumulati diu floruerunt: & ex illis ante annos trecentos supra triginta Robertus *Stewart* per Marioriam matrem, filiam Regis Roberti *Bruis*, ad Regnum Scotiæ, & modò Iacobus *Stewart* ejus nominis sextus Rex Scotorum per Margaretam proaviam, filiam Henrici VII. (Divino summi Rectoris numine ita destinante) ad amplissimum Britannicæ Monarchiæ fastigium, universo terrarum orbe applaudente, ascendit.

R O S S I A.

Rossiam, ita dictam antiquo vocabulo, quod alij *Promontorium*, alij *Peninsulam* interpretantur, *Canta* populi, non absimili verbi notatione, Ptol. ayo incoluerunt. Hæc sua amplitudine diffusa utrumque prospectat Oceanum; quæ Vergivium, attollentibus se convexis jugis & crebris nemoribus, cervis, capreis, damis & sylvestribus avibus abundat: quæ Germanicum, arvis & pascuis est lætior, multoque cultior. In ipso primo hujus limine *Ardmanoch* regio non exigua, quæ in titulum filij secundogeniti Regum Scotiæ cessit, excelsis montibus & nivifissimis affurgit. *Louet* hoc in parte est, castrum & Baronia celebris familiæ *Fraferiorum*. Ad Nelli verò ostium *Chanon-ry* à Canonicorum collegio opulento, dum res stetit Ecclesiastica, floruit, in qua

Ardmanoch
Baronia.
Louet.

qua Episcopo Rossensi Cathedra est constituta. Iuxta locatur *Cromerty*, quæ statio est cuiuslibet classis quantumvis magnæ aded commoda & securus, ut Nautis & Geographis *Portus Salutis* nominetur. Suprà *Littus* est *Altum*, cujus meminit Ptol. nunc ut videtur *Tarbarth*, ibi enim littus altè eminent, hinc *Cromero* portu illo intissimo, inde *Celnio*, nunc *Killiam* flumine inclusum. Hæc ad Oceanum Orientalem. In Occiduum *Longus* fluvius à Ptol. memoratus, qui hodie *Lough Longas*, infuit. Deinde *Cerones*, ubi nunc *Asin-shire*, regio plurimis æstuarijs interfissa, confederunt.

Habuit olim Rossia suos aliquot Comites, verum Rex Iacobus III. Parlamentaria auctoritate anno 1476. Rossicæ Comitatum Coronæ ita adnexuit, ut successoribus nec ipsum Comitatum nec aliquam ejusdem particulam à Corona abalienare, vel cuicumque nisi Regum secundo-geniti è legitimo connubio concedere ullo modo liceat. Vnde hodie Carolus filius Regis secundogenitus, Dux Eboraci, eodem utitur & fruitor

S U T H E R L A N D I A.

Vltra Rossiam *Sutherlandia* Germanicum prospectat Oceanum, pecori alendo, magis quam frugibus ferendis commoda. In qua ex candido marmore surgunt montes, miraculum sanè in frigida hac plaga, sed nulli ferè usui, cum luxuria in ædificando & otiosa illa opum ostentatio in has remotas regiones nondum penetraverit. *Dunrobin* castrum in hac celeberrimum, Comi-

Dunrobin.

Comitum Sutherlandiæ veterum sedes primaria, è stirpe (ni fallor) *Moravia*, sed à quibus hic Comitatus tandem per filiam & hæredem ad *A. Gordonum* ex Comitum *Huntley* familia hæreditariò devenit.

CATHANESIA.

Superius *Cathanesia*, vulgò *Cathnes*, jacet mari Germanico objecta, & numerofo littorum ambitu inflexa, in qua Ptolemæi ætate *Catinij* habitarunt. Hujus incolis ex pecore pascendo & piscando maximus est proventus. Præcipuum Castrum *Girnego* dicitur, in quo *Cathanesiæ* Comites, è *Guilielmi de S. Clara*, vulgò *Seindler*, posteris oriundi, plerumque agunt. Episcopalis sedes est in *Dornok*, obscuro alioquin viculo, ubi etiam sedem Vicecomiti *Cathanesiæ* constituit Rex *Iacobus III.* vel ad *Wik*, prout res postularent.

STRATH-NAVERN.

Extram totius *Britanniæ* plagam, quæ obversa littorum fronte *Arctum* prospectat, & majoris *Vrsiæ* mediam caudam sibi habet verticalem, tenuerunt, ut apud *Ptol.* videre est, *Cornabij*, inter quos ille *Nabcum fl.* collocat, quæ nomina inter se adeò sunt cognata, ut gens à flumine quod accoluit inde traxisse nomen videatur, Nec ab his alienum est omninò hodiernum nomen *Strath-navern*, id est *Vallis ad Navern fl.* Regio à gleba fertilitate minùs felix, injuriæ

quæ cœli regentis minùs culta, & inde a *Lupis Lupi*, favissimis gravissimè infestata, qui non solum in armenta maximo damno, sed etiam in homines magno periculo adeò immaniter grassantur, non modò in hac, sed pluribus etiam alijs *Scotiæ* partibus, ut ex *Parlamentaria* sanctione *Vicecomites* & *Incolæ* in singulis Comitatus ter singulis annis ad *lupos* & eorum catulos tollendos venatum prodire jubeantur. Sin in *Arctoa* hac regione hoc quid habeat consolationis, totius *Britanniæ* minima nocte dieque maxima fruitur. Diem enim maximum ex distantia 59 grad. & 40 scrup. ab *Æquatore* habet 18 horarum & 25 scrupulorum, & minimam noctem 5 horarum & scrupulorum 45. Cæ-
 Tria extre-
 ma Britan-
 niæ Pro-
 montoria.
 Berubium, nunc *Vrdehead*, juxta *Bernswale* viculum,
Virvedrum, nunc *Dunshy*, aliàs *Duncans-bay.* & *Orcas*, quod vulgò nunc *Howburne* dicitur, *Ptolemao* etiam *Tarvedrum* & *Tarvisum*, quod nomen, si me mea non fallit conjectura, invenit, eo quod *Britanniæ* finit. *Tarvus* enim *Britannicè* finiendi significationem habet, cum quo & nos huic libro finem imponamus.



Girnego.
Comites
Cathanesiæ
Dornok.

Cornabij.

HIBERNIA.



N Vergio mari, quod non à vergendo, ut aliqui opinantur, deducitur, sed à *Mor Weridh*, hoc enim nomine Britannis dicitur, vel à *Farigi*, quo pro mari illo utuntur Hibernici, Britanniae latus occidentale claudit celeberrima Insula Hibernia. Quae inter omnes orbis terrarum Insulas tertium sibi locum olim, Ptolemaeo teste, vendicavit, qui & *Britanniam partem* inde eam dixit.

Nomina.

Hæc Orpheo, Aristoteli & Claudiano *Ierna*, Iuvenali & *Mela Iuverna*, Diodoro Siculo *Iris*, Eustathio *Ouerna* & *Bernia*, incolis *Erin*, Britannis *Yverdon*, & Anglis *Ireland* dicitur. Quae nomina unde proflexerint, variae ut in re obscura subinde enatae sunt opiniones. Quas cum recitare prolixum sit, omittemus. Cumque *Hibernia*, *Iuverna*, & *Ouerna* proculdubio ab Orphei & Aristotelis *Ierna* dimanarint; *Ierna* enim illa *Iris*, *Yverdon* & *Ireland* ab incolarum *Erin*, ab *Erin* sanè gentis vocabulo originatio petenda. Hic autem cum magnis illis Philosophis epecho, nec quid opinione augurari possim, habeo: nisi forsitan sit ab *Hiere* Hibernica dictione, quae illis occasum, sive plagam occidentalem sonat. Hoc ego conjectura blandiente jampridem putavi, tum quod totius Europae regio sit ad Occasum remotissima (utpote quae XII. tantum partibus ab ultimo Occidente absit) tum quod occidentalissimum hujus Insulae flumen Ptolemaeo *Iernus*, & occidentalissimum Hispaniae promontorium (unde

Etymon.

(unde nostri Hibernici devenerunt) *Ierne* Straboni, proximusque huic fluvius, qui etiam Hispaniae maxime occidentalis, *Ierna* *Mela* nominetur. Præter hæc Hiberniae nomina, quae dixi, *Vetustissima Insulae* Hibernici *Bardi Tirvolac*, *Totidanan*, & *Banno*, ut longè vetustissima hujus Insulae nomina, in suis cantilenis celebrant. *Quin* & *Sacram Insulam* eam *Festus Avienus* vocat in libello cui titulus est *Ora maritima*.

Situs.

Protenditur hæc Insula ab Austro in Aquilonem, non latior quam longior (ut Strabo prodidit) sed forma lenticulari sive ovali: nec viginti dierum navigatione (ut Philemon apud Ptol. tradidit) sed, secundum recentiores, longitudine 300. tantum mill. pass. latitudine vix 120. implet. Ab Ortu Angliam turbido mari disjunctam habet, quod Hibernicum vocant: ab Occasu immenso Oceano occidentali, à Septentrione Deucaledonio, ab Austro Vergio alluitur. Regio (ut Giraldum Cambrensem audias) *inequalis est, montuosa, mollis, aquosa, sylvestris, ventis exposita, & adeo paludosa, ut supra montes aquas stagnare videas. Cælum (ut inquit Mela) ad maturanda semina iniquum, verum adeo luxuriosa herbis, non letis modò, sed etiam dulcibus, ut si exigua dici parte pecora se impleant, & nisi pabulo prohibeantur, diutius pasta disiliant.* Vnde pecorum infinita multitudo, utique quae primæ & præcipuæ incolarum opes: ovium etiam greges plurimi, quas quotannis bis tondent, & è rudi lana lanas, sive villosa saga & stragula conficiunt, quæ ad exteras gentes deferuntur. Equi item optimi (*Hobies* vocamus) quibus non idem qui cæteris in cursu gradus,

Soli ingenium.

Pecora.

Equi.

Accipitres dus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. Accipitres etiam sunt non illaudati. Sed hæc ut reliqua animantia omnia (præter homines, & canes illos venaticos, quos *Greybounds* vocamus) minora hic sunt quam in Anglia. Cœli autem & soli humor est nimius, unde ventris profluvio & catharris plurimi, præcipue verò advenæ vexantur; ad quæ tamen sitenda *Aquam vitæ* optimam habent, quæ multo minus quam nostra inflammat, & magis exiccat. *Terra autem* (ut Giraldum in partem rursus advocem) terrarum temperatissima, nec Cancri calor exæstivans compellit ad umbras. Non ad focos Capricorni rigor invitat. Aëris amœnitate tempericque tempora serè cuncta tepescunt. Apum tanta multitudo, ut non solum in alvearijs, sed etiam arborum truncis & terræ cavernis reperiantur. Vites etiam habet, sed umbræ magis quam fructus gratia. Solem namque è Leone egressum frigidiusculæ auræ in hoc nostro Climate excipiunt, & pomeridiani in Autumno calores dilutiores sunt & breviores hic & in Britannia nostra, quam ut perfectam uvis maturitatem asferre possint. Præterea nullus hic anguis, nec venenatum quicquam; lupis tamen ubique infestatur: utque uno verbo dicam, sive terræ fecunditatem, sive maris & portuum oportunitatem, sive incolas respicias, qui bellicosi sunt, ingeniosi, corporum lineamentis conspicui, mirifica carnis mollitiæ, & propter muscutorum teneritudinem agilitate incredibili; à multis dotibus ita felix est Insula, ut non male dixerit Giraldus, *Naturam hoc Zephyri regnum benigniori oculo respexisse.* Quod vero

Apes.

Vitæ in Britannia cur non matu rescant.

Incolæ.

ro male nonnunquam audit, ab incolis est, qui alicubi sunt incultiores, qui mira naturæ diversitate & inertiam amant, & quietem oderunt, quique in præproperam Venerem sunt effusiores. Virgines enim inter agrestiores illos, cum decimum vel duodecimum ætatis annum attigerint, viris quasi maturas tradunt, nec ullo modo annorum maturitatem, quæ alijs Regionibus observatur, præstolari volunt. Sed de Hibernicorum moribus in calce hujus libri plenius dicemus,

Si verum sit quod Hibernici tradunt Historici, *Hiberniæ* non immeritò hæc Insula *Ogygia*, id est *perantiqua antiquitas* Plutarcho dicta fuit. A profundissima enim antiquitatis memoria historias suas auspicantur, adeo ut præ illis omnis omnium gentium antiquitas sit novitas, & quodammodò infantia. *Cæsaream* quandam Noachi neptim ante Diluvium hanc incoluisse scribunt. Inde *Bartholanum* Scytham trecentesimo post Diluvium anno advenisse, & maxima cum Gigantibus bella gefisse. Longo post tempore *Nemethum* Scytham appulisse, eumque statim à Gigantibus ejectum: postea *Delam* cum Græcis quibusdam Insulam occupasse. Mox *Gaothelum* cum *Scota* uxore Pharaonis Ægyptij filia huc delatum, & ex uxoris quidem Insulam *Scotiam*, ex suo verò nomine linguam *Gaothelam* denominasse, idque eo tempore quo Israëlita ex Ægypto demigrarunt. Quæ nec affirmare, nec refellere in animo est. Verum ut hanc Insulam antiquitatis habitam fuisse, cum per univèrsium orbem genus humanum profeminaretur, non dubitaverim

rim; ita ex Britannia nostra primos incolâs commigrasse in aperto est. Nam ut taceam infinitam vim Britannicarum dictionum in lingua Hibernica, antiqua nomina quæ Britannicam sapiunt originem, ingenia cultusque hominum non multum a Britannia differentia; ab antiquis omnibus *Insula Britannica* dicitur. Nec alia est regio, è qua ratione vicinitatis commodius in Hiberniam demigrari potuit, quàm è nostra Britannia; è qua pari spatio transmissus est, atque è Gallia in Britanniam. Postea verò cum summum Romani imperium ubique propagassent, multi proculdubio ex Hispania, Gallia & Britannia huc se receperunt, ut iniquissimo Romanorum jugo colla subducerent. Et certè animam vix inducere possum, ut hanc regionem in Romanorum potestatem ullo tempore concessisse credam. Faustum sanè felixque Hiberniæ fuisset, si concessisset, certè barbariem exuisset. Ubique enim Romani victores, victos humanitatè excoluerunt, nec sanè alibi per Europam humanitatis, literarum & elegantiae cultus; nisi ubi illi imperarunt. Inconsultò etiam hanc Insulam illi neglexisse videantur. Hinc etenim ad Britanniae pestem direptionemque hostes gravissimi eruperunt, quod Augustus prævidisse videtur, cum Britanniam neglexerit, ob periculum quod à circumjacentibus nationibus impendere præfagijt. Cæterum inclinante jam Romano imperio, Scotorum sive Scytharum natio (*Celto-sythæ*, ut habet Strabo, omnes olim ad Occesum populi dicti) in Hibernia invaluit, & celebrari cœpit. Hinc etenim suas in Britanniam irruptiones

Romani au-
unquam in
Hibernia.

Scoti in
Hibernia

ones fecerunt Scoti, & in hanc magnis subinde cladibus fuerunt repulsi. Henricus Huntingdonensis. *Britones*, inquit, *in tertia mundi ætate in Britanniam; Scoti in quarta venerunt in Hiberniam. Hæc cum non certissima sint, hoc tamen certum est, quod ab Hispania in Hiberniam venerunt, & inde pars eorum egressa tertiam in Britannia Britonibus & Pictis gentem addiderunt.* Huic suffragatur recepta Hibernicorum opinio, qui se Hispanorum sobolem libentissimè agnoscunt.

Haud multis post annis hi Scoti in Hibernia Christo nomen dederunt, Palladiumque Christiana Episcopum ad eos misit Cœlestinus Pontifex in Hibernia Romanus. Palladium verò morte in Britannia, Anno Christi 431 præreptum nihil præstitisse author est Ninnius, qui ex Hibernicis Scriptoribus Christianam religionem à Patricio per Hiberniam difeminatam scribit, Hic enim natione Britannus, in *Cluydsalia* natus, Martino Turonensi affinitate conjunctus, & S. Germani discipulus; Palladio defuncto à Cœlestino subrogatus tanto successu Christianam religionem propagavit, ut longè maximam Insulæ partem ad Christum converterit, & Hibernorum Apostoli nomè meruerit. Hujus Discipuli tantos progressus in re Christiana fecerunt, ut subsequenti ætate Hibernia *Sanctorum Patria* diceretur, & Scoticis Hibernia in Hibernia & Britannia Monachis nihil sanctioris, nihil eruditius fuerit, & in universam Europam sanctissimorum virorum examina emiserit. Longe namque tunc alia Monachismi, quâquam recentis & nuper instituti, facies erat. Re ipsa cupiebant esse quod dicebantur: nihil

personatum placebat: simplicitatis erat, non malitiæ, longè minùs obstinaciæ, siqua in re errabant, Opum autem & rerum sæculi tantus illis contemptus, ut eas non solum non ambirent, sed oblatas etiam & hæreditarias respicerent. Quare & Anglosaxones nostri illa ætate in Hiberniam, tanquam ad bonarum litterarum mercaturam, undique confluerunt. Inde rationem formandi litteras accepisse videntur, quum eodem planè caractere usi fuerint, qui hodie Hibernicis est in usu.

Hæc autem sanctitatis & humaniorum litterarum studia paulatim restinxit bellorum rabies. Anno enim 644. à Christo nato, Egfridus Nordanhumbrorum Rex cædibus & incendijs Hiberniam Anglis amicissimam confudit. Inde

Norwegi Norwegi Turgesio duce regionem per 30. annos indignissimis populationibus devastaverunt. Postea *Ostmanni*, id est *Viri Orientales*, è maritima Germania in Hiberniam venerunt, qui cum magnæ & copiosæ mercaturæ specie quasdam urbes occupassent, difficillimum bellum brevi concitarunt. Eodem ferè tempore Eadgarus Rex Anglorum potentissimus magnam Hiberniæ partem devicit. Has externorum bellorum procellas gravior intestinæ seditionis tempestas excepit, quæ Anglo ad debellandam Hiberniam viam patefecit. Siquidem ex Regulorum Hiberniæ simultatibus & pravis æmulationibus Henricus secundus Rex Angliæ occasione arrepta, postquam Richardum Comitem Penbrochiæ, qui Dermicio focero in avitum Lageniæ regnum restitutum, paucis annis tantam

tam Hiberniæ partem victoria complexus erat, ut ejus potentia ipsis Anglis esset suspecta, promulgato edicto cum gravi comminatione ex Hiberniæ revocasset, coactis copijs in eam transiit anno Christi 1172, & Insulæ principatum obtinuit. Omne enim imperium suum & potestatem in illum transfulerunt Hiberniæ Ordines, Chartis subsignatis, traditis & Romam transmisissis. Ille postea Ioanni filio *Hiberniæ Dominum* in manus tradidit. Quod Urbanus Papa *Bulla confirmavit*, & in confirmationis argumentum *Coronam de Pavonis pennis auro contextam* misit. Quem cum jam Rex esset, scriptitant Hiberniam unâ cum Anglia Romana Ecclesiæ tanquam *Feudalem Diplomate concessisse*, & ab ea tanquam *Secundarium & Feudatarium* recepisse, successoresque obligasse, ut trecentas Marcas Pontifici Romano solverent. Verùm cum in Conventu Ordinum Regni, Edwardo III. regnante, Cancellarius Angliæ retulisset, Papam Romanum Regem Angliæ in jus vocaturum tam de homagio quam de tributo pro Anglia & Hibernia præstando, quibus Ioannes Rex olim se & successores obstrinxerat, & hac de re sententiam rogasset: Episcopi seorsim diem ad deliberandum postularunt, itidemque Proceres & Plebs, sive Communitas. Postridie conveniunt, & uno omnium consensu sciverunt & sanxerunt: quandoquidem nec Rex Ioannes, nec Rex alius quispiam possit ejusmodi servitutem Regno imponere, nisi communi Parlamenti consensu & assensu, quod minimè factum, quidquid ille fecerat, fuisse contra jusjurandum

*Anglia et
Hibernia
Rom: Pontif. tribu-
taria.*

in sua auguratione conceptis verbis coram Deo religioſe ab eo firmatum. Ideoque ſi Papa hoc urgeret, ſeſe viribus quantum poterant maximis, animis præſentibus, oppoſitis corporibus & facultatibus, ad reſiſtendum eſſe paratiſſimos. Clamitantque qui legum apices excutunt, Diploma illud Regis Ioannis caſſum cadere ex illa quæ in fine adicitur reſervatione, *Salvis nobis & hæredibus noſtris juſtitijs, libertatibus & Regalibus noſtris.*

Iam inde à Ioanne Anglorum Reges *Hibernie Domini* fuerunt, donec Henricus VIII. patrum memoria in Hibernicis Comitibus Hiberniæ Rex ab Inſulæ Ordinibus declaratus fuit, quod quibuſdam ſeditioſis Domini nomen non perinde ac Regis ſanctum & verendum videretur. Hoc autem Regni Hiberniæ nomen & titulus Pontificia authoritate confirmata fuerunt, cum Maria Regina anno 1555. regni Angliæ nomine obedientiam per Legatos Romano Pontifici Paulo III. detuliſſet.

Regni Hiberniæ adminiſtratio.

EX quo Hibernia Anglici juris facta fuit, Reges Angliæ eò Proreges ad Republicam gerendam tranſmiſerunt, quos primum *Cuſtodes Hiberniæ*, deinde pro arbitrio Hiberniæ *Inſtitutarios*, *Locum-tenentes*, & *Deputatos* vocarunt in Codicillis, ſive litteris illis patentibus, quibus eis authoritas & iuriſdictio mandat. Quæ ſanè ampla & regia, videlicet bella gerendi, pacem componendi, magiſtratus & munia omnia, præter

præter pauca, conferendi, crimina, crimina, præter quædam læſa Majeſtatis, remittendi, Equites auratos creandi &c. Hæ Litteræ *Patentes*, cum Magiſtratum quis init, publicè præleguntur, & juramento coram Regni Cancellario concepta verborum formula præſtito, gladius qui præferatur in manus traditur, ipſe in folio locatur, adſtantibus dicto *Cancellario*, qui ſunt à ſacro conſilio, Regni que *Proceribus*, cum *Rege armorum*, *Serviente ad arma*, & alijs honorarijs adminiſtris. Nec alius ſanè eſt in orbe Chriſtiano Prorex qui propius ad regiam majeſtatem, ſive iuriſdictionem, ſive authoritatem, comitatum & apparatus ſpectes, accedat. Illi in conſilio adſunt Regni Cancellarius, Regni Theſaurarius, & alij ex Comitibus, Episcopis, Baronibus & Iudicibus qui ſunt a ſanctiori conſilio. Nam eoſdem planè Ordines habet Hibernia quos Anglia, ſcilicet Comites, Barones, Equites auratos, Armigeros &c.

Fora, ſive Tribunalia Hiberniæ.

SVMmum Regni Hiberniæ forum eſt *Parlamentum*, quod pro Regis Angliæ arbitrio à Prorege indicitur, & diſſolvitur. Iuridici etiam *Conventus* quatuor, ut in Anglia, quotannis habentur, & quinque ſunt Tribunalia, videlicet *Camera Stellata*, *Cancellaria*, *Bancus Regius*, *Bancus communium Placitorum*, & *Scaccarium* ſive *Fiscus regius*. Sunt etiam *Inſtitutarij Aſiſarum*, Niſi priùs, *Ad audiendum & determinandum*, prout in Anglia, & *Irenarchæ* in ſingulis Comitibus ad pacem confer-

conservandam. Rex etiam habet suum *ad Legem servientem*, Procuratorem sive *Attornatum Generalem & Sollicitatorem*. Sunt etiam in Provincijs remotioribus ad jus dicendum Gubernatores, ut qui in Connachtia *Primarius Commissionarius*, in Momonia *Præses* dicitur, & suos habent Adfessores è Nobilibus & Iurisperitis, qui tamen singuli Ptoeris nutum respiciunt. Legibus verò ipsidem Communibus sive municipalibus, quibus utitur Anglia, administratur Hibernia. Præter civiles autem hocce Magistratus, militarem etiam habet unum, scilicet *Marescallum*, qui admodum hic usui est tam ad militum quam ad rebellium, qui subinde negotium faciunt, insolentiam coercendam. Marescallus autem suum sub se habet *Submarescallum* (*Provoft Marescall* vocant) & aliquando plures, pro rerum & temporum difficultate, qui suam circumscriptam sub magno Hiberniæ sigillo cum instructionibus exercent auctoritatem. De ratione jus administrandi inter agrestiores & sylvestres illos suo loco pauca subtexam,

Hiberniæ divisio.

Hibernia ex incolarum moribus in duas distinctur partes, qui enim legibus teneri reculant, & inculcius vivunt, *Irishrie*, & vulgò *Wilde Irish*, id est *Sylvestres Hibernici* vocantur: qui verò cultiores legum potestate sanctam habent, & iudicij se sistant, *Anglo-Hibernici* dicuntur, & eorum regio *The English Pale*, quoniam primi qui advenerunt Angli quosdam sibi limites in

Ori-

Orientali & foecundissima Insulæ parte circumscripterunt, intra quos & hodie sunt, qui inculcius vivunt, minusque legibus parent, ut extra alij, in quibus nihil ad humanitatis cultum desideres. Sed ut antiquiora spectemus, ex situ, seu potius Rectorum quondam numero, quinque continet portiones (*Pentarchia* enim olim erat) *Momoniam* videlicet ad Austrum, *Lageniam* ad Ortum, *Connachtiam* ad Occasum, *Ultoniam* ad Septentriones, & *Mediam* in ipso ferè medio. Quæ ad civilem administrationem ita in Comitatus dividuntur. In *Momoniam* sunt Comitatus *Kerry*, *Desmond*, *Cork*, *Watersford*, *Limerick*, *Tipperary* cum Comitatu *Sanctæ Crucis*. In *Lageniam* Comitatus sunt *Kilkenny*, *Caterlong*, *Queenes County*, *Kings County*, *Kildare*, *Weisford*, *Dublin*. In *Media* Comitatus sunt *East Meath*, *West Meath*, *Longford*. In *Connachtia* Comitatus *Twomund*, *Galloway*, *Maio*, *Slega*, *Letrim*, *Roscoman*. In *Ultoniam* Comitatus *Louth*, *Caron*, *Fermanagh*, *Monaghan*, *Armagh*, *Doun*, *Antrim*, *Colran*, *Tir-oen*, *Tir-conell* sive *Donegall*.

Res Ecclesiastica Hiberniæ ab Episcopis olim *Ecclesiastica* administrata fuit, quos vel Archiepiscopus *Cæca Iurisdi-* *tuariensis*, vel ipsi se consecrarunt. Anno auctio. *1152* ut apud Philippum Flatisbury legitur, Christianus Episcopus Lismorientis totius Hiberniæ Legatus Concilium celeberrimum apud *Mell* celebravit, cui interfuerunt Episcopi, Abbates, Reges, Duces, & Majores nati Hiberniæ. In quo auctoritate Apostolica, consilio Cardinalium, & consensu Episcoporum, Abbatum & aliorum ibidem consistentium, quatuor Archiepiscopatus in Hibernia

R r 4

con-


constituit, videlicet *Armachanum*, *Dubliniensem*, *Cassiliensem* & *Tuomensem*. Quorum primo, totius Hiberniæ Primate, suberant Episcopatus novem: secundo quinque: tertio duodecim: quarto undecim.

MOMONIA, sive MOVNSTER.

Momonis, Hibernicè *Mown*, & in orationis contextu *Wown*, Anglicè *Mounster*, Vergio mari ad Austrum exposita jacet, à Connachtia nunc *Sineo*, sive *Shanon*, à Lagenia *Neoro* flumine, videlicet alicubi, discreta. Olim multifariam divisa, hodie autem bifariam, in *Momoniam* scilicet Occidentalem & Australem. Occidentalem antiquitus habitantur *Luceni*, *Velabri*, & *Vierini*: Australem *Ouidia* sive *Vodia*, & *Coriondi*. Nunc autem in septem Comitatus describitur, *Kerry*, *Desmoniam*, *Corcagiensem*, *Limiricensem*, *Tipperariensem*, *Sancæ Crucis*, & *Waterfordiensem*,

Comitatus KERRY.

Kerry Comitatus, Lucenorum olim, ut opinor, sedes, juxta *Sinei* ostium in mare ut lingua procurrit, fluctibus utrinque allarantibus, regio arvis & sylvestribus montibus edita, quibus crebræ intersunt valles cavæ, alibi arvis distinctæ, alibi etiam nemoribus condensæ. Comitatus hic habetur Palatinus, Comitibusque Palatini dignitatem & jura *Desmonia* Comites in hoc habuere munificentia Regis Edwardi III. Sed hominum iniquitate, qui libertate uti &



noluerunt & nescierunt, in malorum sentinam & seditiosorum perfugium jampridem fuit conversus. In limine hujus regionis territorium est *Clan-Morijis*, nunc anonymus, *Trayley* opidulum quodammodo desolatum præterfluens, interierat, quem *Dur* esse *Ptolemæi* situs quodammodo dicit. Juxta *Ardart* est, ubi sedet *Episcopus*, dictus *Ardefartensis*, & ille quidem indigus. In extremo ferè promontorio hinc *Dingle* portus commodus, inde *Smerwic* statio (sic contractè pro *S. Marywic*) cernitur. Gravitatem in me forsàn quis desideret, si vel commemorem, quod plurimum *Sylvestrium* *Hibernicorum* animos *ridicula opinio* pervasit, imò persuasit, eum qui in militari illo barritu, quo in congressu magna vocis contentione utuntur, reliquorum clamori non respondeat, subito à terra arripi, & quasi volantem in has desertas valles deferri, ex qualunque *Hiberniæ* regione; ibi gramine vesci, aquam lambere, nec male nec bene esse sibi sentire, rationis, non orationis usum tenere, à venantibus demùm ministerio canum capi, & domum suam deduci.

DESMONIA, DESMOND.

Lænis illis antiquis subjecta est longè lateque *Lad Austrum* *Desmonia*, *Hibernis* *Deswown*, *Anglis* *Desmond*, à duobus populis olim infessa, *Velabris* & *Ibernis*, qui *Vierini* in nonnullis exemplaribus concipiuntur. *Velabri* ab *Aber*, id est æstuarijs, ita videantur nominati, utpote intercur-

fantibus

santibus crebris & insignibus æstuarijs divisi, unde etiam *Artabris* & *Cantabris* *Hispaniæ* facta appellatio. Inter hæc æstuaria, præter *Kerry* jamdictam, tria in *Africum* evagantur anfractuosis litoribus promontoria, quæ *Hier-worn* incolis, id est *Occidua Momonia* olim nuncupata. Primum inter sinum *Dingle* & *Mair* fluvium *Clan-car* dicitur, *Clan-car* haberque castrum à *Carewis* *Anglis* ad *Dunk-eran Promont.* cõditum. In hoc habitavit *Donell Mac* (id est filius) *Carty More*, ex *Hibernica* origine *Regulus*, qui anno 1566. à *Regina Elizabetha* eodem tempore *Baro Valentia* (ea insula est quæ adjacet) *Comes*que de *Clancar* est creatus. Sed hoc honore non diu usus, filiam quam habuit unicam legitime natam *Florentia Mac Carty* matrimonio junxit, & senex è vita migravit. Secundum inter *Maire* & *Bantre* sinus continetur, *Beare* nomine, *Beare promont.* jejuna plerumque glareæ & lapidosa macie, in quo agit *O Swillivant Beare*, & *O Swillivant Bantre* ex eadem stirpe, apud suos in primis nobiles. Tertium *Eraugh* dicitur, inter *Bantre* & *Baltimore*, qui copiosa hæc cum captura sinus notissimus, quò numerosa *Hispanorum* & *Lusitanorum* classis ad piscandos asellos ipso brumali solstitio quotannis confluit. In hoc *O Mahoni* ampla prædia beneficentia *M. Carew*, acceperunt. Hoc *Eraugh prom. Ptal.* Notium, id est *Australe Promontorium* vocat *Prole-* Notium. *mæus*, ad quod, ut apud illum videre est, *Iernus* fl. ab *Oceano* ebibitur. Verùm quo ille jam gaudeat nomine in tanta obscuritate vix atriolari ausim, nisi sit qui jam *Maire* & *Dunk-eran* quod dixi subluat. Nec habeo quid conjectem depopulis quos ad hæc Promontoria idem collocat

Locat Ptolemæus, cum pro exemplarium varietate *Iberni*, *Oiterni*, *Iberi*, *Iverni* nominentur, nisi forte, perinde ac vicini *Luceni* & *Conceni*, ex Hispaniæ Iberis commigrarint. Post illos autem *Oudiai*, qui & *Vodia* & *Vdia*, longè habitarunt, & cum *Coriondis*, ut dixi, incoluerunt Comitatum *Corcagiensem*, *Tipperariensem*, *Limericensem* & *Waterfordensem*.

COMITATUS CORCAGIENSIS
vulgò COUNTY OF CORCK.

Muskerry. Comitatus *Corcagiensis*, qui olim Regnum, & omnem tractum maritimum à *Lismoris* usque ad *S. Brend*, hodie *Missen-head* fortè, comprehendit, quâ Desmoniam ad Occasum spectat, habet in mediterraneis *Muskerry* sylvestrem regionem, in qua *Cormaci MacTeg* nomen celebre, & ad oram maritimam *Carbray*, in qua *MacArti* plurimum valuerunt. Ad mare primum occurrit *Ros* statio, & portus olim frequens, jam objecto pulvino arenario infrequens. Inde angusta cervice procurrit pen-insula dicta *The old head of Kinsale*. Postea ad *Bani* fluminis ostium in solo fertili & satis nemoroso est *Kinsale*, portus percommodus, & vetustis mœnibus munitum opidum. Cui ad alteram ripam objacet *Kerrywherry*, territoriolum nuper Comitum Desmonia, juxta quod fluvius, qui *Daurona* Ptolemæo, *Giraldo Cambrensi* una inmutata litterula *Sauranus*, & *Saverenus*, è *Muskercia* montibus profusus, primariam Comitatus urbem illam Episcopali dignitate (cui *Clonenfis* Cathedra adjuncta)

cta) insignem præfluit, quæ *Corcagia* *Giraldo*, *Corke* *Anglis*, & *Korkach* indigenis, mœnium ambitu quasi ovali conclusa, flumine circumfusa atque interdivisa, nec nisi per pontes pervia, & una quasi directa platea, quæ ponte juncta, protensa, Emporiolum tamen frequens & celebre, sed ita seditiosis vicinis circumfessum, ut perpetuas excubias agitent, quasi perpetua obsidione essent incincti, & in agrum filias elocare non audeant, unde contractis inter se nuptijs cives omnes aliquo affinitatis gradu se invicem contingunt. Sub *Corcagia* flumen dispersitum amplam & perquam amœnam amplectitur insulam è regione habitationis præcipuè familiæ vetustissimæ & admodum inclytæ *Barrorum*, sive *Barrensum*, à *Roberto Barrensi* Anglo deductæ, viro sanè spectabili, cujus posteris fide bellica & virtute primum titulum *Baronis Barry*, postea *Viccomitis Butiphant* ab *Angliæ* Regibus accipere meruerunt, & ob latifundia & opes cognomen *Barry More*, id est *Magni* apud populum reportarunt. Pauloque inferius *Saverenus* juxta *Imokelly* Comitum possessionem jam pridem *Desmonia* Oceano se ostio portuoso commiscet.

Vtque *Saverenus* inferiorem hujus regionis partem perrigat, sic *Brood-water*, olim *Aven Mooter fl.*, id est *Flumen magnum*, superiorem perfundit, cujus accola est nobilis familia de *Rupe*, sive *Reche*, ex *Anglia* translata, quæ feliciter hic succrevit, & titulo *Viccomitis Fermoy* gaudet. Quâ verò *Broodwater*, qui aliquamdiu limes hunc Comitatum & *Waterfordensem* interfuit, in mare conditur, portumque efficit, *Yoghall* sedet, non

Corke

Barones Barry.

Broodwater fl. Baro Roche.

Yoghall.

non magna illa quidem. sed undique cincta muris, forma oblonga, bifariamque divisa. Pars superior & major in septentriones porrecta habet Ecclesiam, & extra mœnia Monasteriolum, quod *North-Abbey* vocant: inferior ad Austrum, *the Bafetowne* dicta, suum etiam habuit Monasterium, *Australe* dictum. Portusque commoditas, quæ suum cothonem habet munitum, & regionis vicinæ fœcunditas mercatores ita invitat, ut satis sit frequens, & *Majorem* pro summo Magistratu habeat. Huc usque hodie pertingit Comitatus Corcagiensis, qui olim (ut modò dixi) Regnum censèbatur, latiusque pertigit, scilicet Desmoniam etiam complexus.

COMITATUS WATERFORD.

AD plagam Orientalem inter flumina *Broodwater* ab Occasu, *Suirum* ab Ortu, Oceanum ab Austro, & Comitatum *Tipperariensem* ad Septentrionem panditur Comitatus *Waterfordensis*, sua amœnitate & fœcunditate regio sanè lata. Ad *Broodwater*, ubi primùm Corcagienses reliquit, *Lismor* cernitur, Episcopali sede nota, quæ nunc, ex quo possessiones pleræque omnes abalienatæ, *Waterfordensi* Episcopatu adunata. Prope verò ostium *Ardmor* est viculus, cui adjunctum territoriolum *Dessæ* dicitur. Nec procul *Dungarvan* castro satis munitum & statione satis commodum mari apponitur.

Lismor.

Ardmor.

Waterford

Ad *Suiri* ripam *Waterfordia* prima & præcipua hujus Comitatus civitas cernitur, *Portihlary* Hibernis

bernis & Britannis, *Waterford* Anglis appellata, à Norwegis constructa, quæ quamvis cœlo fit crassiusculo, solo minùs læto, & angustioribus coarctata vicis; ea tamè portus est oportunitas, ut opulentia & frequentia secundas in Hibernia ferat, fide & obsequio in imperium Anglicum semper singulari. Vnde Reges Angliæ plurimas & maximas immunitates concesserunt, quas Henricus VII. auxit & cõfirmavit, eo quod cõtra ementitum illum principem *Perkinum Warbeck*, qui ultimæ sortis juvenis plenis impudentiæ velis ad summum regis dignitatis gradum enitebatur, dum personam Richardi Ducis Eboracensis, filij Edwardi III. natu minoris indueret, cives fortissimè prudentissimeque se gessissent.

Ementitus Princeps.

COMITATUS LIMERICK.

Marimos Momoniæ Comitatus hætenus Movimus, duo supersunt mediterranei, *Limiricensis*, & *Tipperariensis*, quos jam adeamus. *Limiricensis* Comitatus ab tergo Corcagiensis ad Septentrionem inter *Kerry*, *Shanon* flumen & *Tipperariensem* agrum objacet; fertilis regio, sed quæ paucula ostendit melioris notæ loca. Pars occidentalior *Conilagh* dicitur, in quo inter colles *Knoe-Patric*, id est *Patricij collis*, surgit celsissimus, & amœno in mare prospectu *Sineus* sive *Shanon* fluvium Oceano Vergivio vasto ostio ilabentem è longinquo prospectat. *Limiricum* hujus Comitatus urbs est primaria, quam diviso alveo *Sineus* fluvius nobilissimus circumfundit, Hiber-

Eimirick.

Hibernicis *Loumeagh*, Anglis *Limrick*. Sedes hac est Episcopalis, & Emporium Momoniae admodum celebre, a Ioanne Rege castello munitum. Hodie duplex est. Superius, quod vocant, in quo Cathedralis Ecclesia & castrum, duabus patet portis, quæ suos habent è saxo pulchros pontes, cum propugnaculis & ponticulis versatilibus, quorum alter in Occasum ducit, alter in Ortum; cui Inferius annectitur opidum mœnibus obvallatum, cum suo etiam castro & propylæo. Magis ad Ortum est *Clan-William*, cui tribus *Willielmi* è familia de *Burgo* (*Bourk* Hibernici vocant) quæ incolit, nomen fecit, & è qua *Guilielmum*, qui *Iacobum Fitz-Moris* patriæ turbinem occidit, honore Baronis de *Castel Conell* cum annua pensione, in virtutis præmium & solatium, pro liberis in eo prælio cæsis, Regina *Elizabetha* donavit. In Australi Comitatus parte est *Kill-Mallo*, secundum à *Limirico* & copia & frequentia, mœniumq; ambitu inclusum: & *Adare*. *Adare*, munitum olim opidulum, cui *Clan-Gibbon*. *Clan Gibbon*. Clarioris notæ & nominis adjacet in hoc tractu sunt præter *Bourkos* illos, & *Giraldidas* sive *Fitz-Giralds*, *Lacæi*, *Browni*, *Hurlæi*, *Chacæi*, *Sapelli*, *Powcelli*, qui omnes generis Anglici, & *Mac-Sheer*, *Mac-Brian*, & *O Brian* &c. Hibernici.

COMITATUS TIPPERARY.

Tipperariensis Comitatus, quæ Sol occidit, agro *Limiricensi* & *Shanon* flumine, quæ oritur, *Kilkienensi*, ad Meridiem *Corcagiensi* & *Waterfordensi*, ad Boream territorio familiæ *O Carroll* circum-

circumscribitur. Pars Australis agri fertilitate eximia & annonæ copia luxuriat, satis confita ædificijs. Occiduum longo cursu *Glasfon* flumen perfundit, a cuius ripa parum abest *Emely*, sive *Emely*. *Avni* sedes Episcopalis, quam olim frequentissimam fuisse urbem perhibent. Mediam intersecat *Severus*, qui etiam *Swirus*, flumen nobile, quod è *Bladina* monte profusum, per *Offeriam* inferiorem, primum *Sanctæ Crucis* celeberrimum olim Monasterium adit, unde & regio adjacens *Comitatus Sanctæ Crucis Tipperariensis* vulgò dicitur, fuisse *Comitatus*. que gaudet immunitatibus, in honorem parti- *S. Crucis* culæ *Crucis Dominicæ* ibi asservatæ olim concessis. Et incredibile quot perpetuò religionis *rari*. ergò huc tanquam ad locum sanctum etiamnum confluant: ea est hujus gentis in avita religione perseverantia, quam supina Præfulum oscitantia & ignorantia supra modum adauxit, cum non sint qui doceant. *Casiliam* inde *Swirus* *Casilia*. prætermeat Archiepiscopali dignitate ab *Eugenio III.* Pontifice Romano exornatâ, cui plures quondam subsuerunt Episcopi. Desluit inde fl. *Insulas* subinde spargens, & circumfluit *Cahir* castrum. Hinc per *Clomell* mercatum satis frequentem, munitione tutum, & *Carick Mac-Giffin* rupi affixam, unde & nomen inditum, Comitum *Ormondia* habitationem prolapsens, *Tipperarienses* relinquit, & inter *Waterfordensium* & *Kilkienensium* Comitatum limitis vice fungitur.

Borealis hujus Comitatus pars macra & sterilior excelsis montium cacuminibus assurgit, & duodecim præ cæteris, quasi quadam congerie, *Phelem-ge-Modona* vocitant. Hæc Latine *Ormondia*.

Comitatus dia dicitur, Hibernicis *Orwown*, id est *Frons Mo-*
Ormondia monia, Anglis *Ormond*, & pluribus corruptissi-
 mē *Wormewood*, cujus tota celebritas est ē Comi-
 titibus, quos plures nominat a Iacobo *Butler*, Ed-
 mundi Comitis Caricki filio, cui & hæredibus
 Edwardus III. hunc honoris titulum ad vitam,
 & *Regalitem* aliasque libertates cum *Feodus Mili-*
 tum in Comitatu Tipperariensi contulit, qui-
 bus illius posterī gratia Regum Angliæ adhuc

Butleri
Comites
Ormondia.

gaudent. Vnde hic Comitatus Palatinus cense-
 tur, & ille à nonnullis Comes Tipperariæ fuit
 appellatus. Duxit autem filiam Humfredi *Bobus*
 Comitis Herefordiæ è filia Regis Edwardi I. fi-
 liusque ejus Iacobus ex hoc matrimonio natus
 hinc Comitis Nobilis agnomen apud popu-
 lum reportavit. Iacobus, quintus ex his Co-
 mes (ne singulos persequar) accepit ab Henrico
 VI. titulum & honorem Comitis *Wiltoniæ*. Hic
 Hiberniæ Prorex, ut alij nonnulli ex hac stirpe,
 & Angliæ Thesaurarius, ab Edwardo III. pro-
 scriptus & securi percussus fuit, fratresque ejus
 proscripti latuerunt, donec alter eorum Tho-
 mas gratia Henrici VII. natalibus tandem re-
 stitutus fuit, qui obiit anno 1515. duabus reli-
 ctis filiabus, Anna & Margareta. Hæc marito
 Guilielmo *Bollein* peperit Thomam *Bollein*, quem
 Henricus VIII. primum Vicecomitem *Rochesfort*,
 postea *Wiltoniæ* & *Ormondia* Comitem creavit,
 cum filiam ejus Annam *Bollein* duxisset, quæ An-
 gliæ peperit Elizabetham Reginam grata me-
 moria ab Anglis æternum prosequendam. Tho-
 ma *Bollein* demortuo, Petrus *Butler*, vir magnæ in
 Hibernia potentiæ, è Comitū stirpe, quem Hen-
 ricus

ticus VIII. prius Offeriæ Comitem creaverat,
 Ormondia etiam titulum consecutus est, filioque
 Iacobo reliquit, cui è filia & hærede Iacobi Co-
 mitis Desmonia natus Thomas Comes Or-
 mondia jam superstes, in multis rebus dubijs
 fide spectatissima, qui unicam filiam Theobal-
 do *Butler* fratris filio, quem Rex Iacobus Vice-
 comitem Tullo nuper creavit, matrimonio con-
 junxit.

Hactenus de Provincia Momonia, ad quam
 gubernandam Elizabetha Regina, cum de bonis
 commodisque Hiberniæ prudentissimè rationem
 iniret, Præsidem, qui esset vindex temeritatis,
 & moderator officij, cum Assessore, duobus Iur-
 riconsultis, & Scriba constituit, primumque
 Præsidem Warhamum *S. Leger*, virum Equestri
 dignitate & plurimo in rebus Hibernicis usu
 anno 1565 præfecit.

L A G E N I A, sive L E I N S T E R.

A ltera Hiberniæ pars incolis *Leighnigh*, Bri-
 tannis *Lein*, Anglis *Leinster*, Scriptoribus La-
 tinis *Lagenia*, tora maritima ad Ortum jacet, à
 Momonia Neoro fl. quem multis tamen in locis
 transcendit, à Connachtia aliquamdiu Sineo, à
 Midia suis limitibus terminata. Fertilis & fru-
 gifera est terra, mitissimo cœlo, & incolæ ad
 humanitatem & cultum vicinæ Angliæ, è qua
 magna ex parte orti, quàm proximè accedunt.
 Ptolemæi ætate sedes erat *Brigantibus*, *Menapijs*,
Caucis & *Blanis*. Nunc autem distinguitur in Co-
 mitatus *Kilkennij*, *Caterlogh*, *Queens County*, *Kings*
County,

& Anglicum. Hibernicum quasi suburbium est; & templum illud Canici habet, quod & nomen dedit, & Episcopo Offerienti sedem præbet. Anglicum verò opidum multò est recentius, à Ranulpho III. Cestriæ Comite, ut legi, constructum, mœnibusq̃ne ad Occasum à Roberto Talbotto viro nobili, & castro à *Butleris* firmatum. Inferiùs ad eundem Neorum sedet opidulum munitum Anglicè *Thomas towne*, Hibernicè *Bala Mac-Andan*, id est Opidum filij *Antonij*, utrunque nomen ab extractore *Thoma Fitz Antonij* Anglo, qui floruit sub Henrico III. inditum est, cuius hæredes etiamnum hujus Domini agnoscuntur. Sub hoc *Callan* fluvius in Neorum suas undas evolvit, ad quem ejusdem nominis est tertium hujus Comitatus Municipium, sic quæ vulgus *incorporata opida* dicit, appellare lubet, & *Inis Teog* quartum. *Butlerorum* familia per hunc tractum longè lateque ramos diffudit, suntque in eo nobiliores etiam Anglicæ originis familie sanè quam multæ, utpote *Graces, Walsbes, Louels, Foresters, Shortels, Blanch-fields, Drilands, Comerfords, &c.*

COMITATUS CATERLOGH.

Caterlogh Comitatus, contractè *Carlogh*, ad Orientem Solem Kilkennix Comitatus adnectitur, totus ferè inter *Birgum*, sive *Barrow* & *Slane* flumina interfitus, gleba fertilis. & sylvis satis opacus. Duo habet clarioris notæ Opida, utrunque ad occidentem *Brygi* fluminis ripam, *Caterlogh*, quod mœnibus armare cœpit *Leonellus*

Dux

Dux *Clarentiæ*, & *Bellinghamus* ille laudatissimus Prorex castello communivit: & *Leightin, Leightin*. Latinè *Lechlinia*, ubi Cathedra fuit Episcopalis *Fernens* sedi jam adunata. Vtrumq; suum habet præsidium, & suos qui præfunt Constabularios.

Hinc *Barrow* Baroniam *Ydron* intermeat, quam *Ydron Badiu* à malæ fidei possessoribus occupatam *Petrus ronius*. *Carew* postliminij jure nostra memoria recuperavit.

Ad *Slanam fl. Tullu* cernitur memorandum hoc *Tulla*. nomine, quod *Theobaldum Butler*, Comitæ *Ormondix* è fratre nepotem, titulo *Viccomitis Tullu* honorario nuper adornavit Rex, *Jacobus Cavanaghi* hic circumquaque agunt, qui à *Duvenaldo Dermicij* ultimi *Lagenix* Regis juniore, sive *notho* (ut aliqui tradunt) filio oriundi, in numerosam familiam propagati sunt, viri bellicosi, rei que equestris gloria insignes, & qui antiquam adhuc in summa paupertate spirant nobilitatem. Sed ob nescio quæ invicem homicidia ante multos annos admixta capitali odio diffidentes, per mutuas injurias & clades se quotidie conficiunt. Ex his autem cum Angli quosdam suis in Hibernia possessionibus præficerent, circa *Edwardi II.* tempora regionem sibi usurparunt, & *O More* nomen assumpserunt, confociatisque sibi *Tolis* & *Brenis*, Anglos paulatim è regione inter *Caterlogh* & mare Hibernicum submoverunt.

REGINÆ COMITATUS, sive QUEENES COUNTRY.

Super *Caterlogh* ad Circium expanditur recessiva sylvestris & uliginosa, *Lease* Hiberni-

Thomas towne.

Callan.

Inis Teog.

Caterlogh.

cè, *Queenes County* Anglicè, id est *Reginæ Comitatus*, dicta, utpotè a *Maria Regina* in Comitatum instituta, curante *Thoma Radcliff* *Suffexiæ Comite* Prorege, qui in ordinem redegit. Vnde primum opidum *Maryburgh* dictum, ubi cum suo Seneschallo præsidij agunt, qui se agrè defendunt contra *O Moores*, *Mac-Gilpatrick*, *O Dempfios* & alios, malefica & tumultuosa hominum genera, qui ad Anglos disturbandos, & legum jugum excutiendum nihil non quotidie moliantur,

Maryburgh.

REGIS COMITATVS, sive KINGS COUNTIE.

VT quem dixi *Comitatus Reginæ* in *Mariæ Regina* honorem fuit dictus, ita regiuncula quæ proximè contermina ad Boream *Birgo* interlabente divisa, & quondam *Offalia* dicta, in honorem *Philippi Regis Hispaniarum* ejus mariti *Regis Comitatus* appellatur, & primum opidum *Philips town*, ubi Seneschallus cum præsidio locatus, & Anglici generis Nobiles *Warrenni*, *Herberti*, *Colbeij*, *Mori*, *Leicestrij*, inter Hibernicos *O Cour*, ad quos olim magna pars hujus spectavit, *Mac-Coghlan*, *O Maily*, *Fox* & alij agros à majoribus partes strenuè conservant.

Philips town.

COMITATVS KILDAR.

HIS ad Solem orientem longo tractu prætenditur *Kildariensis* Comitatus, ager ketillimus,

inus, de cujus pascuis *Giraldus Cambrensis* illos *Virgilij* verius usurpat:

*Et quantum longis carpunt armenta diebus,
Exigua tantum gelidus vos nocte reponit.*

Kildaria primum & præcipuum est opidum, ca-
thedra Episcopali ornata, quæ Papalibus literis olim *Darensis* dicta. Sunt etiam in hoc Comitatu melioris notæ *Naas* opidum mercatorium, *Athie* ad *Birgum* flumen, *Mainorb* castrum Comitum *Kildariæ*, è stirpe *Fitz-Giraldorum*, vel ut nunc vocant *Geraldinorum*; sæuè splendida, & rebus gestis longè clarissima, per quam, ut inquit ille, & *maritima Walliæ Angliæ recentia*, & *Hiberniæ moenia* sunt expugnata. Deinde *Castle-Martin* primaria sedes familiæ *Fitz-Eustace*. Clariore quæ hic supersunt familiæ ex *Anglia* etiam stemma deducunt, scilicet *Ougani*, de la *Hide*, *Ailmeri*, *Wallsbi*, *Boiseles*, *Whiti*, *Suttoni*, &c. Atque hi mediterranei sunt *Lageniæ* Comitatus, nunc maritimi sunt adeundi.

Kildar.

COMITATVS WEISFORD.

SVB eo ostio quo *Birgus*, *Neorus* & *Suirus* *Sfororij* amnes se amplexi in Oceanum confociatis aquis conduntur, se exhibet ad Ortum in promontorio quo littus circumagitur *Weisford*, sive *Wexford* Comitatus, Hibernicè *County Reogh*, ubi olim *Menapij* à *Prol.* collocati. In hoc *Reß*.
ad *Birgum* fl. *Reß* urbs ampla floruit, mercimonijs & habitatoribus frequens, ab *Isabella* Comitissis *Richardi Strongbow* filia moenibus magno ambitu armata, quæ solummodò nunc ostendit.

Discordia enim inter cives & religiosos flagran-
te, jam pridem in nihilum ferè recidit. Magis ad

Duncanon. Ortum *Duncanon* præfidiarium castrum flumini
ita impendet, ut naves ne ad *Waterford* vel *Ross*
adeant omnino imperet. Inde ad ipsum flumi-
nis ostium cervix excurrit angusta, quæ editam
turriculam navigantibus præterdit, a Rossensibus
cum sternerent positam, quò tutius ostia
subirent. Parum hinc abest sinuoso in littore

Hierò promantorium. Quod ipsum promontorium *Hieron* id est
Sacrum vocat *Ptolemæus*, & eadem significatio-
ne ab incolis etiam vocatum fuisse non dubita-
rim. Ejus enim extremum vadium, ad quod
Angli primam excensionem in hanc Insulam fe-
cerunt, *Banna*, quod *Sacrum* sonat, lingua patria
vocarunt. Ab hoc Sacro Promontorio littus in
Ortum obversum ad Septentrionem longo tra-
ctu procurrit, cui vadosa objacent in mari loca
navigantibus infidiosa, quæ Nautæ *The Grounds*

*The
Grounds.*

vocant. Hic *Modonam* fl. & ad ejus ostium *Mena-
pian* urbem statuit *Ptol.* quæ ita suis nominibus
exciderunt, ut aliquid lucis in tantis tenebris
elicere planè diffidam. Verumenimverò cum
unum solummodo flumen hoc loco se effundat,
quod Comitatum quasi medium interfecat, &
nunc *Slane* dicitur, & ad ejus ostium, ubi sta-
gnat, urbs sit Germanico nomine *Weissford*, toti-
us Comitatus caput, & *Slane Modonam*, &
Weissford Menapiam fuisse, confidentius conje-
ctarim, eoque magis, quod hoc nomen sit rec-
centius, nimirum Germanicum, & ab illis Ger-
manis impositum, qui *Ousmanni* Hibernis appel-
lantur. Cæterum non primæ magnitudinis Urbs
est,

est, sed cum primis memoranda, quod prima
totius Hiberniæ in Anglorum fidem, *Stephani-
de Duce* fortissimo oppugnante, se contulerit,
Anglorumque facta fuerit colonia. Unde totus
ager Anglis est refertissimus, qui Anglorum an-
tiquo vestitu & idiomate etiamnum utuntur, ita
tamen ut Anglo-Hibernicè planè loquantur. *Slane*
flumini imponitur *Eniscort* municipium, & in-
terius ad eundem *Fernes* dignitate Episcopali so-
lummodo clara, quam *Giraldidæ* castro olim
communierunt. Iuxta ultra *Slanam* agitant *Ca-
venaghi*, *Donelli*, *Montaghi*, *O Moori* Hibernici, in-
genio turbulenti, & inter eos *Smotti*, *Roches*, *Pep-
pardi* Angli. Cis *Slanam* nominatissimi *Vicecomi-
tes* *Mont-garret*, item *Devreuxij*, *Staffordi*, *Che-
vers*, *Whites*, *Forlonghi*, *Fitz-Harris*, *Browni*, *Hores*,
Hajes, *Cordes*, *Mayleri* Anglici seminis & sanguini-
nis, ut ex plebe plerique.

CAVCI.

CAuci, quæ item gens erat maritima Ger-
maniæ, proximè *Menapios* habitarunt, non
eo intervallo quo in *Germania* diffiti. Horum
fuit maritima illa regio, quam *O Toli* & *Birni* Hi-
berniciæ familiæ incolunt, homines scelere &
sanguine pasti, quietis impatientes, & qui loco-
rum præsidio freti, animo sunt erga leges per-
vicaci, erga Anglos implacabili. Ad quorum
audaciam comprimendam, ut hæc regionoule in
Comitatus formam redigerentur, seriò agita-
tum fuit anno 1578. & in sex Baronias limiti-
bus constitutis descriptæ sunt, quæ Comitatum
de

Archlo.

de *Wicklo* vel *Archlo* constituerent. Præcipui enim nominis hic locus est, castrumque Comitum Ormondiaë, qui se *Dominos de Arklo* inter titulos honorarios scribunt.

COMITATUS DVBLINENSIS,
THE COUNTY OF DUBLIN.

VLtra Cancos egerunt *Eblani*, ubi nunc *Comitatus Dublinensis*, qui ab Ortu mari Hibernico totus alluitur, ab Occasu Comitatu *Kildaria* definitur, ab Austro regiunculis *Oatorum* & *Birmorum*, & quas *Glinnes* dicunt conjungitur, à Septentrione Comitatu *Midia* & *Nanny* rivulo terminatur, gleba ad fruges fertili, & quæ lætissima profundit pabula, omnium animantium genere, quæ venari & aucupio ad cibum capiuntur, abundans; sylvis plerumque ita nuda, ut cespites bituminoso, vel fossili ex Anglia carbonese plerumque uratur. In Australi parte, quæ incultior, & dorso satis nemoroso hinc inde exurgit, cui valles *Glinnes* appellatæ subsident, cavæ & arboribus opacæ, omnia infestant perniciosæ duæ tribus *O Toles* & *O Birnes*. *Glandilough* Episcoparus inter has valles cernitur, sed desolatus, ex quo Archiepiscopatu Dublinensi fuit adjunctus. Cætera hujus Comitatus incolis & opidis sunt refertissima, Provinciisque Hiberniæ reliquis diviti cultu ac quodam peculiari nitore præcellit, & in quinque distinctus est Baronias, scilicet *Rathdown*, *Newcastle*, *Castle-knoc*, *Cooloc*, & *Balrodry*, quas tamen, quod velim, sigillatim percurrere non possum, cum earum

Glandilough.

metæ sint mihi minime notæ. Oram igitur tantum maritimam primum legam, & deinde ut fluminum decursus me ducunt, interiora invisam, nec enim ulla hujus pars xx. mill. pass. littore abest.

Primo se exhibet hac in ora, ut à Meridie incipiam, *Wicklo*, ubi portui angusto impendet *Wicklo*. rupes firmis mœnibus inclusa pro castro, cui, ut nonnullis alijs hujus Regni castris, auctoritate Parliamentaria nemo nisi patione Anglus præfici potest Constabularius, quia reipublicæ malo, Hibernici qui præfuerunt, & malè defendebant, & incarceratos evadere quadam conniventia permiserant. *New-castle*, id est *Novum Castellum* inde è colle mare prospicit, videtque pulvinos arenarios, *The Grounds* vocant, longo tractu prætentos, inter quos tamen & litus aqua septem orgijs alta perhibetur. Quà *Bray* fluvio-lus paulò superius mare subit, *Oldcourt* cernitur, *Oldcourt*. possessio Wallensium, sive *Walshes de Caryckman*. Proximum huic est *Powers court*, olim, ut ex nomine videre est *Pœriorum*, amplum sanè castellum, donec *Tirlaugh O Toole*, cum defecisset, subrueret. A *Bray* ostio litus, ut sinum admittat, se inflectit, & ad ipsum cubiti flexum Insula *S. Benedicti*, quæ ad Archiepiscopum Dublinensem spectat, objacet. Hic sinus *Dublin Haven* dicitur, *Eblana*, in quem *Liffius* aquas suas invehit nobilissimus *Dublin*. hujus Comitatus fluvius. A cujus ostio ad septimum milliare sedet, quam præ cunctis Hiberniæ urbibus fama loquatur, urbs illa quam *Prolemæus Eblanam* dixit, vos *Develin*, Latini *Dublinium* & *Dubliniam*, Cambro-britanni *Dinas Du-*
lin,

metæ

lin, Saxones olim *Duffin*, & Hibernici *Balac leigh*, id est *Opidum super crates*, subjectis enim in palustri loco cratibus conditum affirmant, uti Hispaniam Hispaniæ, quam sic nominatam tradit Isidorus, quod in palustri solo suffixis profundo palis sit locata. Regia hæc Hiberniæ urbs est,emporium nobilissimum, & primæ justitiæ forum, mœnibus validum, ædificijs splendidum, civibus frequens. Situm habet amœnum in primis & salubrem. Ad Austrum enim surgunt montes, ab Occidente patent campi, ad Ortum mare propinquum cernitur, *Liffis* fl. ad Boream defluens navibus stationem præbet securam. Ad flumen positi sunt *Kajj* (quos nostri vocant) hoc est Cancelli, siye Crepidines, quorum objectu aquarum impetus cohiberi possit. *Cajare* enim apud veteres erat cohibere, coërcere, compescere: quemadmodum à doctissimo † Scaligero notatum est. Mœnia hinc firmissima è lapide structa protenduntur, aggeribus etiam ad Austrum munita, quæ sex portis patent, longioribus inde procurentibus suburbijis. Ad Ortum porta est *Dammenfis*, & juxta Castrum eminet Regium, fossis, turribus, armamentario munitissimum, ab Henrico *Loundres* Archiepiscopo circa annum 1220. extracto. In Orientali suburbio, juxta Ecclesiam S. Andreae Apostoli, Henricus II. Anglorum Rex, ut refert Hovedenus, *Palatium sibi regium curavit erigendum, miro artificio de virgibus levigatis ad modum patriæ hujus constructum*. Collegium hinc pulcherrimum è regione spectatur (quo loco olim omnium Sanctorum Monasterium visebatur) Sanctæ & individuae Trinitatis nomini

consecratum) quod ad ingenia melioribus litteris excolenda à felicissimæ memoriæ Elizabethæ Regina Academicis donatum privilegijis, insignique nuper instructum Bibliotheca, spem ostendit non exiguam ad Hiberniam (quo veluti ad mercaturam bonarum artium confluerunt aliquando exteri) & religionem & politiores omnes disciplinas, tanquam ad avitum hospitium, postliminiò reverfuras. Borealis porta ad pontem aperitur, opere arcuato è vivo saxo à Rege Joanne constructum, qui *Oustman Towne*, id est *Oustmannorum opidum* cum urbe conjungit. Hic enim *Oustmannos*, quos de Norwegia & Insularum Borealium partibus advenisse author est Giraldus, circa annum salutis 1050. sedes posuisse produnt Annales. Ad Occidentalem urbis plagam sitæ sunt duæ portæ, *Ormonds gate*, & *Newgate*, seu *Nova porta*, (quod publicum est ergastulum) quæ ad longissimum suburbium ducunt, quod S. Thomæ dicitur, ejusdemque nominis magnificentum Cœnobium, *Thomas Court* dictum, ampllissimis olim redditibus à Rege Henrico II. ut cædem Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi expiaret, fundatum & locupletatum. Ad Austrum porta patet Paulina, & quæ à S. Nicolao nomen habet, ad Patricianum suburbium præbens aditum, in quo situm Dublinensis Archiepiscopi Palatium, Sancti Sepulchri nomine notum, Templumque amplissimum S. Patricio sacrum, opere intestino, pavementis lithostrotis, testudine è saxo concamerata, turri que præcella conspicuum. Hæc Ecclesia nostris temporibus Decanum, Præcentorem, Cellarium,

cellarium, Theſaurarium, Archidiaconos duos, & Præbendarios XXI. ſuſtentat. Eſt & altera Cathedralis Eccleſia in urbis medietullo poſita, quæ S. Trinitati conſecrata, Templum Chriſti communiter dicitur. Ad Auſtralem hujus partem Prætorium è ſaxo quadrato conſurgit, *Toleſtate* dictum: ubi cauſæ à Prætorè urbano cognoscuntur, frequentesque civium aguntur conventus. Dublinia immunitatibus etiam gaudet multis. Olim pro ſummo Magiſtratu Præpoſitum habuit, ſed anno reparatæ Salutis 1409. ut *Major* & duò *Ballivi* quotannis eligerentur, conceſſit Henricus III. utque gladius deauratus Majori in perpetuum præferatur. *Ballivos* autem poſteà in *Viccomites* Edwardus VI. commutavit. Nec quicquam deeſt quod in florentiſſima Vrbe deſideres, niſi quod portui ita officit arenofus cumulus reciproco maris meatu in Liſſij oſtium aggeſtus, ut navigijs majoribus, niſi accedente æſtu, impar ſit ſubvehendis.

Houth. Vbi Liſſius fl. in mare ſe condit, *Houth* mari ferè circumfunditur, à qua Nobiles de *S. Laurence* cognominati, qui ibi habitant, Barones de *Houth* nominantur. Parumque hinc abeſt *Milehid* Dominis ſuis *Talbotis* ex Anglia oriundis nobilitata. Interiùs Dublinienſibus adjacet ad Aquilonem *Fingall*, id eſt, ſi ex Hibernica lingua interpretetur *Gens exterorum*, Anglos enim *Gall* quali exteros, & *Saiſſones* quali Saxones appellant, cultiſſima regiuncula, & quali hujus Regni horreum; tantam frumenti vim quotannis ſuppeditat. Certatque quodammodo tellus cum agricolarum laboribus, quæ alibi per hanc Inſulam neglecta

neglecta & inculta de ignava incolarum deſidia graviffimè conqueri videtur. Diſſeminatæ ſunt paſſim per hanc Comitatum clariffimæ ex Anglica ſtirpe deductæ familie, ſcilicet, præter eas quas memini, *Plunketti*, *Barrwelli*, *Ryſſelli*, *Talboti*, *Dilloni*, *Nettervilli*, *Holywoodi*, *Lutcerelli*, *Barnelli*, *Fitzwilliams*, *Gouldinghi*, *Uſheri*, *Cadlei*, *Fingali*, *Sarſeldi*, *Blacknei*, *Crucei*, *Baſhi*, &c.

MIDIA SIVE METH.


AGer reliquis *Eblanorum* olim Regnum fuit, & quinta Hiberniæ portio, quam patrio vocabulo *Meth* dicunt, Angli *Meithe*, *Giraldus Midiam* & *Mediam*, forſitan quod ſit in ipſo Inſule medio. *Vmbilicum* enim Hiberniæ *Kil-Lair*, in hac parte caſtrum, quod videtur eſſe *Prolemæi Laberni*, perhibent, ipſumque nomen non aliud innuit. *Lair* enim Hibernica lingua *medium* ſignificat. Hæc ab Hibernico mari ad *Sineum* uſque flumen protenſa jacet: Quo ad glebam (ut inquit *Bartholomæus Anglicus*) *fertiliſ in frumeto paſcus & armentis, abundans in piſcibus, carnibus, & alijs victualibus butyri & caſei atque lactis, fluminibus eſt irrigua. Aspectum habet delectabilem, aërem ſalutarem. Quo ad ſylvas & paludes, in ejus extremitatibus habet aditum valde fortem, & ideo propter populi multitudinem, caſtrorum & opidorum, fortitudinem.* CAMERA vocatur Hiberniæ vulgariter præter pacem. Patrum memoria, cum regio amplior eſſet, quam ut ab uno *Viccomite* administrari poſſet, & ut juſtitia faciliùs exerceretur, in duas partes, ſcilicet

licet Comitatum *Midia*, & Comitatum Occidentalis *Midia*, publico Ordinum regni Conyentu anno 38. Henrici VIII. fuit dispartita.

COMITATVS METH.

Comitatum *Meth* à meridie *Kildariensis* ager, ab Ortu *Dublinensis*; & mare, à Septentrione *Louthensis*, & ab Occasu Comitatus *Westmeth* circumcingunt. Totusque est in xviii. Baronias divisus, scilicet *Duileke*, *Scrine*, *Slane*, *Margallen*, *Navan*, *Kenles*, medietatem Baronie de *Forver* juxta *Kenles*, *Killalon*, *Demore*, *Klove*, *Moylagh*, *Logherne*, *Oldcastle*, *Lwyn*, *Moyseurraghe*, *Deefe*, *Rathouth* & *Dunboyn*.

Boyn, *Ptolemæo Boninda*, *Giraldo Boandus*, fluvius nobilis è Septentrionali latere Comitatus Regij fontes aperiens, hunc interfluit. In citeriori parte cis *Boyn* memoratu digna sunt *Galtrim*, ubi familiæ *Halseiorum* jamdiu habitavit; castrum *Killin*, & *Dunfany*; quæ suos habet Barones Parliamentarios, antiqua nobilitate claros è familia *Dunfany*, *Plunketorum*. Trans *Boyn* sunt *Trimleystoun*, quæ suum habet Baronem è familia de *Barnwell*; *Gormanstoun*, quæ suos habet Vicecomites honorarios os benè de repub. meritos è familia *Prestonorum*, & *Slane*, quæ iidem suos ostendit Barones è familia *Flemingorum*, & inter illos est *Aboy* frequens mercatus. At *Boyne* si. cum jam præterlapsus est *Glan-Ioyes*, id est tertiam fluviorum *Georgij*, *Trim* subluit, melioris notæ emporium. *Navan* inde præterfluit, quæ habet Baronem, sive Baronetum, sed non Parliamentarium, & Episcopo



Diœcesios plerunquæ præbet domum, qui nullam habet jam Cathedralẽ Ecclesiã, sed omnia agit assensu Cleri Midenfis. Ad *Cluanarard*, quod & *Clunart*, sedisse videtur: nam in Apoftolicis litteris legitur Episcopus *Midenfis*, sive *Cluanarardensis*. Maximo honore & nomine in hoc Comitatu, præter eos quorum jam meminimus, habentur *Darcij*, *Cusaki*, *Dilleni*, *Birminghami*, *De la Hide*, *Netervilli*, *Garvij*, *Cadelli*, & alij, quos mihi non fit fraudi recitare, vel hos vel alios alibi non suo, pro dignitate, ordine recensere.

COMITATUS WESTMETH.

Comitatus *Westmeth*, id est Occidentalis *Midia*, Cratone alterius quam dixi, cui ad Occasum conjungitur, nomen sortitus, ad *Shanon* fl. pertingit, inter *Regnum Comitatum* ab Austro, & *Longford* Comitatum ab Arcto interpositus. Quibus nec soli fertilitate, nec alia re quavis, nisi forsã vitæ cultu, lubens concedit. Autoritate Parliamentaria *Molingar*, quod quasi in medio jacet, caput & primum Comitatus opidum constitutum fuit, & tota Regio in duodecim Centurias sive Baronias distincta, scilicet *Fertulog*, ubi *Tirelli*, *Ferbille*, ubi *Darcij* incolunt; *Delvin*, quæ clarissimam *Nogentorum* ex Anglia familiam Baronis Parliamentarij titulo exornat: *Fourria* deinde & *Corkerij*, ubi *Nogenti* etiam agunt; *Moyssel*, ubi *Tuti* & *Nogenti*; *Maghertiernan*, ubi *Petti* & *Tuti* plurimi; *Moygoisij*, ubi *Tuti* & *Nangli*; *Rathcomire*, ubi *Daltoni*; *Maguirquirke*, ubi *Dilloni*, omnes Anglica stirpe; *Clonolan*, ubi *O-malaglini*,

glini, è Regum *Midia* stirpe; & *Moyssel*, ubi *Mag-O-higans* meri *Hibernici* rerum potiuntur, alijque quorum nomina barbarum quiddam strepunt, quæ tamen *Hibernici* malunt quam Anglica, adeò ut è magnatibus quidam dixerit, se nullo modo Anglicam linguam velle didicere, ne Anglicè loquendo os sibi distorqueretur.

COMITATUS LONGFORD.

Midia Occidentali ad Septentriones jungitur Comitatus *Longford*, in hunc numerum providentia *Henrici Sidneij* Proregis paucos ante annos redactus. Hic *Anale* prius dictus, à numerosa gente *O-pharoll* colitur, è qua duo sunt Dynastæ; alter ad Austrum, dictus *O Pharoll Boy*, id est *Flavus*, alter ad Septentriones *O Pharoll Ban*, id est *candidus*, imperitat: Angli autem inter eos admodum pauci, & illi jam pridem ingressi.

Hunc Comitatum præterlabitur *Sineus* flumen *Sineus* fl. totius *Hibernia* nobilissimus, *Ptolemæo Senus*, *Orosio Sena* & *Sacana*, *Giraldo* flumen *Senens*, ac *Macolicum* colis verò *Shanon*, id est, ut alij interpretantur, *Flumen antiquum*. E *Therne* montibus in Comitatu *Letrim* effunditur, continuoque secans in Meridiem agros, postquam unum & alteram lacum diffudit, intra margines se colligit, & *Macolicum*, nunc (ut eruditissimus Geographus *G. Mercator* observavit) *Male*, cujus meminuit *Ptolemæus*, invisit, statimque ab altero spatioso lacu excipitur (*Lough Regith* appellant) cujus no-

Rigia,

men & situs *Rigiam* urbem, quam Ptol. eo loci statuit, non procul abfuisse quodammodo subinnuit. Vbi verò lacum hunc prætervectus intra ripas se colligit, *Athlon* opidum illi insidet, de quo suo loco. Inde verò superata ad *Killoloc* cataracta, de qua mox dicendum, maximarum navium capax diducto alveo *Limiricum* urbem amplectitur, de qua jam diximus. Hinc per 60 plus minus milliaria rectus, grandis & insulosus in Occasum properat, & ubicunque reciprocante æstu fit vaduosus, præfidiaria castellula ad cohibendos prædonum transitus majorum cura disposita fuere. Demumque in Oceanum Occidentalem vasto ostio ultra *Knoc Patric*, id est *Patricij collem* evolvitur.

† *Alijs*
mare Bre-
tanicum.

CONNACHTIA.

Pars quarta Hiberniæ, quæ Occasum respicit, Sinei fluminis emissario ex *Erne* lacu, & Oceano Occidentali inclusa, Giraldo Cambrensi *Connachtia* & *Conacia*, Anglis *Conacht*, Hibernicis *Conachty* dicitur. Hanc antiquitus, ut apud Ptol. videre est, *Gangani*, qui iidem *Concani*, *Auteri* & *Nagnate* infederunt. *Concani* illi sive *Gangani*, ex nominis affinitate & locorum vicinitate à *Concanis* Hispaniæ deducti videantur, quos origine *Scythas* fuisse, sanguinemque equinum potasse (quod non insolens jam pridem lylvestribus Hibernicis) testatur *Silius*.

Et qui Massogetem monstrans feritate parentem,

Corripedis fusa satiaris Concane vena.

Cæterum regio, ut alicubi læta & ferax, ita sub-
uyidis



uidis quibusdam locis, herbidis tamen, quos à mollitie *Bogbes* appellant, ut reliqua passim Infula, periculosa, & sylvis opacioribus & crebrioribus condensa. Ora autem maritima multis sinibus & navigabilibus alveis accolas ad navigationes quodammodò inuitat, sed in nata defidia dulcedo ita detinet, ut ostiatim maline victum querere, quam honestis laboribus paupertatem repellere. Hodie distribuitur in hos Comitatus *Twomond* sive *Clare*, *Gallway*, *Mayo* & *Slego*, *Letrim* & *Roscoman*.

TWOMOND,
SIVE COMITATUS CLARE.

TWOMOND, sive *Twomond*, Giraldo *Thuctmonis*, Hibernicis *Towoun*, id est *Septentrionalis Momonia*, quod, quamvis ultra Sineum fl. jaceat, *Momnia* tamen olim pars habitata fuerit, grandiori promontorio & sensim tenuato in mare projicitur. Ab Ortū, uti & Austro, flexuoso Sinei fluminis meatu, ab Occasu Oceano aperto ita conclusa, & à Septentrione Gallovidiæ Comitatus attingens confinia, ut nullus terrestri itinere, nisi per regionem *Clan-Rikard*, pateat accessus. Regio, in qua nec à salo nec à solo quicquam desideres, si modò accolarum accederet industria, quam olim excitarunt Robertus de *Muscogros* nobilis Anglus, Richardusque & Thomas *Clare*, juniores filij è Comitum *Glocestria* stirpe, quibus Rex Edwardus I. hunc agrum concesserat, opida extruendo, & in civilis vite

societatem

advocando, à quorum nomine opidum primarium *Clare*, quod nunc habitatio Comitū *Twomondia*, & inde totus tractus *Clariae* Comitatus denominatur. Celebrioris notæ & nominis loca sunt *Kiffennicrag* & *Killa-loc*, sive *Laonensis* sedes Episcopalis, in Provinciali Romano *Ladenfis* dicta, ubi rupes in medio Sinei fluminis *Clare*, de qua aquæ magno cum strepitu dejectæ riuunt, quæque objectu suo impedit, quò minus ulterius navigia deferat, nam si excinderetur, vel canalis circumduceretur, multò longius navigijs in magnum accolarum usum subvehendis par esset. Haud procul à Sinei ripa sedet *Bunraty*, cui Robertus *Muscogros* jus mercatus & nundinarum ab Henrico III. impetravit, qui etiam castro munit: & ad VII inde milliare *Clare*, primarium conspicitur opidum ad recessum è Sineo Infulis frequentem, quæ duo sola sunt hic emporiola. Anglorum plurimi, qui huc olim in Colonias deducti, vel excisi sunt, vel degenerarunt. Rerum verò hodie potiuntur ex Hibernica origine *Mac-Nemors*, *Mac-Mahon*, *O Loughton*, & longè potentissimi *O Brieni*, qui à veteribus *Conachtia* *Regulis*, vel, ut ipsi ferunt, ab Hiberniæ Monarchis prognati. Ex his *Murchardus*, sive *Moyogh* *O Brien* primus fuit *Twomondia* Comes ab Henrico VIII. ad vitam creatus sibi & nepoti Donato, sive *Donogh*, ut illi vocant, qui in Comitatu successit. *Connogherus* Donati filius, tertius fuit Comes, & pater Donati jam Comitatus quarti, qui fidem & fortitudinem Principi & patriæ egregiè probavit.

Cataracta.

Bunraty.

Clare.

Comites
Twomondia

COMITATUS GALLWAY.

Galloway Comitatus ab Austro Claria est confinis, ab Occasu Oceano, à Septentrione Maio Comitatus, & ab Ortu Sineo siue *Shannon* flumini. Terra colono gnavo admodum grata, nec minus pastori. Occiduum littus aestuariatis lancinatum insulis virentibus & aspersis rupibus serie quadam dispositis prætexitur, inter quas Insulæ quatuor *Ayræ* dictæ Baroniam constituent, & fabellis quasi Insulæ viventium famigerantur. Interius lacus *Corbes*, ubi *Ausoba* fluvius à Ptol. statuitur, xx. plus minus mill. pass. longitudine. 3. vel 4. latitudine fusus, navigabilis, & terecentum Insulis graminosis & piniferis distinctus, proximè mare in angustias artatus, *Galloway* subluit, Hibernicè *Gallve*, nescio an à Gallæcis Hispaniæ nominatam. Hæc urbs est hujus Provinciæ facillè prima, & quæ tertijs in Hibernia vix acquiescit. Elegans sanè, & solido saxo, forma ferè orbiculari, constructa, & satis turrita, sedeque Episcopali clara, quæque portus & stationis subjectæ, quam dixi, beneficio mercatoribus frequens diversas opes terræ marisque facili & quaestuosio permittet commercio. Vix quatuor hinc miliaribus abest *Knoc-toe*. *Knoc-toe*, id est *Collis securium*. Vnde ad Ortum haud multum abest *Aterith* (in quo *Auterorum* nominis supersunt vestigia) vulgò *Athenry*, magno mœnium ambitu circumdata, sed raris habitatoribus. Insigniores Hibernicorum tibus in hoc Comitatu sunt *O-Kelleis*, *O-Maldyn*, *O-Flairtes*, *Mac Dervis* &c. *Clan-Rikard*, id est, *Filij* vel *Tribus*

*Galloway.**Knoc-toe. Aterith.**Clan-Rikard.*

Tribus Rikardi, siue *Terra filiorum Rikardi* huic Comitatus accensetur, quæ nomen à *Richardo* quodam sumpsit ex Anglica familia de *Burgo* dicta, è qua *Vlickum* de *Burgo* *Henricus VIII* Comitem *Clan-Rikard* creavit. Huic natus *Richardus Comes* secundus: cui successit filius *Vlickus Comes* tertius, pater *Richardi Comitis* quarti, cujus fides firma & singularis fortitudo rebus Anglorum in Hibernia maximè inclinatis magna cum laude eluxit. In hac regione est Archiepiscopalis sedes *Toamensis*, cui *Enaithuensis*, *Duasensis* & *Maiensis* Episcopi hodie colligantur. Episcopatus etiam *Kilmacough*, necnon *Clanferrensensis* hac in parte collocantur, & ut accepi, *Toamensi* Cathedræ conjunguntur.

Comites Clan-Rikard.

COMITATUS MAIO,

Maiò Comitatus occiduo Oceano pulsatus, Comitatus *Galloway* à Meridie, *Roscoman* ab Ortu, & *Slego* ab Aquilone circumscriptus jacet. Regio fertilis & amœna, pecore, damis, accipitribus & copia mellis abunde dives, nomine à *Maiò* urbecula Episcopali facta; sed sedes illa Episcopalis Metropoli *Toamensi* jam adnectitur, & vicini respiciunt Episcopum de *Killaley* in Baronia *Tir-auley*. Incolis autem quàm opidis Comitatus hic est celebrior, qui aut Hibernicæ sunt originis, ut *O Mailies*, *Joies*, *Mac-Valdis*: aut Scoticæ ex Hebridibus Insulis, & è tribu *Donelli*, unde *Clan-Donelles* vocantur omnes Galloglasij, olim à seditiosis huic evocati, & agris

Maiò.

& agris donati: aut Anglicæ, ut *Burki*, five de *Burgo*, *Iordani*, *Nanghli* de *Castlough*, *Prendergest* de *Clan-Moris* &c.

COMITATUS SLEGO.

Superius Comitatus *Slego* adjacet, benigna pascendis pecoribus fecunditate, totus etiam mari obversus, quem ad Boream *Trobis* fl. *Ptolemæo Ravius*, ex *Erno* lacu emissus, ab *Ultonia*: à vicinis Comitatibus *Letrim* & *Roscoman* *Curlew* montes difficiles separant, *Succis*que annis interdividit. *Libniam* etiam fluvium in hoc tractu locat *Ptol.* quem ad suam *Dubliniam* modo reduximus, sed locus quem designat *Geographus* nunc *The Bay of Slego* vocatur, portuosa statio sub *Slego* primario hujus Comitatus loco, ubi castrum, quod nunc sedes familiæ *O Conor*, qui hinc de *Slego* denominati. Post *O-Coneros*, *O-Don*, *O-Haris*, *O-Ghar*, *Mac Donagh* in hoc agro sunt nominatissimi.

COMITATUS LETRIM.

Comitatum *Slego* ad Orientem Solem claudit *Breaty*, possessio antiquæ familiæ *O Rork*, quæ genus retulit ad *Rothericum* Hiberniæ Monarcham, cujusque latifundijs ob rebellionem Coronæ adjudicatis, hæc a *Ioanne Perrott* Prorege Comitatus fuit constitutus, & *Letrim* à primario opido nuncupatus, qui totus montibus assurgit luxuriosè graminosis, totque pascit pecora, ut angusto illo quo circumscribitur spatium,

tio, uno tempore supra centum viginti millia pecorum capita numerarit. In hoc *Achoury* est *Episcopatus*, qui fedi *Elphensij* jam adunatus, & *Sineus* five *Shanon* princeps fluviorum Hiberniæ hinc originem ducit. Primariæ familiæ sunt *O-Rork*, *O-Murreies*, *Mac Lochleims*, *Mac Glanchies*, & *Mac Granelles*, omnes puri puti Hibernici.

COMITATUS ROSCOMAN.

Sub Comitatu *Letrim* ad Meridiem subjacet *Roscoman* Comitatus ab *Henrico Sidney* Prorege institutus, angustiori sed longiori spatio inter *Succum* fl. ab Occasu & *Sineum* fl. ab Ortu interclusus, & à *Septentrione Curlew* montibus conclusus. Terra est in planitiem plerumque porrecta, fertilis, & quæ numerosa pascit armenta, adhibitæque mediocri cultura fruges benignè profundit. Quæ *Septentriones* spectat *Curlew* montes prærupti eminent & impervij, donec via *Georgij Binghami* cura difficili labore fuit excisa. In hoc Comitatu quatuor censentur *Baroniæ*, *Boile*, ubi *Mac Dermot* quasi rerum potentiuntur: *Balin-Tober*, ubi *O Conor Dun* plurimum potest, cui adjacet *Elphen* sedes *Episcopalis*: *Roscoman* *O Conovi Roo*, id est *Rusi* *Baronia*, in qua est *Opidum* totius Comitatus primarium, *Castro* à *Roberto Vssford* Hiberniæ *Iustitiaro* olim munitum: & magis ad *Austrum* *O Kelliorum* *Baronia Athlone*, à præcipuo *Opido* denominata, quod suum habet *Castrum* & *præsidium*, & *pontem* è vivo saxo pulcherrimum, quem magno *seditionum* terrori *Elizabetha Regina*, *Henrico Sidney*

Slego.

Letrim.

Roscoman.

Athlone.

neio

neio Hiberniæ Prorege curante, nostra memoria confluxit, cum cogitaret eo loco, utique totius Hiberniæ ad seditiones cohibendas opportunissimo, Proregis sedem constituere.

Connachtia
Domini.

Guilielmus filius Adelmi, cujus posterum de Burgo Latine, & *Burkvel Bourk* Hibernicè vocantur, Robertus *Museegros*, Gilbertus de *Clare* Comes Glocestrensis, & Guilielmus de *Birmingham* primi Anglorum hanc regionem perdomuerunt, & ad humanitatem imbuerunt. W. Burkus verò, sive, de Burgo, & ejus posterum totius Connachtia Domini appellati hanc Provinciam cum Ultonia diu summa tranquillitate administrarunt, & opimos reditus collegerunt. donec unica Guilielmi de Burgo filia Connachtia & Ultonia ex affe hæres elocata fuit Leonello Clarentiæ Duci Regis Edwardi III. filio. Cum autem ille in Anglia ut plurimum haberet, & qui illi successerunt Mortuomarij patrimonium in Hibernia negligentius haberent, Bourk affines, quos illi suis terris præfererant, Dominorum absentia & turbulentis in Anglia temporibus freti, contempta legum autoritate, inita cum Hibernicis societate, & contractis nuptijs, universam ferè Conachtiam sibi occuparunt, & paulatim degenerantes, Anglico culta deposito, Hibernicos mores induerunt.

VLTONIA, sive VLSTER.

Quicquid terrarum ultra Boyni fluminis ostium, Midiam, Comitatum Longford, & Rayij fluminis ostium ad Septentriones protenditur,



ditur, pars quinta Hiberniæ censetur, & Latinis *Vltonia* atque *Vlida*, Anglis *Ulster*, Hibernicis *Cui Guilly*, id est Provincia Guilly, Cambro-britannis *Ulru* appellatur. Quam universam Prolemaei ætate incoluerunt *Voluntij*, *Darni*, *Robogdij* & *Erdini*. Regio ampla, multis & immentis stagnis interfusa, immanibus sylvis umbrosa, alicubi ferax, alicubi macra, viriditate tamen ad aspectum ubique jucunda, & pecoribus passim operta. Sed ut regio sine subactione inhorrescit, ita incolarum ingenia sine humaniori cultura maximè efferrantur. Ut tamen in officio continerentur, qui omnia juris, pudoris & officij repagula perfringere solebant, pars ejus citerior in tres Comitatus, *Louth* scilicet, *Down*, & *Antrimme*, olim divisa erat, & nunc reliqua in septem Comitatus novos dividitur, videlicet *Cavon*, *Fermanagh*, *Monaghan*, *Armagh*, *Colran*, *Tyr-Oen*, & *Donegall*; sive *Tir-Conell*, provida cura Joannis *Perrotti* Præregis, qui vir sanè magnus, clarus, & animorum Provinciæ gnarus, omnes *Vltoniæ* Dynastæ eò perduxit, utlibenter ditones suas in Comitatus dividi, & Vicecomites, qui præsentem admitti perperissi fuerint.

COMITATUS LOUTH.

Comitatus *Louth*, Hibernicè *Iriel* sive *Vriel* (si illa non sit potius pars hujus agri) ultra *Midiam* & *Boyni* fluminis ostium mari Hibernico obversus, satis flexuoso littore in septentriones procurrit, solo pabuloso, & adeò feraci, ut agricolarum impendijs facilè respondeat. Iuxta

Boyni

Boyni ostium sedet *Drogheda*, Anglis *Tredah*, ele- *Tredah*,
gans frequensque opidum, à ponte appellatum,
& *Boyno* interfluo divisum, cui jus mercatus
& mundinas concessit Rex *Edwardus II.* mul-
tasque & magnas libertates Reges confirma-
runt, & inter alia *Officinam Monetariam*. Huic
vicinum *Melli-fons* Monasterium, quod *Edwar-* *Melli-fons*
do Moro Equiti aurato bene domi bellique me-
rito Regina *Elizabetha*, cum Religiosi jam an-
tea essent exturbati, donavit. *Ardeh* ad septi- *Ardeh*.
mum hinc milliari fatis notum est opidum
mediterraneum, & supra *Dundalk*, portu com- *Dundalk*.
modo & mœnibus olim validum. Vnde octavo
milliari abest *Carlingsford* portus etiam satis cele- *Carling-*
bris. Nec alij, quod sciam, loci hoc in Comita- *ford*,
tu sunt memorandi. Superfunt autem in eo *Ver-*
doni, *Tati*, *Clintoni*, *Bellew* sive *de Bella* *Aqua*, *Dow-*
dalli, *Garsoni*, *Hadsori*, *Wottoni*, *Brandoni*, *Mori*, *War-*
reni, *Chamberlani*, & alij ex Anglico genere quam
plurimi, ex Hibernico *Mac-Mahoni* &c.

COMITATUS CAVON.

IN Occasû proximè adjacet *Cavon* Comitatus;
olim dictus *Breany Orientalis*, habitatio gentis
O-Reiley, quæ se ex Anglica *Ridleiorum* vendicat
origine, cum vitæ instituto merè sit Hibernica.
Hæc gens in primis non ita pridem equitatu va-
luit, sed quo minùs valeat, prudentia *Henrici*
Sidneij eorum ager in septem divisus est *Baro-*
niæ, quarum Domini ex illa familia immediate
jûre clientelari eas à Corona Angliæ tenerent.
Castellulis non opidis sparsim habitant, *Episco-*
*pum*que

pumque suum habent, & illum quidem tenuem, cujus sedes ad *Kilmore*, sed tamen non perinde ille tenuis, ac Episcopi illi Hibernici, qui non alios habuerunt reditus quam tres vaccas lactantes, quas in defectu lactis Parochiani per alias innovabant, ut ipsorum relatione, cum ex Italia per Germaniam redirent, accepit, & literis prodidit Adam Bremenfis.

COMITATUS FERMANAGH.

Post *Cavon* ad Occasum & Septentriones *Fermanagh* se offert, regio ubi olim *Erdini* habitabant, nemorosa & admodum palustris, in cuius medio celeberrimus & maximus ille Hiberniæ lacus *Erne* xl. mill. pass. extentus, sylvis opacis coronatus, & insulis habitatis confertissimus, quarum nonnullæ centum, ducenta & trecenta jugera continent, Lucijs, Trutis, Salmonibus & alijs piscibus tam copiosus, ut piscatores nimiam frequentius piscium copiam, retiumque rupturas, potius quam defectum conquerantur. Fama est inter accolos, hunc olim agrum fuisse cultissimum & incolis frequentissimum, sed subito propter infandam eorum cum bestijs Venerem, superfusus aquis in lacum redactum. Quod tamen scelus Hibernicorum annales in Hebridianos quosdam, qui patria profugi ibi latitarunt, transferunt. *Mac-Gwir* inter Dynastas hoc in tractu nobilis est & potens tribus, quique sunt ex illa utrinque accolunt, ita ut qui sunt trans lacum, *Ultoniæ*, qui citra, *Connachtæ* accenseantur.

COMI-

COMITATUS MONAGHAN.

Erno lacui ad Orientalem plagam prætenditur Comitatus *Monaghan* collibus editus, sylvis vestitus, sed nullo notus opido, nisi *Monaghan*, quod nomen universo agro impertijt. In Baronias quinque dividitur, *Iriel* nempe, *Dartre*, *Ferney*, & *Loughry*, quæ Parliamentaria autoritate ob rebellionem abjudicatae fuerunt à *Mac-Mahonis*, cum regiuncula *Donemain*, quam Elizabetha Regina Waltero, d' *Evreux* Essexiæ Comiti donavit.

COMITATUS ARMAGH.

Reverse ad latus Orientale Comitatus *Armagh* prætenditur, ita ut ab Oriente *Neury* flumine, ab Austro *Louth* Comitatu, ab Arcto *Aqua Nigra* quasi circumdetur. Regio totius Hiberniæ, ut à Prorege Devonæ Comite subinde àudivi, solo latissimo & maxime luxuriant, aded ut siquid ad frœcundandum injiciatur, quasi de dignatum sterilecat. *Fewes* regiuncula *Turlo-* *Fewes*
ghi Mac-Henry, è familia *O Neal*, prima occurrit, sylvis obsita & paludibus invia. Inde *Orry*, sylvis *Orry*.
indiga, ubi habitat *O Hanlon*, & propugnaculum *Mont-norris* à Carolo Barone *Montjoy* Prorege *Mont-not-*
ge positum, atque in honorem *Ioannis Norrisij* *ris*.
isth quo tyro militaverat, nominatum. Ad octavum hinc milliare prope *Kelin* fl. *Armacha* cernitur sedes Archiepiscopalis & totius Insulæ Metropolis, quæ mihi eadem esse videtur, quam *Dearmach* vocat *Beda*, & *Roborum campum* ex lingua Scotica sive Hibernica interpretatur. Loco

V. v 2

Drum-

Episcopi
pauperes.

Erne lacus.

Drumfailch nomen erat, priusquam S. Patricius ibidem Civitatem egregiam situ, forma, quantitate, ambitu, Angelicis (ut ait ille) designatam indicijs extruxisset. Hæc urbs à Ioanne Curry in Anglorum potestatem fuit subacta, qui tamen nihil damni intulit, sed viris Ecclesiasticis, qui ibi Deo vacabant, perbenignus fuisse, Ecclesiamque restaurasse perhibetur, quæ nostro tempore à Ioanne O Neal una cum urbe incendio deformata pristinam dignitatem amisit, & pauculæ tantum casulæ viminibus intextæ hodie supersunt, cum lateris parietibus Monasterij Prioratus, & Palatii Primatis. Inter hujus loci Archiepiscopus maxime celebrantur Sanctus Malachias, qui primus Sacerdotibus in Hibernia uxores interdixit, & Richardus FitzRogulf, vulgò *Armachanus* dictus, qui contra fratres mendicantes, spontaneam in Christianis mendicantem exosus, acriter calamo circa annum 1355, digladiatus est. Hac regione & in vicinia *Mac Genis*, O *Hanlon*, O *Hagan*, & è stirpe O-Neal quamplures agnominibus varijs assumptis rerum quodammodo potiuntur.

COMITATUS DOWN.

Sequitur ad Ortum Comitatus Down, amplius ille quidem & solo fecundo ad Hibernicum usque mare protensus, à plaga Boreali lacum *Eaugh* novo nomine *Logh-Sidney*, & ab Australi *Louth* Comitatum attingens, a quo *Newri* flumine dividitur. Ad hoc in ipso primo hujus Comitatus limine nostra memoria opidum existit

dem cognominis posuit & communiuit Nicolaus *Bagnall* Hiberniæ Mareschallus, qui suo ductu res præclaras hic gessit, & regionem industria cultiorem reddidit. Iuxta fluvius, *Ban minor* dictus, è solitudine montium de *Mourne* effusus, per *Eaugh* fertur regionem, quæ ad familiam *Eaugh*. *Mac-Gymis* spectat, suamque habet Episcopalem sedem ad *Dromore*. Supra quam ad lacus *Eaugh Dromore*. marginem *Kihulto* & *Kyhwarny* sylvis & paludibus tractus sunt impeditiores. Hæc interiùs. *Kihulto* et *Kihwarny*. Sed ad oram maritimam mare se ita insinuat, & varijs recessibus terram excavat, lacusque se dilatat juxta *Dyffrin* vallem nemorosam, ut duas faciat *Chersonesos*, *Lecal* ad Meridiem, & *Ardes* ad Aquilonem. *Lecal* ager optimus totius Hiberniæ longissimè in Ortum prominet, extremumque ejus Promontorium, quod nunc *Nautis S. Iobus Foreland*, Ptolemæo *Isanium* vocatur, forsitan à Britannico *Isa*, quod *insimum* sonat. In ipsius Isthmo *Dunum* floriuit, hodie *Down*, vetustæ sanè memoriæ opidum, sedes Episcopalis, & *Patricij*, *Brigidæ*, *Culumbæ*que tumulo insigne, cui hoc distichon rhythmicum inscriptum.

Hi tres in Duno tumulo tumulantur in uno,

Brigida, Patricius, atque Columba pius.

Ad mare sunt *Arglas*, ubi S. Patricium Ecclesiam fundasse ferunt, & *Strangford* portus tutus, ubi fluvius *Coyne* magno aquarum insule in mare prorumpit. *Russelli*, *Audlat*, *Whiti*, & qui postremo advenerunt *Bagnalli* ex genere Anglico interferos & feroces Hibernicos à majoribus hac in parte quæsitâ non sine periculo strenuè propugnant. *Ardes* altera *Chersonesus* è regione ja-

cet, tenui alyeo è lacu *Coin*, qui ab occidua parte claudit, ut ab Ortu mari, & à Septentrione sinu *Knoc-Fergus*, divisa. Solum est ubique perbenignum, nisi ubi in medio per XII. plus minus mill. pass. protenditur subuvida & voraginosa planities. Littus viculis satis constitum, olimque habuit Monasterium ad sinum de *Knoc-Fergus* longè celeberrimum eodem vite instituto & nomine quosfuit antiquissimum et nominatissimum Angliæ Monasterium, prope *Cestriam*, scilicet *Banchor*. Interiùs ad lacum est Episcopalis sedes *Coverenensis*, cui præfuit ille *S. Malachias* Episcopus, qui, ut inquit *D. Bernardus*, cum cœpisset pro officio suo agere, tunc intellexit, non ad homines se, sed ad bestias destinatum. Nusquam adhuc tales expertus fuerat in quantacunque barbarie. Nusquam repererat sic protervos ad mores, sic ferales ad ritus, sic ad fidem impios, ad leges barbaros, cervicosos ad disciplinam, spurcos ad vitam. Christiani erant nomine, re Pagani. Hæc ille, & paullo mitiora qui hodie præest Episcopus deluis (ut audio) est prolaturus. Supra *Ardes* ad Occasum australior *Claneboy*, id est *Gens flava*, vel *Tribus Hugonis Flavi*, ut ipsi interpretantur, satis sylvestris expanditur usque ad sinum *Knoc-fergus*, à tribu *Niggellorum* sive *Neale* occupata, & extrema habetur Comitatus *Down* regiuncula.

COMITATUS ATRIM.

Proximus Comitatus *Louth* Septentriones versus *Antrim* Comitatus succedit, denominatus ab *Antrim* opido omninò ignobili, nisi nomen regionis impertijisset universæ, quæ inter
sinum

sinum *Knoc-Fergus*, Lacum *Eaugh*, & *Ban fl.* interfidet. Sinus ille *Knoc-Fergus*, *Ptol. Vnderius*, non *Knoc-Fer-*men ab imposito opido tulit, opidumque quod *gus*. Angli *Knoc-Fergus*, Hibernici *Carigh-Fergus*, id est *Scopulum Fergusij* vocant, à *Fergusio* illo nominatissimo, qui *Scotos* ex Hibernia in Britanniam primus duxit, ibi submerso. Celebre verò præ cæteris in hac ora est ex portus oportunitate, suis munimentis, licet imperfectis, castello rupi editæ infixo, præfidiaria cohorte quæ regionem in officio continet, & Palatio antiquo, quod in *Armamentarium* jam conversum. Iuxta jacet *Claneboy inferior*, quæ *O-Nealorum* etiam habitatio, nequissimi rebellis *Shani* sive *Ioannis O-Neal inferior*. fato insignis. Iuxta *Knoc-fergus* peninsula tenui cervice continenti adnectitur, quæ ramen *Insula* *Magie* dicitur, quatuor mill. pass. longitudine, sic & latitudine unum colligit. *Glinnes* deinde, id est *Glinnes*. *Conwallis* ad malefidam stationem *Olderslect* incipiunt, & longo tractu mari objectæ procurruunt.

COMITATUS COLRAN.

Ultra *Glinnes* ad Occasum sita est *Kyine*, quam nunc Comitatum *Colran* à præcipuo opido vocant, inter *Ban fl.* & *Lough-faile* interposita, & ab Austro Comitatus *Tir-Oen* contermina. *Bann* ille, eximie (ut inquit *Giraldus*) pulchritudinis fluvius, quod & nomen testatur, è montibus de *Mowrne* in Comitatu *Downe* exortus, in *Eaugh* sive *Lough-Sidney* lacum amplum se nomenque suum effundit, quod tamen post 30.

Tome.

Glancolkein.

plus minus milliaria (tantæ enim longitudinis lacus ille censetur) exiens tandem ad *Tome* castrum recipit, & sylvis coronatus superbo alveo per *Glancolkein* Oceanum petit, Salmonum totius Europæ longè fœcundissimus, eo quod (ut aliqui existimant) sit omnium fluviorum limpidissimus, cujusmodi aquis Salmones unice delectantur. In hac parte maxima autoritate valet familia *Cahanorum*, cujus princeps *O Cahan*, inter beneficiarios Magnates *O Neali*, qui Ultoniæ tyrannus (*V-raights* illi vocant) primus censetur, quæque qui in barbara *O-Neali* electione, utque barbaris ceremonijs in edito colle sub dio celebratur, honorario fungitur munere, calceamentum scilicet supra caput electi *O-Neali* projiçendi.

O-Neali electio.

COMITATUS TIR-OEN.

SVB Colran subjacet ad Meridiem Comitatus *Tir-Oen*, id est si interpreteris, *Terra Eugenij*, totus mediterraneus. Qui in Solis Occasum *Lisfer* flumine à *Tir-conell*, in Ortum *Eaugh* lacu à Comitatu *Antrim*, in Meridiem *Aqua Nigra*, sive *Blackwater*, Hibernicè *More*, id est *Aqua magna* à Comitatu *Armagh* determinatur. Regio, licet salebrosa, ferax tamen, & sanè ampla, ut quæ sexaginta milliaria longitudine, & triginta latitudine colligit, divisa montibus quos *Sliav Gal-len* vocant, in Superiorem ad Septentriones, & *Dunganon*. Inferiorem ad Austrum. In hac sunt *Cloghar* Episcopatus satis exilis, *Dunganon* præcipua Comi-

Cloghar. Dunganon.

tura

tum habitatio, quæ *Henrici VIII.* gratia titulum *Baronis Matthæo filio primi Comitæ Tir-Oen* fecit (ædes sanè elegantiores quàm pro regionis more, sed quæ sapiùs ab ipso Domino, ne ab hoste succenderentur, incendio deformatæ) *Ulogabell*, ubi *O-Neal*, qui Ultoniam superbissimo premit dominatu, patrio & barbaro illo ritu inaugurari solet; & Munimentum ad *Black-water*, sive *More* flumen. Est deinde & præfidiarium illud propugnaculum, quod *Carolus Montjoy* Prorex suo nomine excitavit ad Lacum *Eaugh*, *Eaugh la-Bann* flumine effici, aut multum adaugeri dixi. Lacus sanequam pulcher, egregiè piscosus, & peramplus, xxx. scilicet mill. pass. plus minus extentus, variaque riparum facie; nemoribus opacis, pratis perpetuò virentibus, arvis, si colantur, frugiferis, collibus devexis, rivulis influentibus ad amœnitatem & utilitatem ab ipsa natura efformatus, quæ accolis quasi indignari videtur, quod per inertiam omnia barbarie inhorrescere patiantur. In *Tir-Oen* superiori est *Straban* castrum notum, quod nostro tempore incoluit *Turleghus Lemigh* è familia *O-neal*, qui *Straban* dignitatem *O-Neali* post *Shani* mortem populari electione consecutus est, & nonnulla alia minoris notæ Castella, quæ ut alibi in hac Insula sunt tantùm turres editæ, angustis foraminibus potiùs quàm fenestris, quibus anlx cespitiæ adjunguntur culmeis tectis, suasque habent areas amplas, fossis & dumetis, ad armenta à prædonibus defendenda, circumseptas.

COMITATUS DONEGAL.
sive TIR CONELL.

Quicquid jam superest in Ultonia ad Septentriones & Occasum Robogidij & Vennicij olim tenuerunt; hodie verò Comitatus Donegall sive Tir-Conell appellatur, id est, ut alij interpretantur, Terra Cornelij, ut alij, Terra Conalli, Mariano certè planè Conallia nominatur. Regio ferè tota campestris, & portuosa, mari scilicet à Borea & Occasu pulsata, ab Ortu Liffer flumine, & à Conachta Erno lacu disclusa. Liffer prope fontes dilatatis aquis in lacum expatiatur, in quo insula eminet, & in ea ad monasteriolum crypta angustior, obversantium nescio quorum spectrorum terrore & horrendis visis, aut potius religioso horrore decantata, quam aliqui Vlyssèm effodisse ridiculè somniant, cum inferos affaretur. Incolis hodie *Ellan u frugadorij*, id est Insula purgatorij, & *Patricij Purgatorium* nominatur. Patricium enim Hibernorum Apostolum, vel alium ejusdem nominis Abbatem à Deo ardentissimis precibus impetrasse, qui piè creduli, affirmant, ut poenæ & cruciatus qui impios post hanc vitam manent, ob oculos hic proponerentur, ut infra suis Hibernicis peccata, & gentiliùm errores faciliùs extirparet. Præter hoc Patricij etiam aliud in Insula *Brendani Purgatorij* fuit, sed cum locum non invenerim, accipie quod solum inveni, Nechami de illo *terastichon*

*Asserit esse locum solennis fama dictum
Brendano, quo lux lucida sæpe micat.*

Purgan

*Purgandas animas datur hic transire per ignes,
Ut dignæ facie judicis esse queant.*

Vbi hic fluvius Liffer alijs advenis aquis adauertus mare propius accedit, iterum in lacum diffunditur, quem Ptol. Logiam, nunc Logh Foyle, & Logia Lagh Der vocitant. Et Robogidij quidem supra Lociam locati omne Septentrionale illud Hiberniæ littus tenuerunt, ubi *Doghberty* obscurioris notæ regulus multum valet, atque inter hos Robog viculus Episcopalis antiqui Robogidiorum nominis expressa retinet vestigia. Ulterius verò magis ad Occasum Vennicij egerunt, ubi *Mac Rwyny Faid*, *Mac Swyny Netcoib*, & *Mac Swyny Bannigh* plurima possident. Viduam flumen, quod nunc *Crodagh*, & Vennicium Promontorium, quod nunc *Rames head*, & Boreum promontorium, quod nunc *S. Helens head*, inter hos statuit Ptolemæus. Reducto hinc lictore *Calebeg* portum & stationem commodam navigantibus præbet. Inferius, haud procul ab ostio lacus *Earne*, conspicitur *Donegall* monasterium & opidum, unde cum Comitatus hæc regio institueretur, nomen accepit. Præfuerunt huic territorio multis jam sæculis qui è familia *O-Donell*, & illi quidem ex eadem qua *O-Neali* stirpe; nec alio usi sunt titulo quam *O-Donell* & Domini de *Tir-Conell*. Ad quem consequendum, utque suis ceremonijs electione quadam populari ad saxum juxta *Kilmacrenan* inaugurarentur, feralibus diffidijs & mutuis cladibus grassati sunt, donec Rex *Iacobus honorem*, titulum et stilum Comitris *Tir-Conell Comes Tir-Conell* non ita pridem *Roderico Odonell*, fratri *Hugonis illius rebellis*, qui patria profugus in Hispania

*Patricij
purgatorij*

*Brendani
purgatorij*

Calebeg

Donegall

spania obijt, honorarijs tabulis contulisset.

Walterus de Burgo, qui Connachtiae Dominus, & Comes Ultoniae, ex unica filia Hugonis de Lacy genuit Richardum Comitem Ultoniae. Richardo natus fuit Ioannes de Burgo, qui patre superstitie fati concessit, relicto filio Guiljelmo, qui avo successit, & Elizabetham unicam filiolum reliquit, quae Leonello Clarentiae Duci enupta peperit unam itidem filiam uxorem Edmundi de *Mortuo mari* Comitis Marchiae, per quam Comitatus Ultoniae cum Connachtia ad *Mortuomarios* devenit, & ab illis unâ cum Regno Angliae ad familiam Eboracensem. Quo tempore Edwardus III. Rex Angliae sacro Patrimonio, sive Dominio, ut vocantur, regio adiunxit. Cumque eadem tempestate Anglia in partes discederet, intestino exardescente bello, & Angli qui hic egerunt ex Ultonia reversi partes in Anglia sequerentur, *O-Neal* & alij Hibernicae originis has regiones occuparunt, & ita barbarie efflarunt, ut nihil supra. Adeo ut haec Provincia, quae suis Comitibus olim magnam pecuniae vim dependit, vix paucillulum nummorum jam inde Angliae Regibus reddiderit. Nec sanè in re quavis alia magis desideratur (modo loqui liceat) Regum Angliae pietas & prudentia, quam quod hanc Provinciam, in totam Hiberniam, in religione propaganda, Republica constituenda, & incolarum vita ad humanitatem excolenda, tot jam saeculis negligentius habuerint; an per supinam socordiam, parsimoniam, aut providentiam damnosam, non dixerò. Ne diutius autem negligatur, ipsa suo

Ultonia
Domini.

Hibernia
neglecte
querimo-
nia.

suo jure efflagitare videtur, quae Insula est tanta, tam ubere gleba, tam paucis supra fidem lecta, tot sylvis obsita, tot metallorum venis, modò quis scrutaretur, dives, tot fluminibus irrigua, tot portubus circumcincta, ad navigationes in opulentissimas regiones tam opportuna, & inde vectigalibus quaestuosâ futura, hominumque altrix tam foecunda, qui, sive animos, sive corpora spectemus, ad omnia pacis bellique munia usui esse poterunt singulari.

Hibernicorum mores.

Locus nunc postulat, ut de gentis moribus vetustioribus, quod ad recentes pertinet, ex quodam recentiori scriptore, & quidem ipsius verbis, qui nomine, ut colligo, *I. Good*, educatione Oxoniensis, professione Sacerdos, juventutem Limerici erudit, circa annum M. D. Lxvi. Prius tamen paucis proponam de ratione juris administrandi inter merè Hibernicos.

Magnates, quorum nominibus quarta vocalis *O Magna-* ob eminentiam & excellentiam praepositur, ut *tum Hiber-* *O-Neal*, *O-Rork*, *O-Donell* &c. & ceteri qui *Mac* *nic* *nomi-* praefixum gerunt, jus suum habent peculiare, *nibus pra-* quo superbissimo vivunt dominatu, & in subditorum fortunâ tributis, exactionibus, pensionibus, militesque quos alant illis imponendo ita pro libito grassantur, ut longè miserrima sit subditorum conditio, & quoties bella intestina inter illos ingruunt, succo & sanguine exhauriantur. Habent hi Magnates suos Iuridicos, quos

Bra.

Breahans *Breahans* vocant, in doctissimum hominum genus, qui stans quibusdam diebus edito aliquo & præcelsò colle inter ligantes jus dicunt vicinos. Coram istis actores queribunda voce injurias illatas conqueruntur; rei inficiatione regant; si manifestò in furto teneantur, aut reddendum, aut multa pensandum pronuntiant. Habent etiam hi Magnates suos Historicos, qui res gestas describunt, Medicos, Poetas, quos *Baldos* vocant, Citharædos, quibus singulis sua prædia assignata sunt, & singuli sunt in unoquoque territorio è certis & singulis familijs, scilicet *Breahani*, unius stirpis & nominis, Historici alterius, & sic de cæteris, qui suos liberos sive cognatos in sua quilibet arte erudiunt, & semper successores habent. Ius verò hereditarium successionis apud hos Magnates non observatur, sed qui ex præcipua aliqua familia viribus, clientelis, & audaciâ potentior, dominatum quadam Provincialium factione aut electione sibi arripit, demortui filijs, nepotibus & sanguine proximis omninò exclusis: & barbaris ceremonijs in solio saxeo sub dio, certo aliquo monticulo collocatur. Quo etiam tempore, lege quadam (*Tanistry* dicunt) successor aliquando designatur, qui *Tanist* nuncupatur, nescio an à Danis vocabulo mutuato, apud quos *Thane* pro viro nobili & Regis ministro diu fuit in usu. Iam inde *Goodi* observationes habe, pro quo præfabor, illum nihil ad calumniam, sed omnia ad veritatem collimare, at tantùm de inconditis illis & merè Hibernicis loqui, qui in extremis delitescunt & humaniores mores nondum induerunt.

In

In universum gens hæc corpore valida, & in primis agilis, animo forti & elato, ingenio acri, bellicosa, vitæ prodiga, laboris, frigoris & inedia patiens, Veneri indulgens, hospitibus per benigna, amore constans, inimicitijs implacabilis, credulitatelevis, gloria avida, contumelia & injuriæ impatiens, & ut inquit ille olim, in omnes actus vehementissima, qui mali, nusquam peiores, & bonis meliores vix reperiuntur.

Giraldus
Cambrensis

In commune liberis profana nomina imponunt, annectentes semper aliquid, nominis, vel ab eventu acceptum, vel à vetula, vel ex colore, vel ex morbo, vel ex scelere: Parentis nomen, vel alicuius ex ea familia tum viventis liberis imponere fas non est. Mortuo verò patre, ejus nomen assumit filius, & si quis ex majoribus eo nomine præliando insignis fuerit, similis ab hoc virtus expectatur. Matres post sextum à partu diem ex integro se maritali operi dedunt, parvulos ad Nutrices exponunt. Nutricij multo plus opera, opum & amoris alumnis, quam patris impendunt, ab ijs vestes, sumptus ad studia, ad arma, ad quævis flagitia, ab ijs dotes & pecora non tam suo jure accipiunt, quam extorquent, etiam prædis abactis. Omnes ab iisdem enutriti, plus amant mutuò, plus credunt, quam si germani essent: adeò ut præ his & propter hos etiam germanos odio habeant. A parentibus reprehensi, ad hos altores suos confugiunt, & ab his animati in apertum sæpe bellum contra parentes prorumpunt, ab his ad omnem flagitiorum immanitatem instructi, perditissimi evadunt: uti nutrices quoque virgines quas nutriunt



Ram jam tandem ex Hibernia solvam, & in altum proVectus, Insulas per Britanniam sparsas, perlustrabo, Vt verò ordine & recta quasi nave hæc instituatür navigatio, primùm ex Hibernia in Sabrinianum fretum velà fa-

ciam, & per Hibernicum mare extremam Scotiae partem circumVectus, in Oceanum Germanicum descendam. Inde per mare Britannicum, quod ad Hispaniam usque pertinet, cursum quam possim secundissimè tenebo.

In Sabriniano fretò primùm eminent duæ Insulæ exiguæ, quarum nobis altera, quod plana sit & projecta, *Flatholme*, ea significatione qua *Stepholme*. *Planaria* Italiae: altera *Stepholme*, quod acclivis, Britannicè *Reoric*: ambæ Britannico sæculo *Echni*, uti nostro *Holmes* appellatae, Sic enim planities herbidas aqua circumfusas vocarunt Anglo-Saxones. Nec alia re olim celebres fuerunt quam Danorum stationibus, & Gualchi eximia pietatis Britanni sepultura, cujus discipulus *Baruchus Barry* Insulæ in Wallia nomen reliquit, quæ itidem *Barrorum* familiae nobili in Hibernia nomen fecit. Adjacentem habet *Silly* Insulam exiguam in littore *Silurum*, quorum nominis plusquam umbram retinere videtur, ut opidulum è regione in agro Glamorganensi. Inde *Caldey* est, Britannicè *Inis Pir*, littori satis vicina: & huic è regione magis in alto *Londey* ad Devon-

Flatholme.
Stepholme.

Barry.

Silly.

Caldey.
Londey.

Hert-

Hertnesi XIII. abest milliarijs. Hæc amplior habetur, nec tamen multò plus duobus mill. pass. longa, & mill. pass. lata, perhibetur, cautibus ita præincta, ut non sit nisi unus & alter aditus. Quod olim aratro proficiffa fuerit, sulci loquuntur, nunc totus fructus est è volatilibus marinis, quibus abundat. Arbores habet nullas, præter Sambucos malè olentes, quas sturni tanta multitudine frequentant, ut vix præ eorum simo ad eas pateat accessus.

Inde in Penbrochiensis agri flexu, *Gresholme*, *Gresholme* *Stockholme* & *Scalmei* occurrunt, satis graminosæ, *Stockholme* & thymo agresti admodum lætæ. *Silimum* *Pli-me-nij*, *Limni* *Ptolemæi*, ut ex verbi cognatione verisimile est, Britannorum *Lymen* esse, ipsum pro me vocabulum edocet, cui Anglus hodie novum nomen, *Ramsley* scilicet, inscripsit. Hæc S. *Ramsley*. *Davidis* Episcopali sedi objacet, ad quam spectat. Est qui proximè superiorem Insulam *Limnon* *Ptolemæi* facit, quam Britanni nunc *Enhly*, Angli *Berdsey* nominant, id est *Insulam avium*. *Berdsey*. Hanc autem esse quæ *Ptolemæo* *Edri*, & *Plinio* *Andros* & *Adros* alibi dicitur, audaciùs ex vi verbi conjectare possum. *Ader* enim avem Britannis significat, & eodem sensu Anglis *Berdsey* postea appellata est. *Enhly* enim recentius est nomen, & à viro quodam sancto enatum, qui hic heremiticam vitam egit. Insulam enim hanc (quæ ad Orientem eminenti est promontorio, ad Occasum plana & fertili gleba) tot sancti viri olim coluerunt, ut præter *Dubicium* & *Merlinum* *Caledonium*, viginti millia Sanctorum hic condita antiquæ referant historia.

Proxima huic *Mona*, Britannis etiam *Mon*, *Tirmon*, & *Inis Dowyl*, id est *Insula opaca*, de qua jam antè egi.

Moyl Rhoniad. *Mona* siue *Anglesea* tres Insulae minores adjacent, *Moyl Rhoniad*, id est *Insula Phocaron*, ad *Circium*, *Ynis Ligod*, id est *Insula Murium*, ad *Ortum*, & inferius *Prestholme*, id est *Insula Sacerdotum*. Fidem superat quod vicini de infinita multitudine marinarum avium, quae hic pariunt, referunt; quodque etiam perhibent de aggere, qui per mare hinc duxit ad radicem vasti illius montis *Pen-Maen-Maur*, in usum eorum qui religionis ergò hunc locum olim prisca religione sacrum inviserunt. *Lambey* exiguam Insulam huic oppositam ad Hiberniae littus omitto, licet Metallici alumen ibi nuper magnis impendijs quaesiverint.

The Isle of Man, *Mona* siue *Menavia*. Magis ad Arcum *Mona* illa jacet, cuius meminit Cæsar, in medio, ut inquit ille, inter Britanniam & Hiberniam cursu. *Monæda* Ptolemæo, quasi *Mon-citha*, id est (si conjectare fas sit) *Mona remotior*, ad alterius *Mone* differentiam. *Menabia* Plinio, *Menavia* Orofio, & Bedæ *Menavia secunda*, ubi *Monam* siue *Anglesey* *Menaviam* priorem vocat, *Eubonia* & *Manaw Ninnio*, *Manaw* Britannis, incolis *Manning*, nobis Anglis *The Isle of Man*. Medio libramine (ut inquit Giraldus Cambrensis) inter Boreales Britanniae & Hiberniae partes porrecta, de qua utri terrarum applicari de jure debuerit, ab antiquis non medio-criter ambigebatur, Demum in hunc modum illa quievit. Quoniam advectos periculi causa venenosos hæc terra vermes admisit, eam

Bri-

Britannis applicandam censura communis ditavit. Hæc ille. Incolæ tamè & lingua & mores ad Hibernicos proximè accedunt, ita autem, ut Norwagicum quiddam admisceant. A Septentrione in Meridiem xxx. plus minus Italica mill. projecta, latitudinem verò quâ maximè patet vix ultra xv. mill. quâ minimè viii. extendit. Bedæ ætate trecentas familias habuit, nunc autem septem Curias, siue Parochiales Ecclesias numerat. Linum & Cannabim abundè profert, pasena & arva habet satis lata. Hordei, tritici, sed præcipuè avenæ ferax est, undè avenaceo maximè vescitur, pecorum ubique multitudo, & numerosi ovium greges, sed cum oves, tum pecora minorâ, utietiam in vicina Hibernia, sunt, quàm in Anglia, nec eadem frontis dignitas. Cum autem sylvis sit indiga, bituminoso cespite ad ignem utuntur, quem dum effodiunt, sæpenumerò in suffollas arbores incidunt. In medio montibus densius attollitur, è quibus editissimus *Scæfell*, undè sudo cœlo Anglia, Scotia & Hibernia prospici possit. Inter Opida præcipuum censetur *Rufin*, ad Australe latus situm, quod à Castro ubi præsidium habetur, vulgò *Castletowne* appellatur, ubi in Insulula sedes Episcopalis à Gregorio III. Pontifice Romano fuit instituta, cujus Episcopus *Sodorensis* dictus ab hac ipsâ Insula (ut creditur) jurisdictionem in omnes Hebridæ Insulas olim habuit, nunc tantum in ipsam Insulam exercet, & Archiepiscopo Eboracensi subest. Locum tamen & suffragium in Ordinum Angliæ conventu Parlamentario non habet. Opidium autem frequentissimum est *Du-*

X x 5

glas

glas, quod portus sit optimus, aditusque facilis; ad quem Galli & alij exteri cum sale suo marino commeant, coria, lanam rudem & carnem bubulam salitam ab Insulanis emergentes. In Occiduo autem Insulae latere sunt *Bala Curi*, ubi Episcopus plerumque agit, & *the Pyle* munimentum exigua in Insula positum. Ipsi verò Australi promontorio modica etiam Insula, *the Calse of Man* vocant, prætenditur, marinis abulis, quas *Puffins* vocant, & Anatibus illis è ligno putrefacto, ut credunt, enatis, abundantissima, Apud *Menavieses* autem, ut & hoc subjungam, controversias omnes Iudices, quos è suis eligunt, & *Deemsters* vocant, sine scriptis & impensis dirimunt. Lapidem enim tollit Magistratus, signatumque quærenti tradit, illo adversarium & testes citat. Siquid ambiguum & majoris momenti, ad duodecim, quos *Claves* Insulae appellant, refertur. Coronatores, quos vocant *Annos*, qui Vicecomitum officio funguntur, habet. Iudici & Formularijs nunquam hic ne denarius à populo impenditur. Qui ditiores sunt, & ampliora prædia possident victu splendidiore & morum probitate ad Lancastrenses sese accommodant. Quod de Maleficijs referunt Scriptores Anglici, falsum est. Mulieres quocunque se ex ædibus conferunt, mortalis conditionis memores, linteo quo mortuæ involvendæ sunt, se circumcingunt. Quæ verò mortis sententiam ex lege subierunt, culeo insute in mare è rupe projiciuntur. Omnes à furandi & mendicandi ostitatum consuetudine sunt alienissimi, mirè religiosi, & ad Ecclesiæ Anglicanæ formam ad unum

The Calse
of Man.

usque paratissimi accedunt. Gentium vicinarum tam Civilem quam Ecclesiasticam ataxiam detestantur, & cum in duas Australem & Borealem partes Insula sit divisa, hæc sermone communi ad Scotos, illa ad Hibernos accedit.

Hinc ad *the Malle of Galloway* sive Novantium Promontorium nisi exigua planè nullæ occurrunt Insulae. Sed hoc superato, in *Glotta* æstuario, sive *Dunbritton Frith*, *Glotta* Insula eminet, *Glotta*, vulgò *Arran*. nunc Scotis *Arran*, unde Comites *Arranie* in Scotia. Et huic vicina est quæ olim *Rothesia*, nunc *Buthe*. Inde *Hellan Lencow*, id est (ut interpretatur I. Fordonus) *Sanctorum Insula*, & *Hellan Tinoc*, id est *Insula Porcorum*, in eodem sinu conspiciuntur. Sed de his jam priùs dictum.

Extra sinum confertissimæ jacent Insulae, quas *Hebrides*, ipsi Scoti, qui incolunt, *Inch-Gall*, Angli & cæteri sive *the Scoti the Westerne Iles*, id est *Occiduas Insulas*, superioris ævi Scriptores *Hebrides*, Plinius, Solinus & Ptolemæus *Ebudas*, *Hebudas*, & *Ebudas* appellant. Nominis rationem elicere non possum, nisi ita dictas existimem, quod fruges hic non provenerint; prodit enim Solinus harum incolas fruges nescire, & pisce tantum lacteque vivere, & *Eb eid* Britannice sive *frugibus* sonat. Harum *XLIII*. vulgus esse affirmat, cum multò sanè sint plures. Prima *Ricina* est, nunc *Racine*, Insula parva *Ricina*, nunc *Racine*. freto inter Hiberniam & Scotiam interponatur. Proxima *Epidium*, quam ex nomine, *Epidiorum* promontorio & littori adiecisse conijciam; *Epidium*, cumque in eo situ *Ilia* insula satis ampla & campestri planitie ferax conspiciatur, hanc fuisse sive *Ilia*. *Epidium*

Glotta, vulgò Arran.

Buthe.
Hellan.


Hebrides,
sive the
Westerne
Iles.

Ricina, nunc
Racine.

Epidium,
sive Ilia.

Epidium aut Epidiorum insulam dicam. Longa hæc
 xxxiiii. mill. xvi. lata, pecore, frumento & cer-
 vorum gregibus adeo leta, ut Regi Insularum
 altera post Manniam sedes fuerit, sicut hodie
Mac Conellorum, qui in hac ad *Dunwyweg* suum ha-
 bent Castrum. Inter *Ilam* & *Scotiam* *zona* inter *Iona*, *Hu-*
jacet, Bedæ Hy & Hu, à *Pictis* Scotorum Mona-
 chis donata, ob propagatum inter eos Euange-
 lium. Hic demùm, ut aliqui volunt, *Episcopalis*
 sedes constituta fuit in *Sodore* viculo, unde In-
 sule omnes *Sodorenses* etiam appellatæ, quod in
 ejus *Ditæcesi* censentur. Inde *Maleor* est *Pro-*
ma, nunc *Mula*, cujus *Plinius* videtur memi-
 nisse, cum inquit, *Reliquarum Mella* xxv. mill.
 pass. amplior proditur. *Hebuda* Orientalior,
 nunc *Skie*, deinde *Scotorum* littori obtenditur, *Skie*.
 & *Hebuda* Occidentalior, nunc *Lewes*, monticu-
 lis prærupta, saxosa, & raro cultore, sed omnium
 amplissima, à qua exiguo *Euripo* *Eust* disungi-
 tur. Cæteræ præter *Hyrtham* ignobilis sunt, aut
saxis asperæ, aut cantibus inivæ, & vix virenti-
 cespite vestitæ. Has tamen omnes, velut impe-
 rij sui firmamentum, numerata pecunia à *Nor-*
wegis coëmerunt *Scoti*, etsi minimum inde
 fructum percipiunt, cum incolæ, antiqui scilicet
Scoti, sive *Hibernici*, homines erectis animis, &
 projecta audacia, legum severitate & judicio-
 rum metu se illigari non patientur. Quod verò
 ad mores, cultum, & linguam spectat, à *Sylve-*
stribus illis *Hibernicis*, de quibus egimus, ne
 tantillum discrepant, ut facile unam eandem-
 que gentem esse cognoscas. Rerum in his poti-
 untur familiæ *Mac-Conell*, *Mac-Alen*, *Mac-Cloyd* de
Lewis

Hiberniæ
 pars.



HEBRIDES INSULAE
 quæ et Hebrides Bedæ Mevanias vocat.

Hebrides Insulae
 cum circumstantibus.
 G. Scriver delin.
 Millaria Scotica
 p. 20 p. 30 p. 40 p. 50

ret imperium, Pictorum sedes fuerunt. Postea in Norwegorum potestatem devenerunt; unde & Gothice loquuntur incolae: tenuerantque Norwegi ad annum salutis 1266, tunc enim Magnus ejus nominis quartus Rex Norwegiae, bellis à Scoto attritus, Alexandro III. Regi Scotorum ex pactis reddidit. Demumque anno 1468 omni jure suo pro fe & successoribus Christianus primus Rex Norwegiae & Daniae, cum filiam in uxorem daret Jacobo III. Regi Scotorum, renuntiavit. Comites Orcadum antiquiores ut taceam, nostra memoria delatus fuit honorarius hic titulus Comitum Orcadum & Domini Schetlandiae Roberto filio naturali Regis Jacobi V. eodemque filius ejus Patricius Steward hodie latatur,

Orcadum
Comites.

Thule,
Schetland.

Quinque dierum & noctium navigatione ab Orcadibus Thule à Solino statuitur. Insula si qua alia Poëtis celebratissima, de cujus situ & etymo variae sunt Geographorum sententiae. At si verum sit, quod doctissimus Caspar Peuceus libro de terrae dimensione retulit, Schetlandiam nantis Thulesell vocari (nec ejus fidem abnuere ausim) sanè Thule inventa, & res jam tandem confecta. Hæc enim Schetlandia est Insula alijs exiguis coronata sub imperio Scotorum, frigore obrigens, & undique procellis exposita; cuius incolis, perinde ut Islandia, pisces exicantur & contusus pro farre est. Et quanquam huic Polus Arcticus non ita attollitur, ut diem perpetuum sex menses habeat, quod de Thule Pythæas Massiliensis à Strabone justè notatus finxit: ut Schetlandiam tamen Thulem fuisse quis existimet.

met, facit primùm situs apud Ptolemæum: LXXXI enim gradibus ab Æquinoctiali definita est, ut apud illum Thule: tum quod inter Norwegiam & Scotiam interjacet, ubi Saxo Grammaticus Thulen ponit: inde quod bidui navigatione à Calidoniae promontorio, sive Cathnes abest, qua distantia Thulen ponit Solinus, & Tacitus dicit Thulen despectam fuisse Romanis Britanniam per Orcadas circumnavigantibus: postremò quod Bergarum Norwegiae littori apposita sit, quo loci Thulem posuit Mela: Bergæ enim urbs Norwegiae Schetlandiae objacet, & Plinius Bergos hoc tractu nominat.

Supra has Insulas mare Pigrum, Concretum, & Glaciale dicitur, quod asperum sit ob glaciei conglomerationes, & vix ratibus pervium. Infra verò Thulem ad Austrum, Germanicum mare diffunditur, in quo, quæ Britanniam alluit, admodum raræ comparent Insulae, nisi quæ sunt in Fretò Edenburgensi, May scilicet, Basse, Keib, & Insulae Fre-Inche Colme, id est Columbae Insula. In Northumbriae littore Lindi fluvio una objecta est Lindisfarne, Britannis Inis Medicante, quæ ut Bedam auctore accedente & recedente rheumate, id est æstu, bis quotidie instar Insulae maris circumluitur undis, bis renudato littore contigua terræ redditur. Vnde ille Semi-insulam appositè vocavit. Pars occidua angustior & cuniculis relicta, isthmo admodum tenui orientali connectitur, quæ multò latior, quæ Meridiem spectat, opidulum habet cum Ecclesia, & in eo Castrum, ubi olim sedes fuerat Episcopalis, quæ postea irruentibus Danis Dunelmum translata fuit. Sub

opido portus subest non incommodus, quem propugnaculum in colle ad Euro-astrum positum tuetur. Hæc ob sanctorum Monachorum habitationem *Holy Iland* Anglis vocatur. Et ad septimum hinc miliarè Euro-astrum versus *Farn* insula conspicitur, à *Banborrow* castro duobus ferè miliaribus distat, altissimo inclusa Oceano, & cautium coròna incincta, quæ suum habet ferè in medio munimentum. Huic adjunguntur minores aliæ ad Septentriones insulæ, *Widopens*, *Staple Iland*, quæ duobus abest miliaribus, *Bronfman*, & his minores duæ, quas *Wambes* nominant. Post hæc *Coquedi* insula, vulgò *Coquet*, *Coquedi* fluminis ostio præjacet, carbone fossili satis fecunda.

E regione Zelandiæ Tamisis nobilissimus Britannicæ fluvius in Oceanum illabitur, quò loci duas Insulas *Toliapin* & *Caunam*, sive *Convenon* locat Ptol. De quarum altera *Toliapi*, quam *Shepey* suspicor, vide in Cantio. Magis verò ad Ortum extra Tamisis Ostium *Tanato* Insula locus vadofus, arenosus & navigantibus insidiosus longè præjacet, quem *Goodwyne sands* vocant, ubi Insulam anno 1097. absorptam, quæ Comitibus Goodwini patrimonium erat, produnt annales. De *Tanato* in Cantio egimus.

Hoc in loco immensa aquarum vastitas ita contractatur, ut Oceani fauces inter Europæ continentem & Britanniam non amplius xxx. mill. pass. pateant, quæ angustia *Fretum* alijs *Britannicum*, alijs *Gallicum* dicitur, & maris est Britannici limes, quod seorsim littora, quæ quasi coierant semovet, & terris vasta aquæ portione cedentibus.

tibus, Britanniam & Gallias ab Ortu ad Occasum interluit. Ab hoc Britannicum mare incipit, in quo primum occurrit Insula, seu potius peninsula *Sesly*, de qua jam antea dixi. Superius *Vesta* insula jacet, *Guith* Britannis, *Wuitland* & *Wichsea* Saxonibus, nobis *the Ile of Wight*, de qua jam dictum.

Hinc ad oppositum Galliæ littus trajiciam, ubi à *Beersfleet* Normanniæ, ad medium usque Canalum, mare scopulis & cautibus quasi constratum esse affirmant nautæ. Magis autem ad Occasum nonnullæ Insulæ Galliæ prætente, Anglici tamen juris, in alto apparent: primumque Normanniæ, sive *lexobiorum* littori *Alderney* adjacent, quæ in Regijs archivis *Aurney* & *Aurigney* *Arica*, dicta, ut *Arica* illa videatur, quæ apud Antoninum inter Britannici maris Insulas habetur. Hæc vix septem à Promontorio Normanniæ *le Hugue* abest miliaribus, octo plus minus mill. pass. ambitu colligit, solo uberi, pascuis & arvis lacta, Ecclesiam habet, & ædes octoginta numerat.

Hinc in Occasum scopulosa cautium eminentia procurrat, nautis metuenda, quibus *Casquettes* appellantur. His subest ad Meridiem *Casarea* ab Antonino memorata, vix duodecim mille passus distita, quam Galli nunc *Gearssey* indignant. Insula hæc xxx. plus minus mill. pass. ambitu colligit, cautibus & brevibus defensa. Terra satis fertilis varijs frugibus & gregibus abundans, oves habet multas, & ex ijs plurimas quatuor cornibus conspicuas. Cælo admodum salubri, nec alijs morbis quàm febribus mense Septembri obnoxio, adeò ut Medicis nullus hic locus.

Farn.

Widopens.
Staple ilad
Borsman.
Wambes,
Coquet.

Toliapin.
Shepey.

Goodwyne
sands.

Alderney,

Arica,

Casarea,

Gearssey.

Cum autem exiguum ignis alimentum ferat, pro lignis alga marina (*Vraie* vocant) utuntur, quae *fucus marinus* Plinij esse judicatur, atque scopulosis circumquaque insulis & rupibus copiosissime provenit. Haec sole siccata pro igne est, cujus cinere, tanquam marga & terra adipe, agros vervactaque laticant, uberrimaque faciunt. Interiora Insulae leviter collibus intumescunt, sub quibus amoena valles rivulis rigatae substernuntur, fructiferis arboribus & pyris, è quibus potum conficiunt, consistat. Villis frequens est, Parœcijs XII. distincta, & commodis undique stationibus sinuata, inter quas securissima est in Australi Insulae parte inter opidula S. Hilarij & S. Albani, quae suam habet insulam praesidio munitam, & omni aditu circumcisam. Ad Orientale latus, quae Constantiam urbem ex adverso prospectat, praeruptae rupi Castrum affigitur munitissimum elato nomine *Mont-Orguil*, cui cum praesidio praestitit qui universae Insulae praeficitur. Incolae piscationi, sed in primis agriculturae strenue incumbunt, muliercula autem tibialibus texendis, quae *Larsey Stocker* vocamus, magnum sane quaestum faciunt. Quod ad politiam spectat, Gubernator à Rege Angliae missus summus est Magistratus. Ille Ballivum constituit, qui cum XII. *Iuratis* Assessoris è singulis XII. Parœcijs Parochianorum suffragijs electis in civilibus jus dicit: in criminalibus cum septem ex *Iuratis*: in causis ex aequo & bono cum tribus.

Sarnia,
Garnsey.

Viginti hinc milliaribus ad Occasum aetivum altera abest Insula, quae Antonino *Sarnia*, nobis hodie

hodie *Garnsey* appellata, cytharæ quasi forma ab Ortu in Occasum projecta, Caesareæ quam dixi nec magnitudine nec foecunditate adaequanda, parœcias enim tantum decem habet, in hoc tamen praeferenda, quod nihil venenosum, ut illa, alat. Natura munimentis tutior, utiq; praerupta cautium corona redimita, inter quas *Smyris* lapis durissimus & asperimus reperitur (nos *Emerill* vocamus) quo Gemmarij lapides expurgant, scinduntque, & vitriarij vitrum diffundunt. Portus etiam commoditate mercatorumque commeatu multo est celebrior. In extrema enim fere ad Ortum parte, sed Australi latere, lunato sinu portus admittitur magnarum navium capax, cui adidet Opidulum S. *Petri* longa platea & angusta productum, bellico apparatu plenum, & mercatoribus, cum bellum ingruit, frequentissimum. Veteri enim Regum Angliae privilegio perpetuae hic sunt quasi induciae, & Gallis aliisque, quamvis bellum exardescat, ultro citroque huc sine periculo venire, & commercia securè exercere licet. Portus aditus, qui satis scopulosus, utrinque castris munitur, in quorum altero (*Cornet* vocant) plerumque agit Insulae Praefectus & milites praesidiarij, qui Gallos & foeminas nullo modo ingredi patiuntur. Ad Aquilonem peninsula adnectitur *Laval*, quae suum habuit Prioratum. In Occidua parte juxta mare lacus est, qui ambitu mille quingentos passus colligit, piscum foecundus, sed in primis Carporum, qui sua magnitudine & delicato sapore admodum laudati. Incolae non adeo gnavi, ut illi *Larsetia*, in solo colendo, verum navigando

& mercaturam exercendo incertiori lucro deficiant. Terram autem suam ita quilibet seorsum colere gaudet, ut tota Insula in portiunculas septis dividatur, quod illi non solum emolumento, sed etiam firmamento contra hostes habent. Vtraque Insula multiplici horrorum viriditate & pomarijs ridet, unde vino è pyris factitio plerumque utuntur. Incolæ utrobique sunt origine vel Normannici, vel Britones, Galliceque loquuntur, Galli tamen haberi aut nominari dedignantur, & se Anglos dici lubenter audiunt. Hæ Insule cum alijs circumvicinis fidem Anglis datam summa semper constantiæ laude tenuerunt, solæque supersunt Regibus Angliæ ex avita hæreditate Guilielmi *Conquestoris* & Ducatu Normanniæ, licet Galli subinde adorti sint, qui è vicino Galliæ littore has non Gallici sed Anglici juris esse agris oculis dui despectarunt. Quod ad rem Ecclesiasticam pertinet, Episcopo Constantiensi in Normannia paruerunt, donec ille nostra memoria Pontificis Romani in Angliæ autoritatem (quod Episcopi nostri faciunt) abjurare recusavit. Iam inde fuerunt à Regina Elizabetha in perpetuum Diocesi Wintoniensi adnexæ, etsi ad Genevensis tamen Ecclesiæ disciplinam, quam Galli Ministri induxerunt, res Ecclesiastica administratur. De *Serke* Insula modica, quæ illis interjacet, rupium præcipitijs circumvallata, in quam Regine Elizabethæ auspicijs, & suo, ut ferunt, commodo Colonia, cum prius inculta jaceret, deduxit I. de S. Owen de *Larjey*: de *lethow*, quæ in usum Præfecti *Garnicie* ad pascenda pecora, & damas, cunicu-

los atque phasianos alendos est instar vivarij, necnon de *Arne*, quæ illa amplior Franciscanis fratribus sedes fuit solitaria, cum Scriporibus antiquis non memorentur, non est cur ego pluribus loquar.

Eodem inde littore *Liga* Antonini eminet, quæ *Ligai* superflite nomine etiamnum nunc *Ligon* dicitur. Tum septem Insula sternuntur *Siada* Antonino, à numero, *Saith* enim septem Britannica lingua sonat, Gallis hodiæ *les sept Isles*. A quibus deinde ad *Barsim*, cujus etiam meminit Antoninus, septem intersunt stadia, Gallis *Isle de Bas*, Anglis *Basfepole* *Basfepole* *Barsa*.

Hinc ad Britannie nostræ oras jam transmittam, & oram legens, *Ideston*, *Moushole*, *Longship* scopulos potius infames quam Insulas prætervectus, ad extremum Cornwalliæ promontorium *Lisiam* Antonini conspicio, nunc *Lethow* *Lisiam* *sow* vicinis, alijs verò *the Goulfe*, id est, si interpreteris, *vorago*, quæ tantum recedente æstu nudata apparet. Quò loci Oceani fluxus & in Boream & Orientem magno cum fremitu eluctatur, inter Cornwalliam & Insulas coarctatus quas *Sigdeles* Antoninus, *Siluras* Solinus, *Silly* Angli, *Sorlings* nautæ Belgici, *Hesperidas* & *Casiteridas* antiqui Græci vocarunt, *Oestrymnides* Festus *Sarlinges* *Casiterides* *des*. *Avienus* in *Oris Maritimis*, de quibus hæc carmina intexit:

*In quo Insula sese exerunt Oestrymnides,
Laxè jacentes, & metallo divites
Stanni atque plumbi. multa vis hic gentis est,
Superbus animus, efficax solertia,
Negotiantie ura jugis omnibus. &c.*

Has verò *Cassiteridas* Græci à stanno dixerunt, ut & apud Drangos Asia, à stanno locum quendam *Cassiteron* vocat Strabo, & Insulam in mari Indico *Cassiteram* etiam à stanno dictam fuisse è Dionysio memorat in Urbibus Stephanus. Quod autem has esse *Cassiteridas* toties quæritas dixerim, facit antiquorum autoritas, ipsarumque situs, & stanni venæ. Cum enim hæc *Silline* Artabris, id est Galliciæ in Hispania oppositæ sint, cum ab illis in Aquilonem ad anustum vergant, cum in Britannico climate constituantur, cum Celtiberiæ latus spectent, cum longè ampliori mari ab Hispania quàm à Britannia disjungantur, cum sint Oceano Ibero proxima, cum contigæ sint ad Arctum, & melioris notæ tantummodo decem numerentur, scilicet *S. Mariæ, Annoth, Agnes, Sampson, Silly, Brestar, Rusco* sive *Trescar, S. Helena, S. Martini, Arthur*, & (quod caput est) cum stanni venas habeant, ut nullæ aliæ hoc tractu Insulæ, & à fodinis duæ minores *Minan-witham* & *Minvisfand* nomen duxisse videantur, malim ego eas *Cassiteridas* existimare, quàm vel *Azores*, quæ minus in Occasum protractæ sunt, aut *Cisargam* Hispaniæ proximè contiguam cum Olivario, vel ipsam nostram Britanniam cum Ortelio, cum Cassiterides plures essent, & Dionysius Alexandrinus, postquam de Cassiteridibus egit, de Britannia seorsim agat. Siquis è numero has esse *Cassiteridas* inficietur, cum plures sint quàm decem, idem etiam *Hebudas* & *Orcades* numeret, & si rationibus subductis, nec plures, nec pauciores, quàm quinque *Hebudas*, & triginta *Orcadas* cum Ptolemæo invenerit, alio

alio loco quàm nunc extant, indaget, & indagando è numerorum ratione certò scio haud facile invenerit. Sed ad *Silly*. Insulæ verò hoc nomine insigniuntur plus minùs centum quadraginta quinque, gramine vestitæ, aut musco subviridi rectæ (præter horrentes rupes & saxa eminentia innumera) in orbem quasi sitæ, octo leucis ab extremo Cornwalliæ Promontorio. Frumento nonnullæ satis feraces, ceterum omnes cuniculis, gruibus, cygnis, ardeis, & marinis avibus abundant. Omnium maxima est quæ *S. Mariæ* nomen accepit, castrum habens & præsidium militare.

Contra has ad Gallicum littus *Ossimis* sive Britannia Armoricæ præcæret *Axantos* Plinij, quæ nomine integro etiamnum *Ushant* vocatur. *Ushant*. Et inferiùs *Sayn*, quæ Brestæ objecta, *Siambis* *Sayn*. nonnullis exemplaribus, & *Soums* corruptè Plinio dicitur, circa quam ab Ortu in Occasum plus minùs septem miliaria procurrant confertissimi scopuli, potiùs quam Insule. Huic aliæ subtruduntur, *Iles aux Montons* juxta *Penmare*, *Insule Pen*. *Gleau* è regione antiquæ Blaviæ (quæ hodie *Blauet*) *Grois* & *Bell-isle* quas *Veneticas* vocat Plinius. Venetis enim Britannia minoris adversæ sunt, qui nescio an ita nominati quasi *Piscatores*. *Kenna* enim prisca Gallorum lingua hoc significare videtur.

Cum autem Britannicum mare usque ad Hispaniæ littus & excursum Pyrenæ protendi scribat Mela, qui ipse natione Hispaniæ, possent & hic memorare *Normonstier*, *l'Isle de Dieu*, *l'Isle du Roy* talis marini proventus Insulas notissimas; ve-

rum cum antiquis Geographis ne nominentur quidem, mihi satis fit nominasse. Proxima autem Insula, quae hodie *Oleron*, à Plinio *Vliari* nomine celebratur, multasque habuit immunitates à Regibus Angliæ, tunc Ducibus Aquitaniæ, concessis.

Oleron.

Conclusio operis.

Nihil aliud nunc restat, cum è tot cæcis Oceani vadis & asperis, Antiquitatis cautibus eluctata tandem enavigarit oratio, quam ut naute olim Neptuno velalacera aut tabulam votivam, sic ego etiam aliquod, DEO OPT. MAX. &

VENERANDÆ ANTIQVITATI CONFECREM, quod libens meritò nunc VOVEO, & suo tempore, DEO VOLENTE, SOLVAM,

FINIS.

Soli Deo gloria.

SYLLABVS COMITATVVM

Angliæ, designans quibus locis
reperiendæ sint singulorum
Tabulæ.

B Arcke-shire	225	Middlesex	195
Bedford-shire	320	Monmouth-shire	426
Buckingham shire,	225	Northfolk	293
Cambridge-shire	320	Northampton-shire	320
Ches-shire	400	Nottingham-shire	339
Cornewall	101	Northumberland	55
Cumberland.	535	Oxford-shire	225
Darby-shire	359	Richmond-shire	476
Devon-shire	113	Rutland-shire	320
Dorset-shire	125	Shrop-shire	390
Durham	513	Somerset-shire	134
Essex	270	Stafford-shire	383
Glocester-shire,	217	Surrey	195
Hant-shire,	157	Suffolk	282
Hæreford-shire	412	Suffex	195
Hertford-shire	245	Warwick-shire	366
Huntington-shire	320	Westmorland	135
Kent,	195	Wilt-shire	147
Lanca-shire,	523	Worcester-shire	376
Leicester-shire	366	York-shire	476
Lincolne-shire	339		

Walliæ Comitatus,

Anglesey	463	Flint-shire	466
Brecknock	419	Glamorgan-shire	433
Cardigan-shire	419	Merioneth-shire	454
Carmarden-shire	419	Montgomery-shire	454
Carnarvon shire	463	Penbroke-shire	443
Denbigh-shire	466	Radnor-shire	419

Regnum

Regnum Scotiae quatuor Tabulis
illustravimus, quarum.

Primam invenies p. 575 Tertiam p. 605
Secundam p. 589 Quartam p. 612

Comitatus, seu Regiones Scotiae.

Anguish	604	Lennox	590
Annandale	582	Liddefdale	581
Argile	599	Loquhaber	613
Arran	586	Lorn	600
Athol	602	Marr	608
Braid albin	600	Menteith	598
Buquhan	609	Merch	576
Cantire	509	Mern	607
Carrick	585	Murray	600
Cathnes	616	Niddefdale	582
Cluydesdale	587	Perth	602
Cunningham	589	Reinfray	588
Eskeedale	582	Roifs	614
Eufdale ibid.		Stirling	592
Fife	595	Strathern	597
Galloway	583	Strathavern	616
Kyle	585	Sutherland	615
Landen	577	Teifidale	576

Hiberniae Regnum, quod in quinque partes distributum sit, Momoniam nempe, Lagoniam, Midiam, Connachtiam, & Ultoniam, totidem Tabulis illustratur, quarum

Primam habes p. 633 Quartam p. 663
Secundam p. 642 Quintam p. 672
Tertiam p. 658

Comi-

COMITATUS HIBERNIAE.

Antrim	678	Letrim	688
Armagh	675	Limerick	639
Caterlough	646	Longford	661
Cavon	673	Louth	672
Colran	679	Maio	667
Cork	639	Monaghan	675
Desmond	634	Queenes County	647
Down	676	Roscoman	669
Dublin	652	Slego	668
East Meath	659	Tipperary	640
Fermanagh	674	Tir-Conell	682
Galloway	666	Tir-Oen	680
Kerry	632	Twomond	664
Kildare	648	Waterford	683
Kilkenny	645	Weifford	649
Kings County	641	West-Meath	660

Insulae minores in Oceano Britannico,

quas duabus tantum Tabulis illustravimus,
Hebridum nempe, quam habes pag.
700, & Orcadam, quae
extat pag. 703.

Alderney	707	Farne Iland	706
Arn	710	Flatholme	694
Arran	586, 699	Fife	595
Barry	694	Garnesey	708
Bas	578	Gearsey	707
Berdsey	695	Gresholme	695
Bothe	587, 699	Hebudes	699
Caldey	694	Holy Iland	696
Canwey	272	Lambey	705

Lon-

Londy	694	Shepey	204
Man	696	Shetland	704
Mona, five Anglesey	462	Silly	694
Oleron	714	Stepholme	694
Orcades	702	Stokeholme	695
Prestholme	696	Tenet	208
Scalmev	695	Vfhand	713
Serke	710	Wigt	166

Populorum Britanniae prisca nomina, quorum singuli quas sedes olim incoluerint, paginae numeris designatae ostendent.

Ancalites	232	Dimetae	439
Attrebatij	169	Dobuni	215
Belgae	133	Durotriges	124
Bibroci	175	Gadeni	574
Brigantes	475	Iceni	280
Caledonij	594	Meanyari	164
Cangi	407	Novantes	583
Cantae	614	Ordevices	452
Cantium	195	Ottadini	554
Cassij	234	Regni	179
Catini	616	Segontiaci	164
Cattiuechlamii	234	Selgovae	581
Cerones	615	Silures	410
Coritani	318	Taizali	609
Cornavij	364	Trinobantes	252
Damnij	587	Vacomagi	610
Danmonij	99		

Hiberniae Populi.

Atteri	662	Cauci.	643, 651
Birgantes	643	Concani	663
Blani	643	Coriondi	632

Dar-

Darni	672	Robogdij	672, 683
Eblani	652	Velabri	632
Erdini	674	Vennienij	683
Luceni	632	Vodiae	632
Menapij	643	Volontij	672
Nagnatae	662	Vterini	632

Vrbium, Opidorum, Castrorum, Silvium, Promontoriorum, Insularum amnicarum, Aetuariorum & Fluminum Lacuumque praecipuorum tum Britanniae, tum adjacentis Hiberniae index
Alphabeticus.

A		Bann fl.	679
Abbington opid.	170	Bargeny opid.	585
Aberdon opid.	608	Barkley opid.	221
Aberneth opid.	598	Barrow Baronia	647
Abos aestuar.	496	Bathonia urbs	141
Ailesburi opid.	238	Beau Marish opid.	464
Aire opid.	585	Bedford opid.	241
Ardart Episcop.	634	Belerium promont.	104
Arco Comitatus.	652	Berftaple opid.	121
Armacha urbs	675	Berwic opid.	563
Armanach Baronia	614	Beverley op.	497
Armitagium Castr.	581	Blakmore saltus	128
Arus fl.	483	Blakwater sinus	274
Aufona fl.	322	Bodman opid.	108
Avona fl.	141	Bodotria aestuar.	578
Axelholme inf.	353	Bothwel comit.	588
		Boyn fl.	659
		Brechin episcop.	606
Bamborcow opid.	562	Bredenforest fylva	148
Banchor monast.	401	Breknok opid.	423
Banchor opid.	460	Bridgewater opid.	137

Bristow urbs	142
Broodwater fl.	637
Buckingham opid.	238
Buston opid.	342

C

Caer-narvon opid.	460
Calder fl.	479
Candida Casa episc.	584
Cankwood sylv.	386
Cannabrigia urbs	306
Cantium promont.	210
Cantuarua urbs	206
Cardigan opid.	451
Carlile urbs	544
Cassilia archiepisc.	841
Castellan-danis vall.	110
Cester urbs	402
Chepstow opid.	428
Chefil agger	126
Chichester urbs	289
Circester opid.	222
Clare opid.	665
Cluida fl.	587
Colchester opid.	276
Colles Chilternici	236
Coner episcop.	678
Corbes lacus	666
Coventrey urbs	373
Conwey fl.	460
Cromerty portus	615
Crowland opid.	341
Cunetio fl.	354

D

Danus fl.	471
Darby opid.	363
Darley territor.	588
Dartford opid.	209
Deane-forest salt.	218
Denbigh opid.	467
Depford navale	199
Derthmouth opid.	116
Dervetio fl. 360. 495.	541
Deva fl.	401
Donegall opid.	683
Donstable opid.	242
Dorchester opid.	128
Dover opid.	211
Dovus fl.	388
Down opid.	677
Drogeda opid.	673
Dublinia urbs	653
Dunbarton castr.	590
Dunblan episcop.	598
Dundalk opid.	673
Dundee opid.	606
Dunelmum urbs	517
Dunfreys opid.	582
Dunkelden episcop.	602
Dunnotyr castr.	607

E

Eboracum urbs	490
Eden fl.	531
Edenborrow urbs	577
Ely Insula	310
Eltham regia	200

Epidio:

Epidiorum promont.	600
Ern flu.	598
Erne lacus	674
Excester urbs	118
Extensio promont.	289

F

Falemouth portus	106
Fanum Albani opid.	249
Fanum Andreae urbs	596
Fanum Asaphi urbs	471
Fanum Davidis opid.	446
Fanum Edmundi op.	284
Fanum Iyoni opid.	315
Fanum Neoti	313
Fawey flu.	107
Feverham opid.	204
Fin lacus	599
Fingall regiuncula	656
Flint castr.	472
Framlingham castr.	288
Frome flu.	140

G

Galtres forest nemus	505
Galway opid.	666
Garienis fl.	295
Gillesland baronia	546
Gisburg loc. amoen.	503
Glasconia monast.	135
Glasow archiepisc.	588
Glocester opid.	220
Gogmagoghills	307
Goodmancester op.	314
Goyrea opid.	603

Grantham opid.	348
Gravesend opid.	200
Grenewich opid.	199

H

Hadington opid.	578
Haly fax opid.	480
Hamble fl.	163
Hamilton marchion	588
Hamptoncourt regia	254
Hareford urbs	415
Harford-west opid.	445
Hartlepole opid.	516
Hastings portus	192
Havering regia	272
Hertford opid.	247
Hertypoint promont.	120
Hieron promont.	650
Hollandia Britannor.	338
Hull flu.	497
Hull opid.	498
Humber aestuarium	496
Huntingdon opid.	314

I

Ipswich opid.	287
Irwellus fl.	526
Irwinus fl.	586
Isanium promontor.	677
Isca fl.	117
Isis fl. postea Tamisif	169, 226
Iuellus fl.	139

K

Kan fl.	536
Zz	Kanda

Kandale opid.	ibid.	Loo fl.	108
Katerlog opid.	646	Loug-Sidney lacus	681
Keimes baronia	447	Ludlow opid.	392
Kenelworth secessus	371	M	
Kildar opid.	649	Maidston opid.	202
Kilkenny opid.	645	Maldon opid.	273
Kingston opid.	183	Malmesbury opid.	248
Killaloe episcop.	666	Malvern-hills	380
Kilmore episcop.	674	Manchester opid.	524
Kinsale portus	636	Maridunum opid.	440
Knoc-fergus sinus	679	Medway fl.	201
Koreach urbs	637	Meneg chersonesus	106
L			
Lancaster opid.	531	Mendippi colles	139
Landaf opid.	439	Mersey astuar.	407
Langanum promont.	460	Mersey fl.	525
Launston opid.	111	Meriland regiuncula	302
Lea fl.	247	Metaris astuar.	301
Letha portus	580	Milford portus	444
Levinus fl.	590	Molingar opid.	662
Lewes opid.	192	Monaghan opid.	675
Ley fl.	271	Monmouth opid.	427
Leycester urbs	332	Mons Michaelis	105
Lhin-savetan lacus	424	Montgomery opid.	455
Lichfield urbs	387	Montnorris castr.	675
Liff fl.	653	Mountsbay sinus	105
Liffer fl.	682	N	
Limiric urbs	639	Nantwich opid.	400
Lin opid.	302	Neorus fl.	645
Lincolne urbs	347	Nessus lacus	611
Lithquo opid.	581	Newbury opid.	173
Lomundus lacus	590	Newcastle opid.	560
Londinum urbs	254	Newforest saltus.	158
Lonus fl.	532	Nidus fl.	448, 582

None.

Nonefuch regia	184	Richemond opid.	510
Northampton opid.	324	Richemond regia	183
Norwich urbs	295	Rochester urbs	203
Notium promont.	635	Roifton opid.	244
Notingham opid.	355	Roseland territor.	107
Novantum promon.	584	Rossia territor.	445
O			
Ocellum promont.	499	Rothefay castrum	587
Octopitaru promot.	446	Rubrum promont.	606
Ormond Comitatus	642	Rumney Marsh regiuncula	213
Osca fl.	423	Ruthin opid.	458
Oxford regia	200	S	
Oxonia urbs	228	Sabrina fl.	219, 377, 455
P			
Pedredus fl.	135	Saltus Caledonius	595
Penbroke opid.	444	Sandwich opid.	209
Perth opid.	603	Sarisbury opid.	151
Petriburgus opid.	526	Saverenus fl.	636
Plimmouth opid.	115	Selwood sylva	141
Pontfreyt opid.	484	Seton opid.	579
Portland peninsula	126	Shirewood saltus	356
Portsmouth opid.	163	Shirburn opid.	129
Prestaine opid.	420	Shrewsbury opid.	395
Prefton opid.	529	Sineus fl.	661
Purbecke peninsula	127	Slane fl.	650
Q			
Quinque Portus	199	Snowdonhills	459
R			
Radnor opid.	402	Soarus flu.	332
Reading opid.	173	Solente fretum	163
Rhie portus	193	Solway frith astuar.	144
Ribell fl.	528	Somerton opid.	137
Z Z z			
			Stafford

Stafford opid.	386	Vzellæ æstuarium	137
Stanford opid.	343		
Stone-henge	154		
Stour fl.	129. 205	Wakefeld opid.	482
Strivelin opid.	594	Wallengford opid.	171
Sudbury burgus	285	Waltham forest salt.	271
Suir fl.	648	Warwik opid.	368

T

Tadcaster opid.	487	Waterford urbs	639
Tama fl.	231. 384	Weifford opid.	650
Tama & Ifidis confluentes.	232	Welland fl.	326
Tamara fl.	111	Welles urbs	140
Tamisif fl.	171. 232	Wenmer fl.	250
Tarvisium promont.	617	Westminster opid.	262
Taus fl. 602. Taw fl.	121	Wever fl.	404.
Teifa fl.	515	Wherf fl.	485
Tenby opid.	442	Wichewood salt.	226
Terna fl.	392	Wicklo castr.	653
Tewkesbury opid.	219	Wicombe opid.	236
Thonus fl.	136	Wigton portus	584
Tina australis fl.	556	Wilton opid.	151
Tina borealis fl.	557	Winandermere lac.	532
Torbay sinus	117	Winburne opid.	130
Trent fl.	352. 385	Winchester urbs	161
Tweda fl.	562	Windsor regia	175
		Wichama fl.	346
		Woodstoke regia	227
		Worcester urbs	379
		Wroxcester opid.	392

V

Vaga fl.	413		
Vallum, seu Murus Picticus	548	Yarmouth opid.	298
Vedra fl.	516	Yog-hall opid.	637
Verolanium opid.	248	Yorke urbs	490
Vrus fl. 488, Vsa fl. 238.	313	Yorke's wold fylva	495.

Y

Familie Anglie illustriores, præter eas qua ad singulorum Comitatum calcem in hoc libro memorantur.

	A	Cecilij	413	Denij de Walt-	
Alingtonij	246	Chamberlani		ham	271
Arondeij	110	(233		Digbey	336
150, 190		Champer-		Dimocki	350
Asteleij	131	nounij	116	Dingleij	380
Aftoni	386	Chauuódi	110	Duttoni	407
	B	Chidleij	117		E
Bapthorpij	496	Claphami	486	Edgcombi	109
Barri	436	Clari	285	Egertoni	398
Basinghi	164	Claxtoni	516	(404	
Bellocampi	374	Cleri	299	Everesij	517
Bellomontij	482	Cliffordi	414		F
Bironi	354	Cliftoni	354	Faire faxij	480
Blunti	393	Clintoni	344	Fiensij de	
Bohuni	417	Cokaini	360	Say	221
Brakenburij	515	Coksey	378	Fitz-herber-	
Breretoni	406	Comptoni	367	ti	360. 449
Brockerti	247	Corbetti	395	Fitz-warini	142
Browni	183	Cornwallæi	290	Fitz-Wilhel-	
Bassetti	384	Cottoni	164	mi	478
	C	Courtenæi	119	Fleminghi	439
Candishij	362	Cromwelli	314		G
Carewi	117	Curwenni	542	Gerardi	386
172. 445				Giffardi	384
Carij de Huni-		D		Giffordi	239
don	248	Darcij	276	Granvilli	110,
Carvilij	302	Davenporri	406	(439	
Ct esbij	323	Dawni	404	Granvenori	402
Cavi	228	Delvesij	405	Grey	332
					Gre-

Grevilli	370	Lumleij	519	R	
Griphini	405	M		Radcliff	275
H		Malliveri	488	559	
Hardwici	362	Manewaringi		Ridleij	557
Harring-		(407)		Rogerfij	130
tonij	337	Maunfelli	437	Ruffelli	243
Hastingi	192	Medcalfi	509	S	
Herberti	204	Merburij	407	Sampollij	352
Heidom	300	Merhami	496	Sandefij	164
Heveningha-		Midletoni	486	Sandfordi	538
mi	289	Mildemaij	327	Sã-georgij	305
Hobey	175	Mohuni	107	San-Ioannij	241
Hochami	497	Montacnti	135	439	
Hodlestoni	540	Montjoij	361	San-Mauri	251
Holandi	528	Mordantij	240	429	
Holcrofti	405	Mori	181	Savagij	407
527		Mortimeri	421	Savilli	482
Howardi	294	N		Sheltoni	295
304		Needhami	398	Shirleij	360
Hungerfordij		Newtoni	135	Sidneij	201
150.	172	Norrisij	232	Siwardi	439
I		O		Slingefbeij	488
Iermini	284	Oweni	447	Smithi	405
K		P		Spenseri	324
Kigeley	483	Pagetti	387	Stanhopi	355
Killegrewi	107	Parkeri	286, 530	Stanleij	364
Kingimilli	165	Peiti	367	Stourtoni	150
Knevetti	295	Percy	190, 565	Stradlingij	436
Knightleij	323	Petri de		Strellij	356
Knollefij	233	Writle	273	Suttoni	382
L		T		Talborti	379
Lacij	427	Pierpountij	355	398	
Lai	393	Pomerij	116	Thinni	149
Litroni	246	Poultenij	331	Thir-	

Thirwafi	557	Verij	233	Whritilofkai	
Throkmor-		Vernaij	369	(149)	
toni	370	W		Willongbaij	
Tichbornij	158	Waki	322	(352)	
Tilneij	302	Wallopj	158	Windeforij	236
Tirwitthi	351	Walfinghamij		Winningtoni	
Touchetti	386	(301)		(407)	
407		Wafhborni	380	Worthleij	478
Tubervilli	439	Weftoni	181	Wottoni	202
V		Whartoni	537	Z	
Valvafores	485	Whenworti	478	Zouchij	327
Venablefij	406				

Familie Scotie Illuftriores.

Abernethi	610	Erefkini	578,	Lionij	604
Baclugi de		594,	609	Lillai	597, 610
Scot	582	Flemingi	584	Maxwellij	582
Boidij	586	Forboilij	608	Metellani de	
Borthwici	579	Fraferij	614	Thirlektan	576
Cambelli		Gordoni	610	Montgome-	
599, 611		Grahami	598	rij	586
Cartcarthi	588	606		Olyphanti	598
Colvilli	596	Greij	606	Ramfey	578
Cunningha-		Haij	578	Scincleri	596
mij	586	Hamiltonij	588	616	
Dromondi	598	Humij	577	Sempilli	588
Douglassi		Kerri	576	Setoni	579, 596
587, 607		Kerthi	607	Stewarti	591
Dunbari de		Levingftoni	581	613	
Cumnoc	610	Lindelaif	606	Wemmilij	596
Elphingftoni		Lindfeij	597		
(597)		(610,			

Familie illustriores, tum merè Hibernica, tum Anglicanae originis, per Hiberniam sparse.

	A			
Ailmeri	649	Comerfordij	646	
Audlai	677	Cordefij	651	
	B			
Bagnalli	677	Crucai	657	
Barri-mori	637	Cufaki	660	
Barnwelli	657			D
Bathi	657	Daltoni	660	
Bellewij	673	Darcij	660	
Birminghamij	660	Devreuxij	651	
Blacknai	657	Dilloni	657, 660	
Blanchfeldij	646	Dogberti	683	
Boifeles	649	Dowdalli	673	
Bourki	640, 668, 670	Drilandi	646	
Brandoni	673			F
Browni	640, 651	Finglassij	657	
Burnelli	657	Fitz-Antonij	646	
Butleri	642	Fitz-Euftachij	649	
	C	Fitz-Giraldi	640, 649	
Cadelli	660	Fitz-Guilielmi	657	
Cadlaj	657	Fitz-Henrici	651	
Cavenagi	647, 651	Flemingi	659	
Chacai	640	Forefteri	646	
Chamberlani	673	Forlongi	651	
Chevrij	651	Foxij	648	
Clan Donelli	667			G
Clan-Rikardi	667	Garnoni	673	
Clintoni	673	Garvij	660	
Colbaj	648	Gouldingi	657	
		Gratij	649	
				Had-

	H			
Hadfori	673	Mac-Lochleims	669	
Haij	651	Mac-Mahon	673	
Halseij	659	Mac-Nemors	665	
Herberti	648	Mac-O Higans	661	
Hidaj	649, 660	Mac-Rwyny	683	
Holy woodi	660	Mac-Shees	640	
Horesij	651	Mac-Swyny	283	
Hurlai	640	Mac-Teg	636	
	I	Mac-Vadus	667	
Ioiij	667	Mayleri	651	
Iordani	668	Montagi	651	
	L	Montgarretti	651	
Lacai	640	Mori	648, 675	
Leycestrij	648			N
Lovelli	646	Nangli	660, 668	
Lutterelli	657	Nettervilli	657, 660	
	M	Nogenti	660	
Mac-Alen	701			O
Mac-Arti	636	O Birni	651	
Mac-Brian	640	O Brian	640, 665	
Mac-Carty	635	O Cahan	680	
Mac-Cloyd	701	O Caroll	640	
Mac-Coglam	648	O Coneros	668	
Mac-Conell	701	O Conor	648, 668	
Mac-Dermot	669	O Dempfi	648	
Mac-Dervis	666	O Don	668	
Mag-Donagh	668	O Donell	683	
Mac-Gil-Patric	648	O Flairtes	666	
Mac-Ginnijs	677	O Ghar	668	
Mac-Glanchies	669	O Hagan	676	
Mac-Granelles	669	O Hanlon	675	
Mac-Gwin	674	O Haris	668	
Mac-Henry	675	O Kelleis	666	
		O Kelly	669	
		Z z z	O Logh-	

○ Loghton	665	Russell	660
○ Mahon	635	S	
○ Maily	648, 667	San-Laurentij	656
○ Malaglin	661	Sapelli	640
○ Maldon	666	Sarfeldi	657
○ Mores	647, 651	Shorelij	649
○ Murreies	669	Sinotti	651
○ Neal	676, 678, 681	Staffordi	651
○ Pharoll	661	Suttoni	651
○ Reyley	673	T	
○ Rork	668	Talbotti	656
○ Toli	651	Tati	673
○ Ugani	649	Tirelli	660
	P	Tuti	660
Peppardi	651	V	
Petiti	668	Verdoni	673
Plunketti	659	Vfberi	657
Pourcelli	640	W	
Prendergesti	668	Walfhij	646, 649
Prestoni	659	Warenni	648, 673
	R	Whiri	649, 651
Rochesij	637, 651	Wottoni	673

*Rerum & verborum memorabilium
Index.*

A	Adamantes Britannici	
Academia Aberdo-	103, 144.	
nia 603. Canta-	Eris fodinae	541, 556
brigi 306. Dublinæ	Agazeus canis	161
654. Fani Andreae	Alabastrites	353, 388
596. Glascuæ	Albanus martyr	249
588. Oxoniae	Albion	17
228. Acus Wilfridi		
489		

Aldel-

Aldelmus	148	Arena Syrticae	340, 530.
Alepotus	24, 361	650, 653.	
Alex. episcop. Lincol-		Armigeri	91
ensis	348	Armorici Britones	42
Alex. de Hales	222	Arthurus 139, Locus ejus	
Alpes Britannicae	459	natalis 110, Palatiū	135
Alumen	503	Astroites lapides	345, 367
Ambacti	12	Asylum	498
Angel regio	58	Aucupij Diva	337
Anglia et Hibernia Rom.		Aves Delicate	352
Ecclef. tributariae	138	Augustinus Anglorum	
627.		Apostolus	62, 206
Anglia expugnata per		Aurifodina	587
Normannos 68. In		Azurū five Cœruleū	587
Comitatus' divisa	73,	B	
in Episcopatus	77	Baldwin: le Petteur	286
Anglo-saxones quando		Ballivus quid	585
primum in Britanniam		Balnea Bathoniensia	141
venerint	59	Baneretti	87
Anglo-saxonum Hept-		Bardi	11
archia	61, 73	Barones	83
Angli ad fidē conversi	62	Bascauda quid	310
Hiberniam expugn.	626	Beda venerabilis	519, 521
Angliae Dioeceses	77,	Bibliotheca Eboracensis	
Ordines 79. Paro-		493. Oxoniensis	231
chia 76, Tribunalia	93	Bituminis fons	393
Anseres ex arboribus		Breahans Hibernicorum	
decidentes	609	Iudices	686
Antimonium	362	Brechanus Princeps	
Apenninus unde di-		Walliae	423
ctus	528	Brendani purgatorū	682
Aqua mira	609	Britanni ad Christum	
Arbores terra obru.	525	conversi	31
Arena foccūdās	102, 114	Britanni Armorici	42
		Z z 6	Britan-

Britannia vectigalis fa-
 cta Romanis 29
 Britanniae ambitus 2
 caelum & solum 3, di-
 visio 71, etyma 6, 18.
 primi incolae 9. nomi-
 na 1.
 Britannorum origo 7, mo-
 res 12, 21, opida 255
 Britannica herba 200
 Britones unde dicti 19
 Briva quid 250
 Burgus quid 165, 538
 Byne 170, 305
 C
 Cacodæmonum sagittæ
 490.
 Casar ubi Tamisum trās-
 miserit 181
 Camera Stellata Angliæ
 96. Hiberniæ 629
 Caiare quid. 654
 Cancellaria Angliæ 97
 Hiberniæ 629
 Canes Britannici 161,
 Hibernici 622
 Canutus Rex 259
 Caratacus Rex 450
 Carbo fossilis 514
 Caroli V. Imp. facerem
 dictum 240
 Carolus Howardus 358
 Cassivellaunus 234
 Castores sive Fibri, 450
 Cataractæ 336, 688
 Catif beij proditio 323,
 336
 Cervisia potus 361
 Cespitas bituminosi 524.
 527.
 Calcanthum, sive vitrio-
 lum 131, 204
 Chare piscis 532
 Christophor. Hattō 324
 Cimibri & Cimmerij 8
 Classis regia 203
 Claykes anserū gen. 609
 Clowdesbery plāta 528
 Cochlearia herba 200
 Cochleæ lapideæ 221
 508.
 Coelibatus Sacerdotum
 in Anglia 116, in Hi-
 berna 676.
 Collegiū Aëtonense 178
 Colleg. Greshamicū 267
 Collegium Iustitiæ 572
 Colleg. Wichamicū 162
 Comes 81
 Comes Britanniarum 36
 Comes Palatin. quid 83
 Comitatus Angliæ 73.
 Hiberniæ 631. Sco-
 tiæ 570.
 Concilium limitaneum
 Walliæ 392
 Concilium partium bo-
 realium Angliæ 494
 Con-

Constantinus Magnus
 Imp. 35, 493.
 Crocum 277
 Curiales qui 94
 S. Cuthberti patrimoni-
 um. 514
 Cutbertus Tūstallus 522
 D
 Danj quando primum in
 Britanniam ingressi 64
 Danisbloud, ebulum 277
 Deucaledonij 49. 568
 Devlsdike 309
 Dianæ Camera 260
 Divisiones regni Scotiæ
 569, Hiberniæ 630
 Doctor Resolutus 309
 Domesday booke 70
 Domus aternalis 437
 Druidæ, & eorum disci-
 plina 10
 Dunum quid 151
 Duodecim-viri, 70, 75
 Dux 80. Dux Britan. 37
 E
 Earles sive Comites 81
 Ecclesiæ appropriatæ 76
 Ecclesiastica fora Angliæ
 98, Hiberniæ 631,
 Scotiæ 573.
 Ecclesiæ doradę mos 335
 Edmundus Rex 284
 Edmundus Spenser Poë-
 ta 264
 Edwardus I. Rex 498
 Edwardus III. Rex 176,
 184.
 Edwardus IIII. Rex 321
 Electrum 609
 Elizabetha Regina 184,
 199, 203, 263, 642.
 Episcopatus Angliæ 77,
 Hiberniæ 631, Scotiæ 570
 Episcopi Barones 85
 Episcopi pauperes 674
 Equites aurati 86
 Equites Balnei 87
 Equit. eleemosinarij 177
 Equites Garterij 176
 Eryngium 103
 Ethelbertus Rex
 martyr 415
 Etheldredus Rex
 martyr 130
 Exercitus Dei & S. Ec-
 clesiæ. 335
 F
 Falcones 446
 Ferrifodina 188, 219
 Flandri in Wallia 445
 Fluores Metallcis quid,
 363
 Fons bituminis 393
 Fons fluens & refluxus
 436, 441, 472, 539.
 Fons lignum in faxa cō-
 vertens 331, 488.
 Fons officulorum 316
 Z z 7
 Fons

Fons Winefredæ	471	Guilielmus Conquestor,	
Fontes aliminofi	368	67, 192.	
Fontes falsi	375, 379, 406	Guilielm. Cordallus	285
Fôtes salutares	141, 314,	Guilielmus Hervæus	309
	363.	Guilielmus Lambardus	
Fora, five tribunalia An-		194	
glie 93, Hiberniæ	629,	Guilielmus Malmesburi-	
Scotiæ	571.	ensis	148
Foresta quid	178	Guiliel. Marecallus	447
Franciscus Drake	115	Guilielmus Neubrigen-	
Francif. Goodwinus	431	fis	505.
G		Guilielmus Peito	367
Gagates lapis	501	Guilielmus Okham	181
Gaiothel	51	Guilielm. Parkerus	530
Galfridus Chaucer poë-		Guilielmus Ruffellus	327
ta	227, 263.	Guilielmus Wicham	162
Galfridus Monumethen-		Guilielmus Winfleet	350
fis	428	Guiniad piscis	458
Gall frutex	353	H	
Gallica credulitas	12	Hadrianus IV. Papa	251
Gavelkind consuetudo		253.	
	198	Hæretici quando primû	
Georgius Carew	369	civili gladio percussi	38
Gigantes	277	Haleces	299, 501.
Gigantum chorea	154	Halywork folke	515
Gilbertini cœnobitæ	344	Hector Boëtius	606
Giraldus Cambriſis	423	Hell-bekes	509
S. Godricus	519	Hell-ketels	516
Gualtherus de Heming-		Helena Constantini Ma-	
ford	503	gni mater	35, 276. 458
S. Guilielmus Archiepi-		Hengiftus Saxo	351
ſcop. Ebor.	484	Heptarchia Anglo ſaxo-	
Guilielmus Cecilus	119	num	61
	327, 343.	Hæricus Chichelens	325
		Hæri-	

Henric: Huntingdonen-		Infule Fortunatas	9
ſis	314	Infule gentium	8
Henricus II- Rex Angliæ		Inundatio	430
	174	Ioannes Bakôthorp	300
Henricus V Rex Angliæ,		Ioannes de Beverley Ar-	
	228	chiep. Eborac.	497
Henricus VI. Rex Ang-		Ioannes Fordon	607
gliæ	181.	Ioannes Hackwood	275
Henricus VII. Rex An-		Ioannes Iewellus	122
gliæ	184.	Ioannes Lidgate	284
Hiberniæ nomina &		Ioannes Perottus Pro-	
etymon	620	rex Hiberniæ	672.
Episcopatus	632, Ma-	Ioannes de Loco fru-	
reſcallus	630. Prorex	mentario	247
628. Ordines & Tri-		Ioannes Popham	136
bunalia	629	Ioannes Scotus	562
Hibernici monachi ſan-		Ioan: de Sacro boſco	481
cti & eruditi	625	Ioannes Stowæus	268
Hibernicorum mores		Ioannes Wikliff	331
	678, 689	Ioannes Witgift Archie-	
Hida quid	73	pifc. Cantuar.	185
Hierarchia Angliæ	76,	Ioſephus Iſcanus poë-	
Hiberniæ	631. Sco-	ta	118
tiæ	570,	Iſdis plocamos	127
Hig-landmen	50, 601,	Ivo Epifcopus	315
Hobyes equi	621	Iuſtitiarij pacis & ad af-	
Homo marinus	288, 502	ſiſas	76, 631, Foreſta-
Hurlers faxa	108.	rum	179. Itineran-
I		tes	95
Jacobus I. Rex Magnæ-		Iuſtitiarius Angliæ	94.
Britanniæ &c.	63, 316	Scotiæ	573.
	591, 607, 614.	Intæ populi	58.
Ina Rex Angliæ	138	K	
Infule fluctuantes	590	Kenelmus Rex ſanct.	222
		Kings	

Kings Champion 350	Marga 484, 524
Knights quid 86, 89	Margaritæ 26, 461, 545
Kumeri 8	Maria regina Angliæ 367
Kwrw potus 24	Maria Regina Scotiæ 326, 363.
L	Marmor 413
Lana optima 416	Marmoris candidi mon- tes 615
Lapides molares 362,	Mauritania 20
467, tegulares 327.	Merlinus vates 440
globosi 503	Metallicorum politia 103
Lapis fatidicus 604	Miles nomē dignitatis 86
Latimer quid 397	Milites sepeliendi mos 155, 246.
Latomiæ 328, 485	Melossi Britannici 266
Leolinus Princeps Wal- liæ, 421, 425, 461.	Monasteria Angliæ 78
Leporarium 154	Monasteria duplicia, id est utriusq; sexus 344
Lepra quando primum in Britannia 334	Monomachia 219
Libera Warrenna 483	Mons movens 416
Limæarcha S. portuū 199	Mōtes editissimi 457, 528
Lingua Anglofaxonū & in ea prætectiones 115	Murenæ 378
Littus Saxonicum 197	Murus Picticus 548, 556, 593.
Lucius Rex Britannie 31	N
Lucus & Iugus quid 545	Neustria 67
Lupin Angli extincti 457	Nicolaus Bacanus 250
Lupi sævissimi 617	Nobiles majores 80, 571 minores 86, 571.
Lusitania unde dicta 20	Normanni 66
M	Normannorū bellica vir- tus 70, victoria 68
Magna Britannia 63, 71.	Nunianus vir sanctus 584
Magus quid 294	
Main-amber saxum 105	
Major Londinensis 267	
Marchiones 81. 591	

○	Patrimonium S. Cuth- berti 514
○ Littera nominibus	Pelagius hereticus 508
Magnatum Hibernico- rum præfixa 685	Pentarchia Romanorum in Britannia 72
Oceanus Vergivus 620	Percepier herba 142
Odiū novercale 425	Philippus Sidneius 202
Ogygia 623	Picti Britannorum sobo- les 45, quādo ad Chri- stum conversi 49, 584.
○ Neali apud Hiberni- cos electio 680, 683	Pietas conjugalis 264
Opera plumbaria 362,	Pisa e rupibus enata 214 288
stannaria 102	Pisces fossiles 527.
Ordalium examinis ge- nus 127	Plantæ salutares 550
Ordines Angliæ 79, Hi- bernæ 629, Scotiæ 570	Plumbum 362
Ordo Equestris Perisce- lidis 176.	Pons Londinensis 265
Ordulphus gigas 115	Portgrevius 202, 266
Ostrea laudatissima 275	Prædones Monachorum habitu 343
Rhutupina 210	Præfecturæ Romanæ 256
Oves 367	Prælectiones linguæ An- glofaxonicæ 115
P	Prærogativæ Regis 79
Pallium Archiepiscopo- rum 206.	Præbyteri conjugati 116
Parcus quid 328	Primas Angliæ 76 Hi- bernæ 632. Scotiæ 570.
Paries artificiosus 221	Princeps 79, 570.
Parlamentū Angliæ 93,	Princeps eminentis 639
Hiberniæ 630. Scotiæ 571	Principes Walliæ 80, 473
Parochiarum in Anglia numerus 76	Principes sepulti in eccle- sia Westmonasteriæ. 265
Parva Britannia 71	Priscillianistæ primi hæ- reticorum glad. percuss. 38
Patricius Hiberniæ Apo- stolus 54, 446, 625	Prodi-
Patricij purgatorij 682	

Proditio pulveraria 323,
 336, 531.
 Prorex Hiberniæ 628
 Pugil Regius 350
 Putei in Cantio 204
 Putei profundi 516
 Pyramides milliariæ 539
 Pyrrhocorax 105
 Pyrry potus 377
 R.
 Reginaldus Polus Cardinalis 130, 367
 Religio Christiana in Britannia 30, in Hibernia 625.
 Res pannaria quâdo primum in Anglia 214
 Rex Angliæ 79, Hiberniæ 628, Scotiæ 570.
 Richar. Armachanus 676
 Richardus Bancroft Archiepisc. Cantuar. 208
 Richardus Læus 249
 Richard. I. Rex Ang. 174
 Ridicula Hibernicorum persuasio 634
 Robert. Cecilius 131, 337
 Robertus Comes Leycestrius 335, 467.
 Robertus Grostest Episcop. Lincoln. 349
 Rollo Dux Normanniæ 67, 226.
 Romani in Britannia 25
 eorum inibi opera 199
 politia 36, p̄tarchia 72
 Britanniam deserūt 40
 Rosamūda Clifford. 227
 Ruffe piscis. 297
 S
 Sabulum vivum 340, 530
 650. 653.
 Saci populo 57
 Salinæ 375, 405
 Salis conficiendi ratio 164, 379, 405, 529.
 Salmones 530, 582, 608, 680.
 Sampson Erdeswic 386
 Saxones populi 55, eorū in Anglia heptarch. 61, 73
 mores & victoria 60.
 Saxum Ambrosij 105
 Scacarium 95
 Scoti ex Hibernia 50, 624
 Scotiæ divisiones 568
 Scythæ in Hispania 52
 Seales, id est, Phocæ. 502
 Senecæ in Britannia usura 281
 Serpentes faxei 142, 502
 Setta quid. 124
 Severi Imp. exepirantis verba 32.
 Shirif quid 75
 Sigillum Guil. Conquestoris 69
 Siniō de Monteforti 355
 Soiand

Solād anserū genus 579
 Solidarij 87
 Specus subterranei 441
 Spelunca mira 363, 436
 Standardum quid 506
 Stannaria opera 102
 Staple quid, 349
 Stewart quid 591, 613
 Sterling monney unde sic dicta 594.
 Stribium 362
 Sudor Britannicus 397
 Syrtes 340, 530
 T
 Tania Græcis quid 19
 Tarnus quid 617
 Tauri Caledonij sylvestres 595
 Temporum tria discrimina 25.
 Tenura lepidæ 287
 Termini veterum 328
 Terra lignum in saxum vertens 242
 Thanū quid 84, 570
 Therma 141, 363
 Thomas Beckettus Archiep. Cantuar. 207
 Thom. Bradwardin, vulgo Doctor profu. 414
 Thom. Coperus Episc. 349
 Thomas Gresham 267
 Thomas Hardingus 122
 Tobias Mattheus 494
 Tribunal Angliæ 93, Hiberniæ 629. Scotiæ 571
 Tubulus ad voces detendas. 552.
 V
 Vallis Scythica 51
 Vallum, seu murus Picticus 548, 556, 593.
 Valvasores 86
 Venatio Regum Angliæ studium 178, 227.
 Vicarius Britannicæ 36
 Vicecomites 75, 83, 573.
 Vites & vinum in Britannia 218, 273.
 Vivaria plura in Anglia, quam in reliqua Europa 227.
 Vortigernus Rex 55, 421
 Vxor alteri concessa 192
 Vxores pluribus communes 21.
 Vxores Sacerdotibus interdixtæ, in Anglia 116, in Hibernia 676
 W
 Walli unde dicti 44
 Walliæ Principes 80, 473
 Wansdike fossa limitanea 147
 Whitehartsilver quid 129
 Whitespures Equites 92
 Woodé Saxonū Dux 61
 Wringchese saxum 108

ERRATA,
Sic corrigenda.

- P. 8 Lin. ult. *pro nes lege fines.*
P. 12 Lin. 14, *pro nobilitate lege mobilitate.*
P. 19 Lin. 9, *pro imagorem lege imaginem.*
P. 41 L. 21, *pro hæc leg. huc, pro præsidij lege præfidia.*
P. 69 L. antepen. *pro hominum lege hominium.*
P. 87 L. penult. *pro antiquis lege antiquius.*
P. 94 L. 25, *pro exortu lege exorta.*
P. 213 L. 14, *pro domum lege donum.*
P. 223 L. ult. *pro cui lege qui.*
P. 266 L. 18, *pro cava lege cavea.*
P. 314 L. 16, *pro ferarum lege ferarum.*
P. 316 L. 15, *pro Hic lege Hæc.*
P. 317 L. 25, *pro primogenitum lege primogenitam.*
P. 379 L. 21, *pro probali lege probabile.*
P. 401 L. penult. *pro vitio lege vitia.*
P. 413 L. 16, *pro nobilis lege nobis.*
P. 416 L. 24, *pro ab lege ad.*
P. 439 L. 20, *pro idiotissimo lege idiotismo.*
P. 473 L. 25, *pro puasi lege quasi.*
P. 484 L. 21, *pro rita lege ripa.*
P. 570 L. 30, *dele dictiones id est.*
P. 580 L. 3, *pro aliarum lege alarum.*
P. 606 L. 26, *pro occasio lege occatu.*
P. 610 L. 16, *post serie inferre per.*
P. 640 L. 21, *post Clan Gibbon transferre à linea seq.
dictionem adjacer.*
P. 660 L. 10, *pro recitere lege non recitare.*
P. 664 L. 21, *pro Gallovidia lege Gallovidia.*

